7
10-d
33

7
3 I
21

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

CONT[illegible]

[illegible]

Google

OMNIVM
CONCILIORVM
HISTORICA
SYNOPSIS,

EORVMDEM PROXIMÆ EDITIONI
PRÆMISSA,

Studio R. P. PHILIPPI LABBE, *Biturici,*
Societatis IESV *Theologi.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

CONCILIORVM
GENERALIVM
NATION. PROVINC. DIOECES.
CVM VITIS EPISTOLISQVE
ROM. PONTIFICVM,
HISTORICA SYNOPSIS;
AMPLISSIMÆ COLLECTIONIS,
Quæ ſingulari ſtudio XIV. aut XV. tomis paratur,
PRIMA DELINEATIO.

Proponente, atque ad ſymbolam inuitante omnes per orbem eruditos,
PHILIPPO LABBE, *Biturico, Societatis* IESV *Theologo.*



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LVTETIÆ PARISIORVM,
Sumptibus SOCIETATIS TYPOGRAPHICÆ Librorum
Eccleſiaſticorum iuſſu Regis conſtitutæ.

M. DC. LXI.

CVM PRIVILEGIO REGIS CHRISTIANISSIMI.

Digitized by Google

NOMINA
Typographorum Pariſienſium Societatis Regiæ Librorum Eccleſiaſticorum,

Ad quos, aut ad eorum aliquem vnum ſibi notiorem, diſperſi per vniuerſum orbem viri eruditi, noſtro hoc præmiſſo ſpecimine ad conferendam ſymbolam inuitati, ſcribere aut mittere poterunt, ſi quid monendum aut ſubminiſtrandum forte eis ſuccurrerit.

SEBASTIANVS & GABRIEL CRAMOISY,
GEORGIVS IOSSE,
DIONYSIVS BECHET, & LVDOVICVS BILLAINE,
GVILLELMVS LE BÉ,
SEBASTIANVS HVRÉ,
GABRIEL & NICOLAVS CLOPEIAV,
SIMEON PIGET,
PETRVS LE PETIT,
GODEFRIDVS MARCHER,
FREDERICVS LEONARD,
IOANNES DVPVIS.

Digitized by Google

PHILIPPVS LABBEVS S. I. P.

ERVDITIS OMNIBVS PER VNIVERSVM ORBEM CHRISTIANVM LECTORIBVS.

S. P. D.

ΣΥΜΦΕ'ΡΕΤΕ ΠΤΕΡΑ'Τ' 'ΟΙΩΝΟΙ',
ΚΗΡΟ'Ν ΤΕ ΜΕ'ΛΙΣΣΑΙ.

LICET *enim vos*, LECTORES OPTIMI ET ANTIQVITATIS ECCLESIASTICÆ STVDIOSI, *iiſdem verbis affari, quibus Apollinis Pythii primam vatem Phemonoen ora ſoluiſſe primùm, atque vſam fuiſſe ferunt. Pennas veſtras expandite, calamos aptate, quæque in aluearibus celliſque veſtris mella ceræque deliteſcunt, expromite. Excutite angulos omnes ac bibliothecacarum loculamenta, & quidquid in theſauris literariiſque* κειμηλίοις *abſconditum premitur, illud in communem, non vnius prouinciæ aut regni duntaxat, ſed totius Chriſtiani orbis vtilitatem effundite. Arduum quippe opus atque immenſum aggreſſi ſumus, omnibus quidem eruditis perneceſſarium, ſed vix vnius hominis humeris tolerandum, niſi plurium veluti ſuccollantium collaborans accedat induſtria. Quare dum veſtram omnium operam, vigilias, lucubrationes, manuſcriptos, excuſoſque, ſi qui nobis deſint, codices imploramus, atque ab humanitate veſtra, quam propenſiſſimam in pluribus iam experti ſumus, præclara quæque ſubſidia efflagitamus, ſperamus, expectamus; ſinite*

tantiſper, VIRI ERVDITI; *vt noſtræ huius editionis conſilium capitibus aliquot comprehenſum, quam fieri poterit, breuiſſime ac clariſſime proponamus.*

I. Regiam collectionem ex Luparæa Typographia anno MDCXLIV. *ingentibus* XXXVII. *tomis emiſſam* (*quæ ex Biniana GL. anni* MDCXVIII. *editione, ex Gallicanis R. P. Iacobi Sirmondi* τ̃ μακαρίτου, *Anglicanis Spelmanni, & quibuſdam aliis de nouo additis conciliis coaluit*) *cùm iam fere tota per omnes Europæ prouincias diſperſa ac diſtracta ſit, tanquam maximi, quod molimur, ædificii ſolum ac fundamenta ſubſternemus; non illis quidem vncialibus, ad pompam potius & ornatum, quàm ad ſtudioſorum vſum excogitatis characteribus magnificentiſſimam; ſed vulgaribus nitidiſſimiſque literis, in optima charta, ſingulari ſtudio, atque accuratiſsima emendatione, notiſque aliquot, nec infructuoſis obſeruationibus, vobis poſteriſque omnibus, ita nos Superi adiuuent, præcipuo quodam iure commendandam.*

II. Quæ in collectione Regia deſiderantur, ſtudioque eruditorum virorum hactenus excuſa fuerunt, concilia, epiſtolæ, & acta, ſiue Romanorum pontificum, ſiue aliorum, ad ſynodos hiſtoriamque eccleſiaſticam vnice ſpectantia; ea non negligenter conquiſita, ſuis locis inſeremus: puta, ſancti Clementis ad Corinthios epiſtolam a Iunio, epiſtolas quinque concilii Aquileienſis, aliaſque Felicis atque Gelaſii cum breuiculo in cauſa Eutychianiſtarum a Sirmondo, concilia Duziacenſe I. Auenionenſe, Senonenſe, aliaque eiuſmodi a Cellotio, Dacherio, Baillio, &c. aut quæ ex chronicis Virdunenſi, Malleacenſi, aliiſque ab eo præſertim tempore excuſis hiſtoriarum veterum monumentis obſeruauimus, in Hiſtorica Synopſi ſtellulis ſubinde deſignata.

Digitized by Google

III. Quæcumque nondum publicam in lucem edita, aut ipſi ſeruamus in noſtro literario penu, aut ab amicis aliiſque viris eruditis, Deo bene fauente, accepturi ſumus, ſuis illa temporibus lociſque tamquam emblemata illigabimus. Quantam vero conciliorum, epiſtolarum, actorumque ſiluam noſtra doctorumve hominum inueſtigatione paratam habeamus, diſcite ſultis, Lectores optimi, partim ex aſteriſcis per ſingulas pene opuſculi noſtri paginas diſperſis, partim ex appendicis tertia parte, in qua ſubminiſtratas in hac Pariſienſi vrbe ab illuſtriſſimis præſulibus Toloſano *ac* Monſpelienſi, *vt alios modo ſileam, ſuppetias publicauimus.*

IV. Denique, vt nulla hoc loco de totius noſtri operis prolegomenis primo tomo præfigendis mentio fiat, ſuas ſingulis voluminibus annotationes ſubiungemus, non quidem dogmaticas laciniosis tractatuum theologicorum diſſertationibus turgeſcentes, & ad nauſeam vſque lectorum communibus locis exaggeratas; ſed criticas dumtaxat, non iniucunda breuitate ſuccinctas, atque ad hiſtoriam, chronologiam, geographiam, ritus cerimoniaſque eccleſiaſticas, linguarum Græcæ Latinæque cognitionem, ac ſimilia illuſtranda penitus neceſſarias. Neque vero abs re fuerit ad paginarum oras margineſque ſcintillulas aliquot aſpergere, vel diuerſarum lectionum a nobis obſeruatarum indices, vel corrupti textus, verſioniſque deprauatæ, atque erratorum Binii, Loayſæ, Mendozæ, Spelmanni, aliorumve commentatorum emendatrices. Proprii quoque ſingulis tomis adiicientur indices, tum rerum, vt vocant, memorabilium, tum verborum ab vſu communi remotiorum, tum denique vrbium, prouinciarum, locorumque, vt ex iis omnibus generales poſtea concinnari commodius queant.

Quanta porro diligentia, quam improbo aſſiduoque labore,

ſpiſſum hoc ac difficillimum opus aggredi, promouere, & σὺν Θεῷ καὶ Θεοτόκῳ perficere meditemur, docebit vos noſtrum hocce SPECIMEN *breui paucorum menſium tempore adfectum confectumque; ſiue in Synopſim Hiſtoricam chronologica ſerie pontificum elogiis epiſtoliſque ſubiectam, atque ad ſinceriores doctrinæ temporum calculos, in quo alii fere omnes peccaſſe noſcuntur, exactam; ſiue in tres alphabeticos indices, Synodicum, Pontificium, ac Topographicum, quibus vix quicquam alibi par aut ſimile occurret, oculos coniicere velitis.*

Quod dum pro veſtra humanitate ac ſolita in me meique ingenii qualeſcumque partus beneuolentia facietis, ego verbis Lactantii extremo capite 21. libri de opificio Dei ad Demetrianum finem dicendi faciam: Magnum videor polliceri, ſed cæleſti opus eſt munere, vt nobis facultas ac tempus ad propoſita perſequenda tribuatur. Quod ſi vita optanda eſt ſapienti, profecto nullam aliam ob cauſam viuere optauerim, quam vt aliquid efficiam, quod vita dignum ſit, & quod vtilitatem legentibus, etſi non ad eloquentiam, quia tenuis in nobis facundiæ riuus eſt, ad viuendum tamen (*& ad chronologiæ, hiſtoriæ, criticeſque præſertim ſacræ cognitionem,*) afferat: quod eſt maxime neceſſarium. Quo perfecto, ſatis me vixiſſe arbitrabor, & officium hominis impleſſe: ſi labor meus aliquos homines ab erroribus liberatos, ad iter cæleſte direxerit. *Faxit hoc precibus veſtris exoratus Deus opt. max. cui ſoli laus, honor, & gloria.*

AMPLISSIMÆ

Digitized by Google

AMPLISSIMÆ CONCILIORVM GENERALIVM, NATION. PROVINC. DIOECES. COLLECTIONIS PRIMA DELINEATIO,

Pontificum Romanorum inſertis vitis & epiſtolis, aliiſque eodem ſpectantibus.

Quæ regiæ editioni deſunt, aſteriſcis notata reperies.

POST præfationem Dionyſij Exigui in ſuam primam canonum collectionem ad Stephanum Salonitanum epiſcopum, præfationem Iſidori Mercatoris in ſuam compilationem canonum, ordinem celebrandi concilij ex IV. Toletano concilio deſumptum, exhortationem ſeu viam regiam ad principem, & ſi quæ alia præmiſit Seuerinus Binius, operæpretium erit ſacrorum canonum ac conciliorum, quæ variis in locis hactenus in lu-

Digitized by Google

cem emiſſæ ſunt, collectionum indicem contexere, ac nonnulla de iis, qui hoc perquam fructuoſo labore defuncti ſunt, ſtrictim obſeruare.

De quadruplici ſynodo apoſtolorum iuxta gloſſam ordinariam I. anno 33. paullo poſt Chriſti in cælum aſcenſum. II. anno eodem, paucis poſt ſancti Spiritus deſcenſum menſibus. III. & IV. poſt annum Chriſti 49. Claudij imp. 9. de idolothytis, de circumciſione, de cæremoniis legis Iudaïcæ, ac ſimilibus. De aliis quoque apoſtolorum conuentibus ſeu conciliis occaſione ſymboli, canonum, conſtitutionum, ac mortis beatiſſimæ Virginis: necnon de Antiocheno, vt ferunt, in annotatis ad Binium plenius diſputabitur.

Canones apoſtolorum 84. G. & L. interprete Gentiano Herueto.

Canones apoſtolorum 50. ex interpretatione Dionyſij Exigui.

* In notas a Seuerino Binio canonibus, conciliis, vitis, epiſtoliſque Romanorum pontificum ſubiectas, accedent editoris obſeruationes, caſtigationeſque, præſertim in iis quæ ad chronologiam & antiquitates ſacras ac ritus veteris eccleſiæ ſpectant.

* Idem etiam conferet editionem regiam cum mſſ. codicibus, atque vbi opus erit, cum editionibus, Romana G L. vtraque Biniana 1606. & 1618. Nicolina 1585. Suriana 1567. Crabbianis 1538. & 1551. Merlinianis 1523. & 1535. aliiſque, quas poſſidet collegij Pariſienſis ſocietatis Ieſu locupletiſſima bibliotheca.

VITÆ SS. PETRI, LINI, *& aliorum ex libro pontificali, auctoribus, vt volunt, Damaſo papa, Anaſtaſio ac Guillelmo S. R. E. bibliothecariis: ac deinde ex aliis auctoribus a Binio collecta, & ad noſtra tempora deducta. Nos certioribus calculis ætatem eorum, Deo dante, definiemus.*

I.

I. Chriſti ſæculum.

S. PETRVS Ionæ filius, ex Bethſaïda vico Galilææ, a Chriſto tum anno vitæ 31. tum paullo poſt reſurrectionem, collatis clauibus regni cælorum, princeps apoſtolorum conſtitutus, Romam petiit anno Chriſtianæ æræ 43. Claudij imp. ſecundo ad exitum properante; ſiquidem, vt vetus fert traditio, die 18. Ianuarij fuerit vrbem ingreſſus. Poſt 24. annos, menſes 5. & dies 12. Neronis imp. iuſſu in Ianiculo die 29. Iunij cruci inuerſis veſtigiis ſuffixus fuit, S. Paulo eodem die ad Aquas Saluias capitis abſciſſione martyrij palmam adepto.

* Epiſtolæ duæ B. Petri poſt XIV. B. Pauli & B. Iacobi catholicam extant in codicibus noui teſtamenti.

Tractatus de primatu Romanæ eccleſiæ poſt Nicolai papæ tempora conſcriptus.

II.

S. LINVS Volaterranus e Tuſcia, Herculani filius, ſedit annos 11. menſes 2. dies 23. a 29. Iunij anni Chriſti 67. ad diem 23. Septembris anni 78. quo iuſſu Saturnini conſularis martyrium capitis obtruncatione peregit, Veſpaſiano imperante.

III.

S. CLETVS Romanus, Æmiliani filius, ſedit annis 12. menſibus 7. diebus 2. ab anno Chriſti 78. ad diem 26. Aprilis anni 91. quo ſub Domitiano martyrio vitam clauſit.

IV.

S. CLEMENS Romanus, Fauſtini filius, ſedit annis 9. menſibus 6. & diebus totidem, ab anno 91. ad diem 23. Nouembris anni a Chriſto nato 100. quo martyr occubuit, Traiano poſt Neruam Romani imperij habenas moderante.

*Omiſſam hic in regia editione celeberrimam S. Clementis ad Corinthios epiſtolam G. & L. vulgabimus cum fragmentis ſecundæ; ex editione Patricij Iunij anni 1633.

Eidem ſancto pontifici tribuuntur epiſtolæ quinque.

I. ad Iacobum fratrem domini, Rufino Torano Aquileienſi interprete. * Ab ea penitus diuerſa eſt, quam Græce edidit 1555. Hadr. Turnebus. II. ad eundem. III. ad omnes fideles, eodem Rufino interprete. IV. ad Iulium & Iulianum diſcipulos ſuos. V. ad fratres diſcipulos ſuos Hieroſolymis cum Iacobo habitantes.

Decretum Clementis papæ.

V.

S. ANACLETVS Athenienſis e Græcia, Antiochi filius, poſt quatuor menſes a nece S. Clementis elapſos creatus Romanus pontifex, ordine quintus, ſedit annos 9. menſes 3. dies 10. a die 3. Aprilis anni æræ Dionyſianæ 101. ad diem 13. Iulij anni 110. quo ſub Traiano laurea martyrij coronatus cælum petiit. II. Chriſti ſæculum.

Tres decretales, vt vocant, epiſtolæ eius titulo ac nomine prænotantur.

I. ad omnes fideles. II. ad epiſcopos Italiæ. III. ad omnes epiſcopos.

Decreta Anacleti papæ.

Digitized by Google

VI.

S. EVARISTVS Græcus ex patre Iudæo, ſedit annis 9. menſibus 3. diebus 10. a die 26. Iulij anni Chriſti 110. ad diem 26. Octobris anni 119. quo ſub Hadriano martyr obiit.

Duæ illi tribuuntur epiſtolæ.
I. ad epiſcopos Africanos. II. ad Ægyptios fratres.
Decretum Euariſti papæ.

VII.

S. ALEXANDER I. Romanus, Alexandri filius, de regione Caput tauri, ſedit annis 10. menſibus 5. diebus 20. a die 23. Nouembris anni Chriſti 119. ad diem 3. Maij anni 130. quo martyrio vitam finiuit, imperante Hadriano.

Nomen eius ſibi vendicant tres epiſtolæ.
I. ad omnes orthodoxos. II. ad omnes epiſcopos. III. ad omnes ſacerdotes.
Decretum Alexandri papæ I.

VIII.

S. SIXTVS I. Romanus, Paſtoris filius, de regione Via-lata, ſedit annis 10. minus vno menſe, & diebus 22. a Maio anni Chriſti 130. ad diem 6. Aprilis anni 140. quo paſſus eſt, imperante Antonino Pio.

Tribuuntur illi duæ epiſtolæ.
I. ad omnes fideles. II. ad omnes epiſcopos.
Decretum Sixti papæ I.

IX.

S. TELESPHORVS Græcus ex Anachoreta, ſedit annos 11. menſes fere 9. à die 8. Aprilis anni 140. ad diem 5. Ianuarij anni 152. quo cæſus pro Chriſto fuit, eodem Antonino imperante.

Vnica eius fertur epiſtola ad omnes fideles.
* Romana ſub eo ſynodus ex ſynodico GL.

X.

S. HYGINIVS Græcus ex philoſopho de Athenis, ſedit annis 4. vno die minus, a die 13. Ianuarij anni 152. ad diem 11. Ianuarij anni 156. quo ſub eodem Pio imp. occiſus eſt.

Digitized by Google

Duæ eius laudantur epiſtolæ.
I. ad omnes fideles. II. ad Athenienſes.
Decreta Hyginij papæ.

XI.

S. Pivs I. Aquileienſis, Rufini filius, frater Paſtoris, ſedit annis 9. menſibus 5. diebus 26. a die 15. Ianuarij anni Chriſti 156. ad diem 11. Iulij anni 165. quo martyrium fecit, imperantibus Marco Antonino Philoſopho, & Lucio Vero.

Illi tribuuntur epiſtolæ quatuor.
I. ad vniuerſos fideles. II. ad Italos. III. & IV. ad Iuſtum epiſcopum Viennenſem, Gratiano aliiſque incognitæ, patrum noſtrorum memoria erutæ fuerunt ex archiuo Viennenſi.
Decreta Pij papæ I.

XII.

S. Anicetvs Syrus, Ioannis filius, ſedit annis 7. & menſibus fere 9. à die 25. Iulij anni 165. ad diem 17. Aprilis anni 173. quo martyr occubuit, Marco Aurelio imperante.

Vnica eius epiſtola ad epiſcopos Galliæ.
* Romana ſynodus de paſchatis celebrandi die, ex ſynodico.

XIII.

S. Soter Fundanus e Campania, Conradi filius, ſedit annos ferme 4. ab anno 173. die Maij 4. ad diem 22. Aprilis anni 177. quo ſub eodem M. Aurelio palmam martyrij percepit.

Duæ illi tribuuntur epiſtolæ.
I. ad Campaniæ epiſcopos. II. ad epiſcopos Italiæ.
Decreta Soteris papæ.

XIV.

S. Elevtherus Græcus de oppido Nicopoli, Abundij filius, ſedit annis 15. diebus 23. a Maio anni 177. vſque ad diem 26. Maij anni 192. quo interfectus eſt aliquot ante menſibus quam ſuorum conſpiratione necaretur imp. Commodus.

Epiſtola ad vniuerſas eccleſias per Galliæ prouincias domino militantes.
* Ex ſynodico GL. huc referri poſſunt ſynodi aliquot.
* I. Lugdunenſis S. Irenæi & duodecim epiſcoporum contra hæreticos.
* II Hierapolitana Apollinaris aduerſus Montanum & Theodotum.
* III. Sotæ Achillarum epiſcopi aduerſus eoſdem.

Digitized by Google

* IV. Gallicana confeſſorum aduerſus Montanum.

XV.

S. VICTOR I. Afer, Felicis filius, ſedit annos 9. & menſes fere 2. ab anni 192. kal. Iuniis, ad diem vſque 28 Iulij anni 201. quo martyrio donatus eſt, imperante L. Septimio Seuero.

Duæ illi tribuuntur epiſtolæ.

I. ad Theophilum Alexandriæ epiſcopum. II. ad vniuerſos epiſcopos per Africam conſtitutos.

* Præter has duæ memorantur ex monumentis Viennenſibus, vt volunt, depromptæ, ad Deſiderium & Paracodam epiſcopos Viennenſes.

Romanum concilium ſub Victore I. celebratum anno 4. Seueri imp. Chriſtianæ æræ 197.

* 197. aut circiter, *Lugdunenſe* concilium a S. Irenæo aliiſque tredecim epiſcopis aduerſus Quartadecimanos, ex ſynodico. Euſebius enim Gallicæ ſynodi duntaxat meminit.

197. aut circiter, *Paleſtinum* concilium ſub eodem Victore de obſeruatione paſchatis a Theophilo Cæſareæ epiſcopo, cuius fragmentum extat apud Bedam de æquinoctio vernali.

* Eodem ferme tempore *Ponticum* præſide Palma ſeu Plaſma epiſcopo, *Achaïcum* à Bacchyllide Corinthiorum epiſcopo, *Oſroënum* octodecim epiſcoporum in oriente concilia celebrata ſunt, cui ex ſynodico GL. adiungi poterunt *Hieroſolymitanum* a Narciſſo & quatuordecim epiſcopis peractum, *Meſopotamenum* quod male ſub Commodo collocatur, ac duo *Romana* ſub eodem Victore aduerſus hæreticos.

Epheſinum Polycratis Epheſiorum epiſcopi, & aliorum in Aſia antiſtitum Quartadecimanorum errori fauentium, a Victore papa reprobatum, ad eadem tempora pertinet.

XVI.

III. Chriſti ſæculum.

S. ZEPHYRINVS Romanus, Abundij filius, ſedit annos 18. totidemque dies, a 28. Auguſti anni Chriſti 201. vſque ad diem 26. Auguſti anni 219. quo incruenta morte obiit, imperante Antonino Alagabalo.

Duæ nomen eius præferunt decretales epiſtolæ.

I. ad epiſcopos omnes per Siciliam conſtitutos. II. ad fratres per Ægyptum domino militantes.

Africanum concilium ſub Agrippino Carthaginenſis eccleſiæ epiſcopo, de quo S. Cyprianus epiſt. 71. a Romanis pontificibus improbatum.

XVII.

S. CALLISTVS I. Romanus, Domitij filius, ſedit annis

Digitized by Google

5. menſe 1. & diebus 12. a Septembri anni 219. vſque ad diem 14. Octobris anni 224. quo martyrium eſt conſecutus, imperante Alexandro Seuero Mammææ filio.

Duæ illi tribuuntur epiſtolæ.

I. ad Benedictum epiſcopum. II. ad epiſcopos per Gallias conſtitutos.

XVIII.

S. VRBANVS I Romanus, Pontiani filius, ſedit annos 6. menſes 7. & dies 4. a 21. Octobris anni 224. ad diem 25. Maij anni 231. quo mortem pro Chriſto oppetiit, imperante eodem Alexandro Mammææ filio.

Legitur eius nomine decretalis epiſtola ad omnes Chriſtianos.

XIX.

S. PONTIANVS, Romanus, Calfurnij filius, ſedit annis 4. & fere 5. menſibus, a Iunio anni 231. ad diem 19. Nouembris anni 235. quo paſſus eſt ſub imperatore Maximino, cum anno ſuperiore iuſſu Alexandri Seueri in Sardiniam inſulam fuiſſet relegatus.

Duas ipſi adiudicant epiſtolas decretales.

I. ad Felicem Succribonum. II. ad omnes recte dominum colentes & diuinum cultum amantes.

XX.

S. ANTERVS, Græcus, Romuli filius, cum anno 235. poſt tredecim dies S. Pontiano ſuffectus eſſet Romanus pontifex ordine vigeſimus, ac paullo plus vno menſe pontificatum tenuiſſet, martyrio affectus eſt die 3 Ianuarij anni 236. imperante Maximino Thrace.

Vnicam ei adſignant decretalem epiſtolam ad epiſcopos prouinciarum Bæticæ & Toletanæ in Hiſpania

XXI.

S. FABIANVS, Romanus, Fabij filius, ſedit annis 15. & diebus 5. a 15. Ianuarij anni 236. ad diem 20. Ianuarij anni 250. quo vitam pro Chriſto poſuit, ſub Decio.

Tres illi vulgo tribuuntur epiſtolæ.

I. ad omnes eccleſiæ catholicæ comminiſtros. II. ad omnes orientales epiſcopos. III. ad Hilarium epiſcopum.

Digitized by Google

Decreta Fabiani papæ, ex Gratiano & aliis.

Labeſitanum ſeu Lambeſitenſe in Africa concilium ſub Fabiano, in quo condemnatus eſt a nonaginta epiſcopis quidam Priuatus hæreticus, anno circiter 240. Gordiani 3.

Arabicum anno circiter 247. Philippi 4. contra hæreticos de immortalitate animorum male ſentientes.

* Synodicum memorat hoc circiter tempore *Boſtrenum* in eadem Arabia concilium ad emendationem Berilli eiuſdem vrbis epiſcopi, qui in Theodoti Coriarij ſenſum prolapſus fuerat, diſtinguitque a præcedenti, & vtrique interfuiſſe docet Origenem.

Romana ſede per annum vacante poſt necem Fabiani.

Congregatum eſt anno 250. *Romanum* concilium in cauſa lapſorum a clero & epiſcopis in vrbe reſidentibus.

Epiſtola S. Cypriani ad clerum vrbis Romæ.

Epiſtola cleri Romani ad clerum Carthaginenſem.

Epiſtolæ tres S. Cypriani ad clerum Romanum.

Epiſtolæ duæ cleri Romani ad S. Cyprianum.

XXII.

S. CORNELIVS, Romanus, Caſtini filius, ſedit annis 2. menſibus 4. & diebus 15. a die 30. Aprilis anni 251. ad diem 14. Septembris anni 253. quo martyrio coronatus obiit, imperantibus Gallo & Voluſiano.

Epiſtola I. ad omnes fideles, merito ſuſpecta. II ad Rufum epiſcopum, non maioris fidei. III. ad Fabium Antiochenum, ex Euſebio. IV. ad Lupicinum epiſcopum Viennenſem. V. & VI. ad S. Cyprianum Carthaginenſem epiſcopum.

S. Cypriani octo epiſtolæ ad Cornelium pap. & vna ad Antonianum.

Decretum Cornelij papæ.

Carthaginenſe I. concilium ſub Cornelio anno 252. aut ſub finem præcedentis, de pace lapſis pœnitentibus danda, contra Nouatiani dogmatis aſſertores.

252. aut initio *253.* *Romanum* concilium ſub Cornelio, in quo decretum Carthaginenſis concilij confirmatum.

Alterum quoque *Romanum* ſtatuitur, in quo Nouatianus eiuſque fautores lapſis pœnitentiam & reconciliationem denegantes, excommunicatione perculſi; cum vtrumque in vno forte potuerit perfici.

Italicum eodem tempore de cauſa eiuſdem Nouatiani.

253. *Carthaginenſe* II. concilium a 42. epiſcopis idibus Maij celebratum in cauſa Feliciſſimi, Nouati, & Nouatiani, qui ſe ab vnitate eccleſiaſtica ſeiunxerant.

Epiſtola

* Synodicum adiungit concilium *Antiochiæ* collectum a Demetrio eiuſdem vrbis epiſcopo, aduerſus Nouatum.

* Adiungent & alij *Narbonenſe* ex vita S. Pauli Narbonenſis epiſcopi.

XXIII.

S. LVCIVS I. Romanus, Porphyrij filius, ſedit annum 1. & 3. menſes, ab anni 253. die 20. Octobris, ad diem 4. Martij anni 255. quo paſſus eſt ſub impp. Valeriano & Gallieno.

Epiſtola ad Galliæ atque Hiſpaniæ epiſcopos.

S Cypriani ad Lucium papam reuerſum ab exilio gratulatoria epiſtola.

Decreta Lucij papæ.

XXIV.

S. STEPHANVS I. Romanus, Iulij filius, ſedit annis 2. menſibus 3. & diebus 22. à die 9. Aprilis anni 255. ad diem 2. Auguſti anni 257. quo ſub iiſdem Valeriano & Gallieno martyrij titulum obtinuit.

Tribuuntur illi duæ decretales epiſtolæ.

I. ad quemdam Hilarium epiſcopum. II. ad omnes per diuerſas prouincias conſtitutos epiſcopos.

Epiſtolæ duæ S. Cypriani ad Stephanum papam. I. de Marciano epiſcopo Arelatenſi Nouatiani fautore. II. de baptizandis iis qui ab hæreticis ſunt baptizati. Aliæ eiuſdem Cypriani epiſtolæ.

* Anonymi tractatus a Sirmundo deſcriptus ex mſſ. Remenſi, & Rigaltio traditus, qui edidit in notis ad Cyprianum.

Africanum I. ſub Stephano I. ad collapſam eccleſiæ diſciplinam reformandam anno 255.

256. *Africanum* II. ſub Stephano I. in cauſa Baſilidis Legionenſis, & Martialis Aſturicenſis in Hiſpania epiſcoporum.

256. *Iconienſe* in Phrygia aduerſus Cataphrygas hæreticos, cum epiſtola Firmiliani epiſcopi ad S. Cyprianum.

256. *Synnadenſe* in Aſia in cauſa baptiſmi ab hæreticis collati.

256. *Carthaginenſe* I. ſub Stephano: itemque II. in eadem vrbe in cauſa baptiſmatis hæreticorum, cum tribus S. Cypriani epiſtolis.

256. *Carthaginenſe* III. ſub eodem papa Kalendis Septembris celebratum a S. Cypriano & epiſcopis Africæ, Numidiæ & Mauritaniæ, ſed improbatum ab eccleſia.

* Pars huius concilij Græce extat apud Zonaram & Balſamonem.

257. *Romanum* ſub Stephano I. in quo ſtatutum eſt non eſſe recedendum a traditione apoſtolica de non iterando baptiſmate, *&c.*

XXV.

S. SIXTVS II. Græcus ex philoſopho de Athenis, ſedit

annum 1. minus diebus 18. a die 24. Auguſti anni 257. ad diem 6. Auguſti anni ſequentis 258. quo cæſus eſt triduo ante S. Laurentium, quem cum pluribus aliis eadem Valeriani & Gallieni procella ſuſtulit.

Tribuuntur illi duæ decretales epiſtolæ.

I. ad Gratum epiſcopum. II. ad epiſcopos per Hiſpaniarum prouincias conſtitutos.

Decreta Sixti papæ II.

XXVI.

S. Dionysius, ex Monacho, cuius generationem ſe non potuiſſe reperire fatetur auctor pontificalis, ſedit annis 12. cum menſibus 3. & diebus 14. a die 10. Septembris anni 258. ad diem 26. Decembris anni 270. quo pacata morte deceſſit ſub imperio Aureliani, qui inter initia Chriſtianis fauere viſus eſt.

Duæ eius nomen ſibi præfigunt epiſtolæ.

I. ad Vrbanum præfectum. II. ad Seuerum epiſcopum.

Romanum concilium in cauſa Dionyſij Alexandrini patriarchæ de Sabellianiſmo a Pentapolitanis apud Dionyſium papam Romanum accuſati.

* *Neocæſarienſe* concilium præſide S. Gregorio Thaumaturgo, paullo poſtquam barbari Scythæ ſuam in patriam receſſiſſent circa annum 261. Hinc prodiiſſe creditur inſignis in iure Græco epiſtola canonica aduerſus eos qui ἐν τῇ καταδρομῇ τῶν βαρβάρων idolothyta comederant, aliiſque peccatis ſe commacularant.

Antiochenum I. concilium eodem pene tempore celebratum, in quo a S. Gregorio eiuſque fratre Athenodoro, Heleno, Hymenæo, Theotechno, aliiſque damnata ſunt Pauli Samoſatenſis Antiochiæ præſulis impia dogmata.

Profeſſio fidei miſſa ad Paulum Antiochenum.

* Epiſtola S. Dionyſij Alexandrini, quam ad illam ſynodum ſcripſit, cùm per corporis imbecillitatem adeſſe non poſſet.

270. Chriſti anno, Aureliani imp. primo, *Antiochenum* II. concilium, in quo Paulus Samoſatenus, qui abdicatam ante aliquot annos hæreſim repetierat, ab innumeris epiſcopis de errore corruptiſque moribus conuictus, damnatus, ac de epiſcopali ſede amotus, ſubſtituto in eius locum Domno.

* Epiſtola ſynodica ad Dionyſium Romanum pontificem, reliquoſque collegas epiſcopos ex illo II. Antiochenſi concilio G. & L. ex Euſebij libro 7. capp. 23. & 24.

XXVII.

S. Felix I. Romanus, Conſtantij filius, ſedit an. 4. menſ. 5.

Digitized by Google

vno die minus a die vltimo anni 270. ad diem 30. Maij anni 275. quo martyrio vitam finiit, tribus ante menſibus & diebus 26. quam Claudius Tacitus fieret imperator die 25. Septembris.

Tres ipſi vulgo adiudicantur epiſtelæ.

I. ad Paternum epiſcopum. II. ad vniuerſos Galliæ epiſcopos. III. ad Benignum epiſcopum.

* Fragmentum epiſtolæ ad Maximum epiſcopum & clericos Alexandriæ, G. & L. ex S. Cyrillo & concilio Calchedonenſi.

XXVIII.

S. EVTYCHIANVS, Tuſcus, Marini filius, de ciuitate Lunenſi, ſedit annos 8. menſes 6. dies 4. a die 4. Iunij anni 275. ad diem 8. Decembris 283. quo martyr obiit, imperantibus Carino & Numeriano Cari filiis.

Duæ illi tribuuntur decretales epiſtolæ.

I. ad Ioannem & ad omnes epiſcopos Bæticæ prouinciæ. II. ad epiſcopos Siciliæ.

Decreta Eutychiani papæ.

Notandum hic videtur, quod alibi monuimus, circa initia Caij papæ in annalibus Baronij, tabulis Galteri, epiteme Spondani, chronico Gordoni, conciliis Binij, ſummis Coriolani & Baillij, Gallia Chriſtiana Claudij Roberti etiam nuper recentata, interpolata & aucta, aliorumque recentiorum ſcriptis labem eſſe duorum annorum (Onufrius Panuinius, aliique eum ſequuti, vnum tantum conſulatum expunxere) quos imperatori Probo adimunt, ac duo conſulum paria ex faſtorum albo abradunt; vt ſuum errorem de natali Chriſti anno, (quem biennio communem noſtram ac veram eccleſiæ æram anteceſſiſſe putant) ſerius cognitum, quoque modo emendare videantur, vt pluribus obſeruarunt Scaliger, Dekerius, Caluiſius, Petauius, Bucherius, Bollandus, Henſchenius, & ſi qui alij reconditioris temporum ſcientiæ viri conſultiſſimi. Huc vſque igitur biennio fere ſemper a veriore chronologia aberrauit Baronius, quique ei κατὰ πόδας adhærere ſolent, vt cum ſanctum Petrum Romam veniſſe ſtatuunt anno Chriſtianæ æræ 45. obiiſſe 69. Solyma expugnata anno 72. Traianum iniiſſe imperium anno 100. Clementem anno 102. Victorem 203. Fabianum 252. paſſos: conſulatum Pontij & Vlpiani tot characteribus temporum munitum incidiſſe in annum 240. & ſimilia propemodum infinita: de quibus obiter te hic quoque monere voluimus, ne aut nos hactenus a tanto viro annalium eccleſiaſticorum parente eiuſque ſectatoribus diſcrepantes temeritatis arguas cauſa neſcius; aut in ſimiles cum iis erreres, quod contingere pleriſque dolemus, in tanta chronologicæ veritatis luce huic ſæculo affuſa, ipſemet imprudens impingas.

XXIX.

S. CAIVS ſeu GAIVS, Dalmata, Gaij filius, ex genere Diocletiani imperatoris, ſedit annis 12. menſibus 4. & diebus 5. a die 17. Decembris anni 283. ad diem 22. Aprilis anni 296. quo interfectus eſt, Diocletiano & Maximiano imperantibus.

Vulgata eſt eius nomine epiſtola ad Felicem epiſcopum.

XXX.

IV. Chriſti ſæculum. S. MARCELLINVS Romanus, Proiecti filius, ſedit annis 7. menſibus 11. & diebus 26. a die 3. Maij anni 296. ad diem 26. Aprilis anni 304. quo martyrio affectus eſt, imperantibus Conſtantino Chloro, & Maximiano Armentario, cum paullo ante kal. Aprilis, vel vt alij, 19. Februarij Diocletianus Nicomediæ, Maximianus Herculius Mediolani purpuram poſuiſſent.

Duæ illius nomen præ ſe ferunt epiſtolæ.

I. ad Salomonem epiſcopum. II. ad epiſcopos per orientales prouincias conſtitutos.

Cirtenſe in Numidia concilium ſub Marcellino, Diocletiano VIII. & Maximiano VII. coſſ. die 4. Martij, vel vt alij, 15. Maij anni 303. in quo nonnulli qui fidem eiurarant, & libros ſacros vigente perſecutione tradiderant, vitandi ſchiſmatis cauſa in communionem recepti ſunt. Præfuiſſe Secundum Tigiſitanum docet S. Auguſtinus III. contra Creſconium 26.

Eodem anno 303. *Sinueſſanum* concilium circa 10. kal. Septemb. eiuſque acta de Marcellini papæ condemnatione.

XXXI.

S. MARCELLVS I. Romanus, Benedicti filius, de regione Vialata, ſedit annis 4. & menſibus circiter 2. a die 21. Maij anni 304. ad diem 16. Ianuarij anni 309. ſæuiente in Chriſtianos imperatore Maxentio. Sunt tamen qui eius initia repetunt ab exeunte Decembri anni 304. cum Romana ſedes aliquot menſibus vacaſſet.

Tribuuntur ei duæ decretales epiſtolæ.

I. ad epiſcopos Antiochenæ prouinciæ. II. ad Maxentium tyrannum.

Decretum Marcelli papæ I.

Regulæ & canones Petri Alexandrini epiſcopi.

Eliberitanum in Bætica celebratum concilium ſub S. Marcello anno circiter 305. canonibus 81. diſtinctum.

Digitized by Google

Fragmenta ex eodem a variis citata.

* In Eliberitanum concilium commentarij Fernandi Mendozæ.

* In idem notæ Gabrielis Albaſpinæi epiſcopi Aurelianenſis.

306. *Carthaginenſe* I. a ſchiſmaticis Donatiſtis 70. cum in locum Menſurij defuncti Cæcilianus (quem abſentem damnarunt, Maiorino ſubſtituto) factus eſſet Carthaginis epiſcopus, & a Felice Aptungitano epiſcopo ordinatus.

308. *Carthaginenſe* II. ſub eodem Marcello, in quo a 270. epiſcopis Donatianæ factionis per dies 75. poſt multas concertationes decretum eſt, vt traditoribus, etiamſi baptizari nollent, communicaretur. Aug. ep. 48.

XXXII.

S. EVSEBIVS Græcus ex patre medico, ſedit annis 2. menſibus 8. diebus 21. a die 5. Februarij anni 309. ad diem 26. Septembris anni 311. quo obiit, imperantibus Maxentio, Conſtantino, Maximiano, Maximino atque Licinio.

Tres illi aſſignantur epiſtolæ decretales.

I. ad epiſcopos per Gallicanas prouincias conſtitutos. II. ad Ægyptios. III. ad epiſcopos Tuſciæ & Campaniæ.

Decreta Euſebij papæ.

XXXIII.

S. MELCHIADES ſeu Miltiades, Afer, ſedit annis 2. menſibus 2. & diebus 7. a die 3. Octobris anni 311. ad diem 10. Decembris anni 313. quo obiit incruenta morte.

Epiſtola ad Marinum & ceteros Hiſpaniæ epiſcopos ſola edita eſt a Seuerino Binio, omiſſa altera, quam eidem Melchiadi papæ tribuit Iſidorus Mercator, de primitiua eccleſia, & Conſtantini magni erga eamdem munificentia.

313. *Romanum* concilium ſub Melchiade papa cum epiſtola Anulini proconſulis Africæ ad Conſtantinum imper. cum libello Donatiſtarum oblata, & tribus Conſtantini epiſtolis: I. ad Melchiadem, II. ad epiſcopos poſt concilium, III. ad epiſcopos, vt pacem componant, & obſtinationem deponant.

XXXIV.

S. SILVESTER I. Romanus, Rufini filius, ſedit annis 21. menſibus 11. vno minus die à Kalendis Februariis anni 314. ad diem 31. Decembris anni 335. quo obiit, Conſtantino magno tricennalia imperij peragente.

Epiſtola ſpuria de munificentia & donatione Conſtantini magni, quæ ab aliis tribuitur Melchiadi.

Digitized by Google

* Edictum Conſtantini magni de dominio Romanæ ſedi collato, Græce ſaltem ex parte.

Anno Chriſti 314. Voluſiano & Anniano coſſ. *Arelatenſe* I. concilium Conſtantini imperatoris iuſſu celebratum in Cæciliani Carthaginenſis epiſcopi & Donatiſtarum cauſa, cum Marinus Arelatenſis eſſet epiſcopus: *Γενικὴν σύνοδον* vocat ſynodici auctor, Auguſtinus vero plenarium & vniuerſale & vniuerſæ eccleſiæ concilium appellare non dubitauit.

Epiſtola Conſtantini ad vicarium Africæ Ælianum.

* Eiuſdem epiſtola ad Chreſtum epiſcopum Syracuſanum, GL.

Synodi epiſtola ad Silueſtrum papam de rebus in ea geſtis.

Canones Arelatenſis concilij num. 22. cum ſubſcriptionibus.

Reſcriptum Conſtantini poſt ſynodum ad epiſcopos, vt ad ſuas prouincias reuertantur.

Epiſtola Cæciliani ad Felicem.

Epiſtola Conſtantini ad Probianum, qua petit Ingentium ad ſe tranſmitti.

* Notæ Gabrielis Albaſpinæi epiſcopi Aurelianenſis in canones ſeptem concilij Arelatenſis I.

Ancyranum concilium in Aſia tempore Silueſtri I. anno circiter 314. celebratum ab octodecim epiſcopis in cauſa lapſorum, GL. Gentiano Herueto interprete.

Iidem canones, ex interpretatione Dionyſij Exigui.

Iidem canones vt leguntur apud Iſidorum Mercatorem.

Alia duo capitula Ancyrani concilij.

* Nota Gabrielis Albaſpinei ep. Aur. in XVII. canonem Ancyranum.

Neocæſarienſe concilium in eadem Aſia ad Lycum fluuium in prouincia Cappadociæ (*Καισαρείας τῆ Πόντου* vocat ſynodicum) epiſcoporum tredecim, anno 314. aut ſequente, GL. Gentiano Herueto interprete.

Iidem canones, ex interpretatione Dionyſij Exigui.

Iidem vt leguntur in collectione Iſidori Mercatoris.

* Notæ G. Albaſpinei ep. Aur. in VI. & XII. canones Neocæſarienſes.

Romanum I. concilium ſub Silueſtro anno, vt volunt, Chriſti 315. in quo diſputatum aduerſus Iudæos.

Alexandrinum I. concilium ſub Silueſtro centum fere epiſcoporum, anno Chriſti 315. in quo Arius primum damnatus.

* Præmittit auctor ſynodici fragmentum beati Patricij Ararſij ex oratione ipſius, quæ inſcribebatur oceanus.

Alexandrinum II. concilium ſub Silueſtro anno 319. præſide Oſio Cordubenſi, in cauſa Arianorum, Meletianorum, & Colluthianorum.

Laodicenum concilium ſub Silueſtro, vt volunt, anno 319. aut 320. celebratum in Phrygia Pacatiana a Nunechio & 32. epiſcopis, ad collapſam eccleſiæ diſciplinam inſtaurandam, GL. Gent. Herueto interprete.

Digitized by Google

Iidem canones ex interpretatione Dionyſij Exigui.

Iidem, vt leguntur in collectione Iſidori Mercatoris.

* Notæ Gabr. Albaſpinei ep. Aur. in canonem II. concilij Laodicenſis.

Romanum II. concilium ſub Silueſtro kalend. Iunij anni 324. aduerſus Arianos alioſque hæreticos, & qualiter Eccleſiaſtici gradus cuſtodiantur, celebratum perhibetur, cuius viginti capita extant ex gemina editione.

NICÆNVM I. generale concilium in Bithynia celebratum anno Chriſti 325. vrbis conditæ 1078. æra Hiſpanica 363. Seleucidarum 636. Deſij menſis 19. ſiue 13. kal Iulij, Paulino & Iuliano coſſ. præſente Conſtantino magno annum vigeſimum in imperio agente, a 318. patribus, adſtantibus Oſio Cordubenſi epiſcopo, Vito ſeu Victore, atque Vincentio apoſtolicæ ſedis legatis, aduerſus Arium, Quartadecimanos, Rebaptizantes, alioſque hæreticos.

Epiſtolæ quæ anteceſſerunt concilium Nicænum, duæ ſcilicet Alexandri epiſcopi Alexandriæ, GL.

Conſtantini oratio ad patres de pace, GL.

Oratio Euſtathij epiſcopi Antiocheni.

Symbolum Nicæni concilij, GL.

Canones concilij Nicæni 20. GL. Dionyſio Exiguo interprete.

Iidem, vt exhibuit in ſua collectione Iſidorus.

Synodi Nicænæ epiſtola ad Silueſtrum papam.

Reſcriptum Silueſtri epiſcopi ad Synodum Nicænam.

Libellus Euſebij Nicomedienſis, & Theognij Nicæni GL.

Epiſtola concilij ad eccleſiam Alexandrinam & fratres Ægyptum, Lybiam & Pentapolim incolentes, GL.

Conſtantini imp. epiſtola ad eccleſias, GL.

Eiuſdem epiſtola ad eccleſiam Alexandrinam, GL.

Eiuſdem epiſtola ad vniuerſos epiſcopos & populos, GL.

Eiuſdem ad eccleſiam Nicomedienſem contra Euſebium & Theognium, GL.

Canones concilij Nicæni 80. ex Arabico in Latinum conuerſi, & recogniti a Franciſco Turriano S. I.

* Concilij Nicæni præfatio vna cum titulis & argumentis canonum ac conſtitutionum eiuſdem qui hactenus apud orien-

Digitized by Google

tales nationes extant, ex Arabica lingua Latine redditi ab Abrahamo Ecchellenſi cum eiuſdem notis.

Gelaſij Cyziceni commentarius actorum concilij Nicæni, GL.

* Notæ G. Albaſpinei ep. Aur. in quatuor canones Nicænos.

* Acta Nicææ a ſynodo in cauſa depoſitionis Arij, in quibus ex parte enarratur vita Conſtantini imperatoris, ex Photij cod. 256. & tomo 2. appendicis ad auctarium GL. bibliothecæ veterum patrum.

* Gregorij preſbyteri Cæſareæ Cappadociæ oratio in SS. 318. patres, & in imp. Conſtantinum ex eodem tomo 2. appendicis R. P. Franciſci Combefiſij O. P.

Romanum III. concilium ſub Siluestro 275. epiſcoporum, vt volunt, anno 325.

Gangrenſe concilium tempore Siluestri papæ I. in Paphlagonia celebratum, anno vel 320. vel 324. a patribus quindecim aduerſus Euſtathium Sebaſtianenſem in Armenia epiſcopum, GL. Auctor ſynodici cum quibuſdam aliis ad inferiora demiſit tempora.

Canones Gangrenſis concilij 21. GL. Gentiano Herueto interprete.

Iidem ex interpretatione Dionyſij Exigui.

Iidem, vt repræſentantur in collectione Mercatoris.

* Ioannis Quintini Hedui IC. notæ in eoſdem canones.

335. *Tyrium* conciliabulum ſub Silueſtro habitum in cauſa S. Athanaſij.

* Illud idem ac *Mareoticum* & ſequentia plurima ex ſynodico, ne illud ſigillatim cogar inculcare.

Epiſtolæ Conſtantini. I. ad Catholicos Alexandrinæ eccleſiæ, II. ad Nicomedienſes, III. ad S. Athanaſium.

Epiſtola Alexandri Theſſalonicenſis epiſcopi ad S. Athanaſium.

Epiſtola Arſenij pœnitentiam agentis, & ad eccleſiæ communionem recipi petentis.

Conſtantini epiſtola de ſynodo Tyri celebranda.

Libellus oblatus a 47. orthodoxis Ægypti epiſcopis.

Alter ab iiſdem oblatus Flauio Dionyſio comiti.

Eidem oblatus libellus ab Alexandro Theſſalonicenſi epiſcopo.

Epiſtola Dionyſij comitis ad Euſebianos.

Libellus clericorum Alexandrinorum pro Athanaſio, cum duplici libello Mareoticorum in eadem cauſa.

Eodem anno 335. Hieroſolymitanum conciliabulum Euſebianorum, in cauſa Arij reſtituendi.

Epiſtola

Digitized by Google

Epiſtola Conſtantini honorifice Arium ad ſe accerſentis.
Libellus fidei ab Ario & Euzoio oblatus imperatori Conſtantino.
Epiſtola ſynodalis de rebus in ſynodo geſtis.

XXXV.

S. MARCVS Romanus, Priſci filius, breuem pontificatum geſſit per menſes 8. & dies 22. a die 16. Ianuarii ad diem 7. Octobris anni 336. quo ſancte obiit ſub Conſtantino imp.

Epiſtola S. Athanaſii & Ægyptiorum epiſcoporum ad Marcum papam, de numero canonum Nicænorum.

Reſcriptum Marci papæ ad Athanaſium & omnes epiſcopos Ægyptios de miſſione capitulorum Nicæni concilii.

336. *Conſtantinopolitanum* concilium ab Arianis celebratum occaſione Marcelli Ancyræ in Galatia epiſcopi, cum iam fuiſſet per nouam calumniam pulſus in exilium S. Athanaſius, qui a S. Maximino Treuirorum epiſcopo perhumaniter receptus eſt.

XXXVI.

S. IVLIVS Romanus, Ruſtici filius, ſedit annos 16. menſes 5. dies 17. a die 27. Octobris anni 336. ad diem 12. Aprilis anni 352. imperante Conſtantio Conſtantini filio.

Epiſtola I. Iulii papæ increpatoria ad orientales epiſcopos.
Orientalium ad Iulium papam epiſtola.
Epiſtola II. ſiue reſcriptum Iulii papæ contra orientales pro Athanaſio & ceteris, conſtans capitibus 36.
* III. epiſtola Iulii papæ ad orientales in eadem cauſa Athanaſii, GL.
IV. Iulii papæ epiſtola ad Alexandrinos.
Conſtantii imp. epiſtolæ tres ad S. Athanaſium.
Eiuſdem duæ epiſtolæ ad clericos Alexandrinos.
Eiuſdem epiſtola ad Neſtorium & præfectos Auguſtamnicæ, Thebaïdis & Africæ.
Eiuſdem imperatoris epiſtola ad S. Athanaſium.
Decreta 10. Iulii papæ I.

337. *Romanum* I. a Iulio I. & reliquis centum & ſexdecim orthodoxis epiſcopis habitum die 19. kal. Octobrium.

Epiſtola Conſtantini Cæſaris ad Alexandrinos.

339. *Alexandrinum* concilium ex catholicis epiſcopis Ægypti, Thebaïdis, Lybiæ & Pentapoleos, Alexandriæ congregatis, in cauſa S. Athanaſii, cuius extat ſynodica epiſtola ad vniuerſos epiſcopos.

341. *Antiochenum* I. ſub Iulio papa I. celebratum a 30. epiſcopis in Encæniis, in quo Ariani S. Athanaſium depoſuerunt, Gregorio Cappadoce ſubſtituto. Extat ſynodica epiſtola GL.

Digitized by Google

Canones ſynodi Antiochenæ 25. GL. Gentiano Herueto interprete.
Iidem ex interpretatione Dionyſii Exigui.
Iidem relati in compilationem Iſidori Mercatoris.
Quatuor fidei formulæ ab Arianis excogitatæ.
* Notæ Gabr. Albaſpinæi ep. Aur. in canonem II. concilii Antiocheni.
341. *Romanum* II. ſub Iulio in cauſa S. Athanaſii præſentis, & aliorum epiſcoporum ab Arianis expulſorum ſedibus ſuis.
Symbolum S. Athanaſii Romæ editum anno hoc aut præcedenti 340.
342. *Romanum* III. ſub Iulio papa I. in eadem cauſa.
344. *Antiochenum* II. ab Arianis ſub Iulio celebratum, cuius extat formula fidei.
344. *Mediolanenſe* I. ſub Iulio a catholicis celebratum.
346. *Agrippinenſe* concilium ſub Iulio papa I. poſt conſulatum Amantii & Albini IV. idus Maias, in quo Euphrates Coloniæ Agrippinæ epiſcopus, quod Chriſtum Deum negaret, hæreſis damnatus atque exauctoratus eſt.
Excerpta ex vita S. Seruatii Tungrorum epiſcopi.

347. SARDICENSE generale concilium a 376. epiſcopis ſub Iulio I. papa celebratum in cauſa Athanaſii, Marcelli & aliorum epiſcoporum, Rufino & Euſebio coſſ.
Canones Sardicenſes 20. GL.
Iidem ex interpretatione Dionyſii Exigui.
Iidem, vt leguntur in collectione Iſidori.
Synodi Sardicenſis epiſtola ad Iulium vrbis Romæ epiſc.
Eiuſdem concilii epiſtola ad eccleſiam Alexandrinam, GL.
Epiſtola eiuſdem concilii ad omnes epiſcopos, GL.
Appendix epiſtolæ tertiæ concilii Sardicenſis, GL.
Eodem anno, aut ſequente, *Sardicenſe* conciliabulum a ſe ſubducentibus ex cœtu piorum Semiarianis habitum Philippopoli in Thracia.
Formula fidei huius pſeudoſynodi, & epiſtola ſynodalis ad Donatum Carthaginenſem ſcripta.

347. An hoc anno habita ſit *Mediolani* ſynodus ab epiſcopis catholicis, diſputant viri docti.
348. *Carthaginenſe* I. concilium tempore Iulii papæ a Grato epiſcopo Carthaginenſi & collegis eius celebratum æra 386. ex diuerſis prouinciis Africanis. Extant acta & canones quatuordecim.
* Auctor ſynodici a ſanctiſſimo epiſcopo Oſio in ciuitate *Cordubenſi*, cui præerat in Bætica, docet congregatam fuiſſe ſynodum, condemna-

toſque in ea quos Sardicenſe concilium abdicauerat, & receptos quos abſoluerat.

350. *Mediolanenſe* concilium II. ſub Iulio papa I. viuente adhuc Conſtante imp. in quo Vrſacius & Valens Arianam deteſtati hæreſim, oblato libello pœnitentiam egerunt.

* Epiſtola pacifica & communicatoria Vrſacii & Valentis ad Athanaſium, GL.

* Libellus pœnitentiæ, quem Vrſacius & Valens Iulio papæ obtulerunt, GL.

350. *Hieroſolymitanum* concilium in cauſa S. Athanaſii a Maximo Hieroſolymorum epiſcopo coactum poſt necem Conſtantis a Magnentio tyranno interfecti. Præter hoc & alterum ex ſynodico proferemus ab Arianis conuocatum.

* Epiſtola ſynodica Hieroſolymitani concilii ad Alexandrinos ſcripta, GL.

Vaſenſe concilium ſub Iulio I. refertur a Binio ex Adone Viennenſi in chronico, ſed illud reſpuit Sirmondus.

* *Sirmienſis* ſynodus poſt conſulatum Sergii & Nigriani celebrata anno 351. aduerſus Photinum ex Socrate & Sozomeno, vt pluribus docet Petauius in notis ad Epiphanium, & in duabus diſſertationibus.

XXXVII.

LIBERIVS Romanus, Auguſti filius, ſedit annis 15. menſibus 4. ac die vno alterove, a die 8. Maii anni 352. ad diem 9. Septembris anni 367. cum paullo ante apud Ambianos in Galliis Gratianus Auguſtus in tribunali a patre ſuo Valentiniano imp. leuatus fuiſſet, & Valens in oriente imperaret.

Fragmentum epiſtolæ I. Liberii papæ ad Oſium Cordubenſem epiſcopum de lapſu Vincentii.

II. Epiſtola Liberii papæ ad Conſtantium Auguſtum. III. IV. & V. epiſtola Liberii papæ ad Euſebium Vercellenſem epiſcopum. VI. ad omnes confeſſores exules. VII. ad orientales epiſcopos.

Ex fragmentis Hilarii Pictauienſis epiſcopi ſubiiciuntur duæ Liberii epiſtolæ: I. ad epiſcopos per orientem conſtitutos: II. ad Vrſacium, Valentem & Germinium; de quarum fide ambigitur.

VIII. ad Vincentium Capuæ epiſcopum. IX. ad epiſcopos Italiæ. X. communicatoriæ ad Athanaſium fragmentum. XI. ad orientales epiſcopos. XII. ad omnes generaliter epiſcopos.

Epiſtola Athanaſii & epiſcoporum Ægyptiorum ad Liberium papam de oppreſſionibus Arianorum.

XIII. ad Athanaſium & epiſcopos Ægyptios reſponſoria.

Digitized by Google

Athanaſii reſcriptum ad Liberium epiſcopum Romanum.

Decreta Liberii papæ.

352. *Romanum* concilium ſub Liberio papa in cauſa S. Athanaſii, de quo Ariani multa queſti fuerant.

353. *Arelatenſe* concilium, ſeu conuenticulum potius, ſub Liberio, in quo Paulinus Treuirorum epiſcopus, quod in Athanaſii damnationem ſubſcribere nollet, Arianorum factione depoſitus eſt, vt ex S. Hilario & Seuero Sulpitio conſtat.

355. *Mediolanenſe* concilium vniuerſale in cauſa Athanaſii, ſub Liberio papa a 300. & amplius epiſcopis occidentalibus habitum, ac reprobatum a Liberio, quem in ſuam ſententiam fruſtra conatus eſt pertrahere imperator Conſtantius.

Epiſtola ſynodica ad Euſebium.

Ad eumdem epiſtola legatorum ſedis apoſtolicæ.

Conſtantii imperatoris ad eumdem epiſtola.

* Dialogus Conſtantii cum Liberio Mediolani habitus, GL.

* Oſii epiſtola ad Conſtantium imp. GL.

356. *Biterrenſe* conciliabulum, de quo S. Hilarius Pictauorum epiſcopus Saturnini Arelatenſis epiſcopi dolo atque Arianorum factione in Phrygiam relegatus eſt, vt ipſemet Hilarius, Hieronymus, Seuerus, aliique meminerunt.

357. *Sirmienſe* concilium œcumenicum aduerſus Photinum hæreticum, quod omnino fuiſſe volunt reprobatum, a Binio Baronii veſtigia premente collocatur poſt Mediolanenſe, anno Liberii papæ 6. Conſtantii imp. 21. Verum ſatius eſt Petauianam chronologiam amplecti, & anno 351. Photinum agnoſcere ab epiſcopis orientalibus depoſitum, & opera Conſtantii imp. de ſede ſua eiectum.

* Sirmienſis fidei confeſſio, ſeu formula prima Semiarianorum a Marco Arethuſio epiſcopo ſcripta, & a Liberio ſubſcripta, GL.

Secunda Sirmiana fidei confeſſio, & formula Arianorum ab Oſio coacte ſubſcripta.

Tertia Sirmiana fidei confeſſio anno 359. Sirmii coram Conſtantio edita, Arimini a Valente recitata, Euſebio & Hypatio coſſ. Verum de iis inquiremus ſolertius ſuo tempore.

* Nicænas Thraciæ ac Bithyniæ ſynodos Arianorum profert ſynodicum ante Seleucienſem & Conſtantinopolitanam hæreticam.

358. *Ancyranum* concilium Semiarianorum.

358 Concilium incerti loci, in quo infidelis fidei impietas ex Sirmienſi oppido miſſa, hoc eſt fidei formula per Oſium & Potamium conſcripta, ab epiſcopis Galliæ damnata eſt.

359. *Ariminenſe* concilium œcumenicum approbatum, in quo quadringenti epiſcopi omnes catholici, ſi 50. aut 80. exceperis, Nicænam

fidem confirmarunt, damnata Ariana hæreſi.

Epiſtola Conſtantii ad ſynodum Ariminenſem.

* Sententia ſynodi ex S. Athanaſio, G. & L.

Alia catholica definitio ex fragmentis S. Hilarii, cum damnatione Arianæ hæreſeos.

* Epiſtola ſynodica per legatos ad Conſtantium imp. tranſmiſſa, GL.

Conſtantii imp. ad concilium Ariminenſe epiſtola.

* Epiſtola ſynodi Ariminenſis ad Conſtantium, GL.

Acta quædam, cum epiſtola ſynodica *Ariminenſis* conciliabuli.

Seleucienſe conciliabulum in Iſauria eodem anno 359. habitum, in quo a Semiarianis Acaciani damnari ſunt.

Conſtantinopolitanum conciliabulum eodem anno 359. in quo noua fidei formula promulgata, & viciſſim Semiariani ab Acacianis rigidiſque Arianis condemnari.

* Epiſtola ſynodica de Aëtii damnatione ad Georgium Alexandriæ epiſcopum, GL.

360. *Antiochenum* conciliabulum, in quo ab Arianis Meletius Antiochenus epiſcopus ſede ſua depoſitus eſt.

362. aut præcedenti *Pariſienſe* I. concilium ſub Liberio papa ac Iuliano apoſtata, in quo formula fidei ab Arianis, ſuppreſſo Vſiæ nomine, condita, & Arimini ſuſcepta, damnata eſt, ac Saturninus Arelatenſis ab eccleſia eiectus.

Synodica concilii, ſeu fides catholica expoſita apud *Pariſiam* ciuitatem ab epiſcopis Gallicanis ad orientales epiſcopos primum a Nicolao Fabro edita, cum fragmentis S. Hilarii.

362. *Alexandrinum* I. concilium poſt necem Georgii Cappadocis Alexandrinæ ſedis inuaſoris, reuerſo S. Athanaſio, de lapſis epiſcopis cum dignitate recipiendis, tum aduerſus Eunomium, Macedonium, Apollinarem, ſimileſque hæreticos, &c.

* Tertium additur ab auctore ſynodici.

* Epiſtola ſynodica concilii Alexandrini, GL.

363. *Alexandrinum* II. concilium, in quo conſcripta quæ ad Iouianum nouum imperatorem miſſa eſt, catholicæ fidei profeſſio.

* Epiſtola ſynodalis ad Iouianum imp. GL.

* 362. *Antiochenum* II. concilium ſub Liberio papa ab orthodoxis celebratum.

* Epiſtola ſynodica ad Iouianum imp. miſſa, cum Nicæna confeſſione adtexta, GL.

364. *Lampſacenum* conciliabulum Semiarianorum aduerſus Arianos celebratum ad Helleſpontiacum ſinum.

365. concilia in *Sicilia* & *Illyrico* occaſione Euſtathii Sebaſteni epiſcopi.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

* Epiſtola ſynodalis Illyricorum epiſcoporum ad epiſcopos diœceſeos Aſianæ, Phrygiæ, Carophrygiæ & Pacatianæ, GL.

* Epiſtola Valentis imp. ad eoſdem epiſcopos, GL.

Epiſtola epiſcoporum Italiæ Illyricis gratulantium de fide Nicæna ſuſcepta.

365. *Tyanenſe* concilium in Cappadocia ad radices Tauri montis ab orthodoxis habitum, in quo reſtitutus eſt in ſuam ſedem Euſtathius Sebaſtenus, cum fidem Nicænam ſimulate tantum recepiſſet.

* *Mediolanenſem* ſub S. Ambroſio ſynodum Tyanenſi præmittit auctor ſynodici, ſubiicitque Cæſarienſem Cappadociæ a S. Baſilio celebratam.

* Epiſtola S. Baſilii ad conuentum Tyanenſem, GL.

366. In *Caria* conciliabulum Arianorum Africanorum circiter 34. de quo Sozomenus.

366. *Singedunenſe* in Myſia Arianorum conciliabulum, cuius extat epiſtola ſynodalis a Valente Vrſacio aliiſque ſcripta ad Germinium, eiuſdemque Germinii Semiariani aduerſus Arianos epiſtola.

S. Felix II. a quibuſdam dictus, licet a pleriſque omittatur, Romanus, Anaſtaſii filius, factione Arianorum in locum exulantis Liberii ſubrogatus, imp. Conſtantium hæreticum damnauit, atque ab eo ob fidei catholicæ defenſionem de ſede ſua paullo poſt eiectus, & clam morti traditus eſt Ceræ in Tuſcia die 29. Iulii anni 357.

Epiſtola S. Athanaſii aliorumque Ægyptiorum pontificum ad Felicem vrbis Romæ papam de infeſtationibus Arianorum.

Eiuſdem Felicis papæ II. reſcriptum ad epiſcopos in Alexandrina ſynodo congregatos.

III. Felicis epiſtola ad eoſdem & ad reliquos domini ſacerdotes, *noθiαι*, non ſecus ac præcedentes, merito ſuſpecta.

XXXVIII.

S. Damasvs I. Hiſpanus, Antonii filius, ſedit annis 17. menſibus 2. diebus 27. a die 15. Septembris anni 367. quo electus eſt legitimis ſuffragiis, nequicquam tumultuantibus Vrſicini antipapæ fautoribus, vſque ad diem 11. Decembris anni 384. quo ad ſuperos abiit, ſub imperio Valentiniani iunioris ac Theodoſii. Præter eam quæ legitur in pontificali, duplex quoque extat Damaſi eiuſdem vita Romæ excuſa anno 1638.

Digitized by Google

I. epiſtola Damaſi papæ I. ad Paulinum Antiochenum epiſcopum. * II. ad epiſcopos orientis, GL. III. ad Hieronymum presbyterum.

Reſcriptum Hieronymi presbyteri ad Damaſum papam.

* Sunt & aliæ duæ Damaſi ad Hieronymum literæ, quibus reſpondet epiſtolis 125. & 145.

Stephani archiepiſcopi & trium conciliorum Africæ ad Damaſum papam de priuilegio Romanæ ſedis.

IV. Damaſi papæ epiſtola ad eumdem Stephanum & ad concilia Africæ. V. Damaſi eiuſdem ad Numidiæ epiſcopos de chorepiſcopis, &c. VI. ad epiſcopos in Illyrico conſtitutos. VII. ad epiſcopos Italiæ.

Decreta Damaſi papæ I.

* Ad Paulinum Theſſalonicenſem epiſcopum epiſtola Damaſi, GL.

* Aurelii Carthaginenſis epiſcopi ad Damaſum papam epiſtola.

* Damaſi ad Aurelium epiſcopum Carthaginenſem epiſtola.

368. ***Romanum*** I. concilium ſub Damaſo, in quo Vrſacius & Valens Ariani damnati.

369. ***Romanum*** II. concilium ſub eodem, in quo Auxentius Mediolanenſium epiſcopus Arianus deponitur, & Vrſicinus ſchiſmaticus damnatur.

* Epiſtola ſynodalis ex Romano concilio ad epiſcopos Illyrici, GL.

* ***Lampſacenam*** aduerſus Eudoxium, ***Pazenſem*** in Phrygia Aetianorum ſeu Sabbatianorum, & ***Illyricianam*** orthodoxorum ſub Valentiniano habitam ſynodicum præmittit tertiæ Romanæ ſynodo ſub Damaſo papa congregatæ.

373. ***Romanum*** III. concilium ſub eodem, in quo Apollinariſtarum hæreſis damnata.

* Decem anathematiſmi aduerſus Apollinaris blaſphemias, ex epiſtola I. ad Cledonium S. Gregorii Nazianzeni, GL.

* Profeſſio fidei, & anathematiſmi aduerſus Apollinaris, Arii, Sabellii, Macedonii, Eunomii & Photini hæreſes, ex epiſtola quam ſcripſit Damaſus Paulino epiſcopo Antiocheno, GL.

374. ***Valentinum*** I. in Gallia concilium ſub Damaſo celebratum 12. Iulii, Gratiano Auguſto III. & Equitio coſſ. cuius extat ſynodica, & quatuor canones cum ſubſcriptionibus, & epiſtola ad Foroiulienſes, Florentio tum Viennenſis eccleſiæ metropolitano. Decreta præterea duo ex Iuone & Gratiano.

* Notæ Gabrielis Albaſpinæi epiſc. Aur. ad canonem tertium concilii Valentini Galliæ.

377. ***Antiochenum*** concilium in cauſa ſchiſmatis Antiocheni ſub Damaſo, inter Meletium, Euzoium & Paulinum epiſcopos.

Aliud quoque, niſi fallit author ſynodici, ***Antiochiæ*** celebrauit concilium Meletius ὁ ἀοίδιμος, in quo Nicænum confirmauit ſymbolum, &

Marcellum, Photinum atque Apollinarem anathemate notauit, miſſa ad Damaſum & epiſcopos occidentis diuina expoſitione.

381. CONSTANTINOPOLITANVM I. concilium generale II. ſub Damaſo papa I. & Theodoſio magno imp. celebratum a 150. epiſcopis, Syagrio & Euagrio coſſ. æra Hiſpanica 419. in quo Macedoniana hæreſis aduerſus Spiritus ſancti diuinitatem damnata, & confirmatum Nicænæ fidei ſymbolum.

S. Gregorii Nazianzeni oratio in præſentia 150. epiſcoporum habita, GL.

Canones VII. eiuſdem concilii, GL.

Symbolum concilii Conſtantinopolitani, GL.

Iidem canones & expoſitio fidei, ſeu ſymbolum, ex interpretatione Dionyſii Exigui, cum ſubſcriptionibus.

Epiſtola epiſcoporum, qui Conſtantinopolim conuenerunt, ad Damaſum, Ambroſium, alioſque Romæ conuocatos, GL.

Synodalis epiſtola ad Theodoſium imp. de rebus in ſynodo geſtis, quæ Græce & Latine extat præfixa canonibus.

381. *Aquileienſe* concilium tempore Damaſi papæ I. in quo a 32. Italis, Gallis, Pannonicíſque epiſcopis Palladius & Secundianus epiſcopi Ariani cum Attalo presbytero damnati, Syagrio & Eucherio coſſ. nonis Septembris:

Geſta concilii Aquileienſis.

Epiſtola ad epiſcopos prouinciæ Viennenſium & Narbonenſium primæ & ſecundæ.

Eiuſdem concilii epiſtola ad Gratianum, & Valentinianum, & Theodoſium imperatores.

* Eiuſdem concilii ad eoſdem imperatores epiſtola, ne aures præbeant Vrſicino, qui Romanam ſedem repetere moliebatur.

* Iiſdem epiſtola, vt concilium Alexandriæ fieri iubeant, propter Timotheum epiſcopum, qui aliquorum diſſidiis vrgebatur.

* Ad Gratianum & Valentinianum impp. de damnatis e factione Vrſicini, qui eccleſias ſuas contra interdictum retinebant.

* Gratiani & Valentiniani Augg. reſcriptum datum ad Aquilinum vicarium vrbis.

* Ad Theodoſium imp. de damnatis in ſynodo, qui Apollinaris dogma inducere conabantur.

* Ad eumdem de epiſc. Antiochiæ ſubrogato poſt mortem Meletii, &c.

Digitized by Google

381. *Cæſarauguſtanum* in Tarraconenſi Hiſpania celebratum a duodecim epiſcopis ſub Damaſo papa I. contra Priſcillianiſtas. Extant canones octo.

* Notæ Gabr. Albaſpinæi in canonem VII. concilii Cæſarauguſtani.

382. *Romanum* IV. concilium ſub Damaſo papa I. in cauſa diſcidii Antiochenæ eccleſiæ.

* Quinque ſub Damaſo *Romanas* ſynodos reponit auctor ſynodici.

382. *Conſtantinopolitanum* II. ſub Damaſo, vnde legatos ad concilium Romæ collectum miſerunt, qui orientalium abſentiam excuſarent.

* 383. aut circiter, extremis Damaſi temporibus habitum fuit *Syde* in Pamphylia concilium aduerſus Maſſalianos, ſiue Euchaïtas vel Adelphios, GL. Eadem quoque de cauſa aliud a Flauiano Antiochiæ epiſcopo coactum fuit.

XXXIX.

SIRICIVS Romanus, Tiburtii filius, ſedit annis 13. menſe vno, diebus 14. a die 11. Ianuarii anni 385. ad diem 22. Februarii anni 398. quo obiit, imperantibus poſt obitum Theodoſii patris Arcadio & Honorio Augg.

I. epiſtola Siricii ad Himerium Tarraconenſem epiſcopum. II. Mediolanenſi eccleſiæ aduerſus Iouinianum hæreticum, eiuſque ſocios ab eccleſiæ vnitate remouendos.

S. Ambroſii & aliorum reſcriptum ad Siricium papam aduerſus Iouiniani errores.

III. ad orthodoxos per diuerſas prouincias. IV. ad epiſcopos per Africam: quæ eſt ſynodalis Romani concilii.

Maximi Auguſti epiſtola ad Siricium papam.

Eiuſdem Maximi epiſtola ad Valentinianum iuniorem Auguſtum, vt a vi eccleſiis & ſacerdotibus inferenda abſtineat.

* 385. *Burdigalenſe* concilium aduerſus Priſcilliani errores, Arcadio Aug. & Bautone coſſ. ex Seuero Sulpitio ac Proſpero Aquitanis ſcriptoribus, aliiſque Gallicanæ antiquitatis monimentis.

386. *Romanum* concilium ſub Siricio, menſe Ianuario in baſilica S. Petri 80. epiſcoporum, ad diſciplinam in Africana eccleſia inſtaurandam.

386. *Treuirenſe* concilium, coſſ. Honorio nobiliſſimo puero & Euodio, in quo Ithacius Priſcilliani accuſator abſolutus, & Felix Treuirorum epiſcopus præſente S. Martino ordinatus eſt, vt pluribus exequitur in dialogis de vita S. Martini Seuerus Sulpitius.

Profeſſio fidei catholicæ de Trinitate, quæ in veteribus membranis S. Martino Turonenſi epiſcopo tribuitur.

389. *Capuanum* concilium ſub Siricio celebratum in cauſa Antiochenæ diſſenſionis ac Bonoſi hæretici.

Digitized by Google

Synodus *Nemauſenſis* circa hæc tempora habita eſt, cuius acta S. Martinus, licet abſens, Angelo nunciante cognouit, vt tradit idem Seuerus Sulpitius.

390. æra 428. ſecundum Iſidorum, Valentiniano IV. & Neoterico (male Theodoſio) coſſ. celebratum fuit *Carthaginenſe* II. concilium, cui præfuit Genethlius epiſcopus Carthaginenſis Africæ primas, poſt Reſtitutum Grati, de quo ſupra dictum eſt, ſucceſſorem.

390. *Mediolanenſe* concilium ſub Siricio papa, quo Iouinianus condemnatus fuit, præſide S. Ambroſio, cuius extat ſynodalis epiſtola.

391. *Ancyranum*, male Angaritanum, conciliabulum Nouatianorum, de die paſchatis, de quo Socrates lib. 5. cap. 20.

393. *Hipponenſe*, ſiue Hipporegienſe, concilium in Africa ſub Siricio papa celebratum die 8. Octobris, Theodoſio III. & Abundantio coſſ. ad corrigendam diſciplinam, in quo de fide & ſymbolo presbyter adhuc S. Auguſtinus diſputauit. Ex huius & ſequentium conciliorum canonibus conflatus eſt codex canonum Africanæ eccleſiæ, in Carthaginenſi poſteriore, probatus anno Chriſti 419. poſt conſulatum Honorii XII. & Theodoſii VIII. & illius actis inſertus.

394. *Conſtantinopolitanum* ſub Siricio, in quo Agabii & Gebadii eumdem Boſtienſem epiſcopatum ſibi vindicare ſatagentium cauſa definita fuit.

394. *Adrumetinum* in Africa, Arcadio III. & Honorio II. coſſ. celebratum eſt, cuius mentio in *Carthaginenſi* 6. kal. Iulias huius anni, vnde legati ad Adrumetinum dicuntur miſſi.

* Eodem anno apud *Cabernas Suſis*, qui eſt locus Carthagini propinquus, ex Maximianiſtis 53. aut 43. epiſcopi Primianum cum ſuis ſectatoribus condemnarunt. Contra vero Primianus Parmeniano Carthagine ſuffectus, *Bagai* in Numidia 310. epiſcopos Donatiſtas coëgit, qui in Maximianum eiuſque fautores damnationis ſententiam protulerunt, poſt conſulatum Theodoſii III. Arcadio III. & Honorio II. coſſ. die 8. kal. Maias. Meminit quoque S. Auguſtinus in Pſalm. 36. *Cabarſieſſitani* concilii, in quo a centum vel amplius Donatiſtis epiſcopis idem Primianus perfecte pleniuſque damnatus eſt. Legendum cap. 53. libri III. & cap. 6. libri IV. contra Creſconium.

Taurinenſe concilium celebratum rogatu epiſcoporum Galliæ die 10. kal. Octobris, de primatu Proculi Maſſilienſis, necnon Arelatenſis ac Viennenſis eccleſiæ diſſidiis, minus commode locatur a Binio, Coriolano, aliiſque anno 397. cum ad ſequens ſæculum aptius conueniat, quo mortuo iam S. Martino die 11. Nouembris anni 400. Briccius Turonenſis vixit epiſcopus, vt ex epiſtolis Zoſimi papæ colligitur. Extant canones octo miſſi ad epiſcopos per Gallias & quinque prouincias conſtitutos.

397. *Carthaginenſe* concilium ſub Siricio papa celebratum, Cæſario & Attico coſſ. tum die 26. Iunii, tum 28. Auguſti, in ſecretario baſilicæ

reſtitutæ, Aurelio Carthaginenſi epiſcopo præſide : illudque dici ſolet III. cui S Auguſtinus ſubſcripſit, eiuſque canones numerantur plures 50. Quod vero appellatur II. a quibuſdam, ordine temporis dici debuerat inter Carthaginenſia quæ extant, vere poſtremum, vtpote celebratum circa tempora Cæleſtini I. papæ. Extat duplex editio, altera Latina, altera GL. quas cum editionibus Iuſtellianis, aliiſque conferemus.

Capitula quinque, ex Gratiano & aliis.

Canones concilii *Hipponenſis* abbreuiati *Carthagine* die 13. Auguſti anni 397. cum epiſtola Aurelii, Muſonii, & aliorum ad epiſcopos Numidiæ, Mauritaniæ vtriuſque, Tripolis, & prouinciæ proconſularis, ac profeſſione Nicæni concilii.

* Verum de variantibus conciliorum *Carthaginenſium* epochis ſcrupuloſius agetur in noſtris ad illa annotationibus, vbi etiam referemus notas Gabr. Albaſpinæi ad aliquot canones illorum conciliorum.

XL.

ANASTASIVS I. Romanus, Maximi filius, ſedit annos 4. menſem 1. & dies 13. a die 14. Martii anni 398. ad diem 27. Aprilis anni 402. quo obiit, imperatoribus Arcadio & Honorio. V. Chriſti ſæculum.

Tribuuntur illi tres epiſtolæ.

I. ad omnes Germaniæ ac Burgundiæ epiſcopos. II. ad Nerianum virum religioſum, quem ob parentum amiſſionem ſolatur. III. ad Ioannem Hieroſolymitanum epiſcopum, quæ ſola videtur germana.

398. *Carthaginenſe* concilium, dictum IV. ab epiſcopis 214. habitum æra 436. ſub Anaſtaſio I. papa, Honorio Aug. IV. & Eutychiano coſſ. die 8. Nouembris, Aurelio præſide, cuius extant canones 104. Quod vero dicitur quintum, illud tertium dici debuerat, ab epiſcopis 73. poſt conſulatum Cæſarii & Attici 6. kal. Iunii celebratum.

399. *Alexandrinum* concilium ſub Anaſtaſio I. papa, in quo præſide Theophilo Origeniſtæ damnati.

Sub eodem papa *Africanum* ſeu *Carthaginenſe* concilium extitit poſt conſulatum Honorii IV. & Eutychiani II. die 27. Aprilis, de quo ſimilibuſque plura alias, atque accuratius quam plerique conciliorum compilatores.

400. *Conſtantinopolitanum* concilium ſub Anaſtaſio papa I. ab epiſcopis 21. de quo Palladius in vita S. Chryſoſtomi.

400. aut ſequenti *Epheſinum* a S. Chryſoſtomo & 70. epiſcopis Aſiæ celebratum, de quo Socrates & Sozomenus cum eodem Palladio.

400. *Toletanum* I. in Hiſpania a 19. epiſcopis kal. Sept. habitum, Stilicone conſule, æra 438. Patrono epiſc. præſidente. Idatius in chronico præuertit biennio, vt alias monuimus. Extant capitula 21. poſt præfationem.

Digitized by Google

Regula fidei contra omnes hæreſes, maxime contra Priſcillianiſtas.

Exemplaria profeſſionum in concilio Toletano contra ſectam Priſcilliani die 3. Septembris æra 438.

Exemplar definitiuæ ſententiæ tranſlatæ de geſtis.

Fragmenta conciliorum Toletanorum ex variis.

* Notæ Gabr. Albaſpinæi ep. Aur. in canonem II. concilii Toletani I.

401. *Africanum* II. quod aliis dicitur *Carthaginenſe*, ſub Anaſtaſio papa I. coactum die 18. Iunii, præſide Aurelio, poſt conſulatum Stiliconis.

Eodem anno, Vincentio & Flauita coſſ. idibus Septembris *Africanum* III. ſeu *Carthaginenſe*, de Donatiſtis clericis eccleſiæ reconciliandis, & ſaluo honore recipiendis.

XLI.

. S. Innocentius I. Albanenſis, Innocentii filius, ſedit annos 14. menſes 9. dies 24. ſeu 26. a die dominica 18. Maii anni 402. ad diem 12. Martii, quo obiit, ex Bedæ Adoniſque martyrologiis, ſub Honorio & Theodoſio impp.

I. epiſtola ad Decentium epiſcopum Eugubinum II. ad Victricium epiſcopum Rothomagenſem. III. ad Exuperium epiſcopum Toloſanum. IV. ad Felicem Nucerianum epiſc. V. ad Maximum & Seuerum epiſcopos per Brutios. VI. ad epiſcopos Apulos. VII. ad epiſcopos per Macedoniam conſtitutos. VIII. ad Florentium epiſcopum Tiburtinenſem. IX. ad Probum. X. ad Aurelium & Auguſtinum epiſcopos. XI. ad eumdem Aurelium de ratione paſchali. XII. ad eumdem Aurelium. XIII. ad Iulianam nobilem fœminam. XIV. ad Bonifacium preſbyterum. XV. ad Alexandrum Antiochenum epiſcopum. XVI. ad Maximianum epiſcopum de Atrico epiſcopo Conſtantinopolitano. XVII. ad Alexandrum Antiochenum epiſcopum. XVIII. ad eumdem Alexandrum. XIX. ad Acacium Berœæ epiſcopum, de S. Ioanne epiſcopo Conſtantinopolitano. XX. ad Laurentium epiſc. Senienſem. XXI. ad Martianum epiſc. Nareſitanum. XXII. ad epiſcopos Macedoniæ. XXIII. ad ſynodum in Toletana ciuitate conſtitutam. Eadem reſtituta a Sirmondo ad epiſcopos ſynodi Toletanæ. XXIV. Reſcriptum ad concilium Carthaginenſe, datum 6. kal. Febr. poſt conſulatum Theodoſii Aug. VII. & Iunii Quarti Palladii viri clariſſ. vt obſeruauit Sirmondus idem ex vetuſtis Corbeienſis monaſterii exemplaribus. XXV. Reſcriptum ad Mileuitanum concilium, datum eodem die, Honorio & Conſtantio viris clariſſ. coſſ. ſi tamen germana ſubſcriptio. XXVI. ad Aurelium, Alypium, Auguſtinum, Euodium, Poſſidium epiſcopos de Pelagio hæretico. Data pridie kal. Febr. poſt conſulatum, vt in præcedenti XXIV. ex iiſdem mſſ. XXVII. ad Aurelium Carthaginenſem epiſcopum. Epiſtola S. Ioannis Chryſoſtomi

Digitized by Google

ad Innocentium papam. * XXVIII. ad S. Ioannem Chryſoſtomum a ſua eccleſia exulantem, GL. * XXIX. ad clerum & populum Conſtantinopolitanum, GL. S. Ioannis Chryſoſtomi ad Innocentium papam. * XXX. ad Arcadium imp. GL. * Epiſtola Arcadii imp. ad Innocentium, GL. * XXXI. ad Theophilum Alexandrinum epiſcopum, GL. Exemplum ſacræ Honorii Aug. miſſæ ad principem orientis Arcadium. XXXII. ad Ioannem Hieroſolymitanum epiſcopum. XXXIII. ad Hieronymum preſbyterum. XXXIV. ad Aurelium epiſcopum.

* Notæ G. Albaſpinæi epiſc. Aur. ad caput 2. epiſtolæ ad Exuperium.

402. *Milenitanum* concilium I. ſub Innocentio, die 6. idus Septemb. GL. Arcadio & Honorio V. coſſ. Dauid Chytræus, qui onomaſtico ſuo catalogum conciliorum ſubtexuit fœdiſſime deprauatum, in hoc concilio refutatos aſſerit Pelagii errores, quod falſiſſimum eſt. Alia quoque plura peccauit, quæ ſuis locis caſtigabimus. Agathenſe concilium anno 420. affixit, Conſtantinopolitanum I. 385. Epheſinum 436. Calchedonenſe 455. Rhegienſe in Italia anno 439. collocat, Mauſicanum 444. & ſimilia a Ioanne Pappo & aliis probata.

403. *Ad Quercum* ſuburbium Calchedonis ſynodus habita in cauſa S. Ioannis Chryſoſtomi, præſide Paulo Heracleæ epiſcopo.

* Eius acta GL. ex codice 59. bibliothecæ Photii.

403. *Africanum* I. generale, dictum aliis *Carthaginenſe*, ſub Innocentio, de reconciliandis Donatiſtis celebratum Carthagine 8. kalend. Septembris, Theodoſio Aug. & Rumorido coſſ.

404. *Africanum* II. ſub Innocentio habitum *Carthagine* 6. kal. Iul. in quo contra Donatiſtas ad Honorium legatio decreta fuit, tunc VI. conſ.

405. *Africanum* III. ſeu *Carthaginenſe*, 10. kal. Septembris, ſub eodem Stilicone iterum & Artemio coſſ. in quo decreta legatio, quæ imperatori gratias ageret.

Toletanum concilium ſub Innocentio circa hæc tempora celebratum die 7. idus Septembris, ad quod referenda 23. eiuſdem papæ epiſtola.

407. *Africanum* IV. concilium, ſiue *Carthaginenſe*, ſub Innocentio I. papa, Honorio VII. & Theodoſio II. coſſ. idibus Maii.

408. *Africana* V. & VI. concilia, Baſſo & Philippo coſſ. 16. kalend. Iulii, in quibus legationes ad imperatorem decretæ aduerſus Donatiſtas poſt necem Stiliconis tumultuantes.

409. *Africanum* VII. ſeu *Carthaginenſe* concilium ſub Innocentio I. papa, Honorio VIII. & Theodoſio III. coſſ. die 17. kal. Iulii.

410. *Africanum* VIII. habitum *Carthagine*, poſt conſulatum Honorii VIII. & Theodoſii III. die 18. kal. Iulii, de reſcripto Honorii pro Donatiſtis reuocando poſt caſum Attali tyranni.

411. *Ptolemaide* in Pentapoli Ægypti congregatum concilium, auctore Syneſio epiſcopo, aduerſus Andronicum prouinciæ præfectum.

Digitized by Google

411. Geſta collationis *Carthagine* habitæ iuſſu Honorii imp. inter catholicos & Donatiſtas, coram Marcello tribuno, poſt Varanis conſularum, kal Iunii, in ſecretario thermarum Gargilianarum, diſtincta in varia capitula geſtorum primæ, ſecundæ, & tertiæ cognitionis.

412. *Cirtenſe* in Numidia concilium in cauſa Donatiſtarum menſe Iunio, cuius extat epiſtola ſynodalis a S. Auguſtino dictata. Eſt numero 152.

* 412. *Carthaginenſis* ſynodus, in qua Cæleſtius Pelagii hæreſiarchæ diſcipulus a Paulino diacono hæreſis conuictus, ad Innocentium papam appellauit. Eius acta periere: verum fragmentum extat apud S. Auguſtinum lib. 2. de peccato orig. capp. 2. & 3. Legenda quoque epiſtola concilii Carthaginenſis anno 416. celebrati, quæ eſt 90. inter Auguſtinianas.

414. In *Africa* conciliabulum Donatiſtarum 30 epiſcoporum aduerſus legem ab Honorio in eos latam.

Eodem anno contigit *Macedonica* ſynodus prouincialis, de qua Innocentius epiſt. 22.

415. *Dioſpolitanum* in Palæſtina concilium celebratum a quatuordecim epiſcopis, præſide Ioanne Hieroſolymitano, contra Pelagium hæreticum, qui capitula 12. ſuis erroribus contraria profiteri viſus eſt, atque abſolutus fuco facto ſuis iudicibus, quod abeſſent Heros & Lazarus epiſcopi Gallicani, qui eius artes probe noranr.

416. *Carthaginenſe* concilium 67. epiſcoporum, in quo Pelagius & Cæleſtius hæretici, Theodoſio VII. & Palladio coſſ. damnati ſunt. Extat ſynodica ad Innocentium I. papam, de qua iam modo dictum eſt, cum reſcripto eiuſdem.

416. *Mileuitanum* II. concilium, ſub Innocentio I. epiſcoporum 60. contra Pelagium & Cæleſtium. Extant canones 27. cum ſynodica ad Innocentium de cohibendis Pelagianis, quæ eſt 92. inter Auguſtinianas, & ad eumdem Aurelii, Alypii, Auguſtini, Euodii, & Poſſidii familiari epiſtola, quam in eadem collectione deprehendes.

XLII.

ZOSIMVS, Græcus, Abrahamii filius, ſedit annum vnum, menſes 8. & dies 25. a die non Auguſti 19. ſed Aprilis 2. aut etiam ante 22. Martii, vſque ad diem 26. Decembris, quo obiit, Honorio XII. & Theodoſio iuniore VIII. Augg. coſſ.

I epiſtola ad Heſychium Salonitanum epiſcopum. II. ad clerum & ad preſbyteros Rauennatum. III. ad Aurelium & alios Africanos epiſcopos de Cæleſtio, & aduerſus Herotem & Lazarum. IV. ad eoſdem de Pelagio, quem catholicum videri ſcribit, & aduerſus Herotem & Lazarum inſurgit. Libellus fidei Pelagii ad Innocentium cum epiſtola

tranſmiſſus. V. de priuilegiis Eccleſiæ Arelatenſis ad epiſcopos per Gallias & ſeptem prouincias conſtitutos. VI. ad epiſcopos Africæ, Galliæ & Hiſpaniæ, de epiſcopis a Proculo Maſſilienſi ordinatis VII ad epiſcopos prouinciæ Viennenſis & Narbonenſis ſecundæ. VIII ad Hilarium epiſcopum Narbonenſis primæ prouinciæ. IX. ad Patroclum epiſcopum Arelatenſem aduerſus Proculum. X. ad Aurelium ac ceteros qui in concilio Carthaginenſi adfuerunt. XI. ad Patroclum epiſcopum Arelatenſem aduerſus eumdem Proculum. XII. ad Maſſilienſes, vt alium epiſcopum accipiant. XIII. ad epiſcopos per Byzantium (forte Byzacenam) conſtitutos.

Decretum Zoſimi papæ, ex Gratiano.

418. *Africanum* concilium ſub Zoſimo *Carthagine* kal. Maiis, Honorio XII. & Theodoſio VIII. coſſ. habitum in ſecretario baſilicæ Fauſti, præſide Aurelio cum patribus 217. in quo eadem Pelagii cauſa agitata. Vide epiſtolam S Auguſtini 47.

Eodem anno 6. kal. Martias, poſt conſulatum Honorii XI. & Conſtantii II. *Telepten ſe* in Byzacena prouincia concilium, præſide Donatiano Teleptenſi epiſcopo & primate.

XLIII.

BONIFACIVS I. Romanus, Iocundi presbyteri filius, ſedit annos 4. menſes 9. dies 28. a die 28. Decembris anni 418. quo creatus eſt in ſchiſmate cum Eulalio, vſque ad diem 25. Octobris anni 423. quo obiit, paullo poſtquam Honorio mortuo Ioannes ex primicerio notariorum tyrannidem arripuiſſet.

I. epiſtola ad Honorium Auguſtum, vt numquam Romæ per ambitum ordinetur antiſtes. Reſcriptum Honorii Aug ad Bonifacium. II. ad epiſcopos Galliarum & ſeptem prouinciarum de Maximo Valentino epiſcopo. III. ad Hilarium epiſcopum Narbonenſem de Patroclo.

Decreta Bonifacii papæ I. ex Gratiano.

419. *Carthaginenſe* concilium, nomine VI. temporibus Bonifacii, de modo proſequendæ appellationis ad ſedem apoſtolicam interpoſitæ, celebratum præſentibus Romanæ ſedis Philippo & Aſello presbyteris, aliarumue eccleſiarum legatis duobus & viginti.

Capitula decem ſcripta Carthagine 8. kalend. Iunii, præſide Aurelio, poſt conſulatum Honorii XII. & Theodoſii VIII. Augg. cum ſymbolo Nicæno.

Epiſtola Africani concilii ad Bonifacium papam I.

Tituli capitulorum Nicæni concilii per Teilonem & Theariſtum Conſtantinopolitanum de Græco in Latinum conuerſorum, dein capitula ipſa 21.

Editio altera ex codice canonum eccleſiæ Africanæ.

419. *Carthaginenſe* VII. quibuſdam dictum (ſunt queis non videtur a ſuperiore ſecernendum) eodem Aurelio præſide, 3. kal. Iulii, ac præſente Fauſtino Potentino epiſcopo legato eccleſiæ Romanæ, aliiſque. Extant capitula quinque.

XLIV.

S. CÆLESTINVS I. Romanus, Priſci filius, ſedit annis 8. menſibus 5. diebus 3. a die 3. Nouembris anni 423. ad diem 6. Aprilis anni 432. quo obiit, imperantibus Theodoſio II. & Valentiniano III.

Præteritorum ſedis apoſtolicæ epiſcoporum auctoritates de gratia Dei & libero voluntatis arbitrio, ab antiquis Cæleſtino papæ tribui ſolitæ, quod eius epiſtolæ ſubiici ſolerent.

I. epiſtola ad epiſcopos Galliæ, de S. Auguſtini vita & doctrina. II. ad epiſcopos prouinciæ Viennenſis & Narbonenſis. III. ad epiſcopos Apuliæ & Calabriæ. IV. ad S. Cyrillum epiſcopum Alexandrinum. V. ad clerum & plebem Conſtantinopolitanam. VI. ad Neſtorium. VII. ad Ioannem Antiochenum epiſcopum. VIII. ad ſynodum Epheſinam. IX. ad Theodoſium imp. X. ad S. Cyrillum epiſcopum Alexandrinum. XI. encyclica ad patres Epheſinæ ſynodi. XII. ad Theodoſium iuniorem Auguſtum. XIII. ad Maximianum epiſcopum Conſtantinopolitanum. XIV. ad clerum & plebem Conſtantinopolitanam.

Decreta Cæleſtini papæ I. ex Gratiano.

424. *Carthaginenſe* ſiue *Africanum*, in quo diuerſa concilia vniuerſæ prouinciæ Africæ celebrata, præſide Aurelio recitata ſunt: ſi tamen admittenda ſit Baronii emendatio, qui Theodoſium XI. & Valentinianum coſſ. reſtituit. Extant capitula centum cum epiſtolis. Verum, vt iam monui, iſta omnia Afrorum concilia penſiculatius erunt a nobis, Deo dante, examinanda. Iſta enim ὡς ἐν τύπῳ, & ſoloce craſſoque filo deproperata.

I. totius concilii Africani ad Bonifacium vrbis Romæ epiſcopum per legatos directa. II. Cyrilli Alexandrini epiſcopi ad concilium Africanæ prouinciæ. III. Attici Conſtantinopolitani epiſcopi ad memoratum concilium. IV. ſymbolum fidei Nicæni concilii. V. epiſtola totius Africani concilii ad papam Cæleſtinum vrbis Romæ epiſcopum.

Codex canonum eccleſiæ Africanæ capitulis 138. GL. cum Iuſtelliano conferendus.

Epiſtola epiſcoporum Africæ, quam cum Leporii libello miſerunt ad epiſcopos Galliæ Proculum Maſſilienſem, alioſque.

Libellus emendationis Leporii monachi ad epiſcopos Galliæ, ex Caſſiani libro 1. de incarnatione Domini cap. 4.

Valentiniani III. Cæſaris conſtitutio de diuerſis eccleſiaſticis capitibus

bus in Galliam miſſa anno 425. Theodoſio Aug. XI. & Valentiniano Cæſare coſſ.

427. In *oriente* celebratum concilium ſub Cæleſtino papa contra Maſſalianos hæreticos, ex cod. 52. biblioth. Photii.

430. *Romanum* concilium ſub Cæleſtino contra Neſtorium, qui B Mariam Virginem, non θεοτόκον, ſed χριστοτόκον nominabat

Duæ epiſtolæ Neſtorii ad Cæleſtinum: & duæ Cæleſtini, I. ad Neſtorium, II. ad Cyrillum.

430. *Alexandrinum* concilium in cauſa Neſtorii, præſide S. Cyrillo epiſcopo, cuius ſynodicæ cum anathematiſmis extant in actis Epheſini concilii.

431. EPHESINVM concilium generale III. celebratum ſub finem Iunii ab epiſcopis pluſquam 200. aduerſus Neſtorii epiſcopi Conſtantinopolitani nefandam hæreſim, poſt conſulatum Theodoſii XIII. & Valentiniani III. ſeu Baſſo & Antiocho coſſ.

Parte I. continentur ea quæ ſynodum anteceſſerunt, GL.

I. Homilia Procli epiſcopi Cyzici habita Conſtantinopoli.

II. Epiſtola S. Cyrilli epiſc. Alex. ad monachos Ægypti.

III. Eiuſdem de recta in Ieſum fide liber ad imp. Theodoſ.

IV. Eiuſdem liber ad reginas, GL. vbi ſanctorum patrum proferuntur loca, tum ex epiſtolis SS. Pauli, Iacobi, Petri, Ioannis, Iudæ, atque euangeliis, quod Chriſtus ſit Deus, vita, viuificator, &c.

V. Altera oratio Cyrilli ad reginas de recta fide.

VI. Epiſtola Cyrilli ad Neſtorium.

VII. Neſtorii ad Cyrillum oratio.

VIII. Cyrilli ad Neſtorium.

IX. Neſtorii ad Cyrillum.

X. Cyrilli epiſtola ad accuſatores ſuos.

XI. Eiuſdem ad quemdam Neſtorii ſtudioſum.

XII. Eiuſdem ad clericos Conſtantinopolitanos.

XIII. Conteſtatio clericorum CP. contra Neſtorium.

XIV. Cyrilli epiſtola ad Cæleſtinum papam.

XV. Cæleſtini epiſtola ad Cyrillum.

XVI. & XVII. Neſtorii epiſtolæ duæ ad Cæleſtinum, Latine dumtaxat.

Digitized by Google

XVIII. Epiſtola Cæleſtini ad Neſtorium.

XIX. Eiuſdem ad clerum & populum Conſtantinop.

XX. Eiuſdem ad Ioannem epiſcopum Antiochenum, & a pari ad plures.

XXI. Cyrilli ad Ioannem eumdem epiſc. Antiochenum.

XXII. Eiuſdem ad Acacium Beroënſem.

XXIII. Acacii Berœæ ad Cyrillum epiſtola.

XXIV. Cyrilli ad Iuuenalem epiſc. Hieroſolymitanum.

XXV. Ioannis epiſcopi Antiocheni epiſtola ad Neſtorium.

XXVI. Cyrilli ac ſynodi Alexandrinæ ad Neſtorium, cum anathematiſmis duodecim.

XXVII. Eiuſdem ac ſynodi ad clerum populumque CP.

XXVIII. Eorumdem ad monachos CP.

XXIX. Inſani Neſtorii anathematiſmi Cyrilli anathematiſmis oppoſiti, Latine tantum.

XXX. Baſilii diaconi reliquorumque monachorum ſupplicatio.

XXXI. Sacra, quam Theodoſius imp. miſit ad Cyrillum.

XXXII. Altera miſſa ad Cyrillum & metropolitanos prouinciarum.

XXXIII. Cyrilli epiſtola I. ad Alexandrinos e Rhodo ante ſynodum ſcripta.

XXXIV. Eiuſdem ad eoſdem epiſtola II.

XXXV. Sacra ad ſanctam ſynodum miſſa per Candidianum comitem domeſticorum.

XXXVI. Epiſtola Ioannis epiſcopi Antiochiæ ad Cyrillum.

Parte II. continentur ea quæ in ſynodo acta ſunt, GL.

Actio I. in qua inter cetera recitantur SS. patrum teſtimonia & Neſtorii dogmata ex quaternionibus, &c.

Capreoli epiſcopi Carthaginenſis ad ſynodum epiſtola.

Sententia depoſitionis a ſynodo contra Neſtorium lata, cum ſubſcriptionibus, & ad eum miſſa altera die damnationis eius.

Epiſtola ſynodi ad clericos & œconomos eccleſiæ CP.

Cyrilli epiſtola ad quoſdam de clero CP.

Digitized by Google

Neſtorii & epiſcoporum qui cum illo erant, relatio de actis ſanctæ ſynodi ad imperatores miſſa, antequam Ioannes Antiochenus Epheſum veniſſet.

Sacræ ſynodi ad imperatores de Neſtorii depoſitione relatio.

Eiuſdem epiſtolæ ad clerum populumque Conſtantinopolitanum, ad Alexandrinos, ad patres monachorum.

Homilia Regini Conſtantiæ Cypri epiſcopi habita Epheſi poſt Neſtorii depoſitionem.

Cyrilli epiſcopi Alexandrini homilia dicta Epheſi, cum ſynaxes peragerentur, depoſito Neſtorio.

Eiuſdem homilia Epheſi habita aduerſus Neſtorium, quando ſeptem ad ſanctam Mariam deſcenderunt.

Acta conciliabuli, in quo Ioannes Antiochenus & orientales quidam epiſcopi Cyrillum ac Memnonem depoſuerunt, & excommunicarunt omnes qui ad ſynodum conuenerant, cum ſententia & epiſtolis ac relatione ad reginas.

Actio II. geſta in præſentia Philippi, Arcadii & Proiecti eccleſiæ Romanæ legatorum.

Cæleſtini papæ epiſtola ad ſynodum Epheſi congregatam.

Eiuſdem epiſtolæ duæ Latine tantum, I. ad Theodoſium, II. ad Cyrillum.

Actio III. die 5. idus Iulias.

Relatio ad imperatores miſſa per Eutychem diaconum, de epiſcopis & legatis qui ab vrbe Roma venerant.

Epiſtola ſynodi ad clerum & populum Conſtantinopolitanum de Neſtorii depoſitione.

*Actio IV. die 17. kalend. Auguſti.

Libelli oblati ſynodo a Cyrillo & Memnone epiſcopis.

Actio V. die 16. kal. Auguſti.

Relatio ſynodi ad imperatores de orientalibus.

Relatio eiuſdem ad Cæleſtinum papam.

Cyrilli homilia Epheſi habita in Ioannem epiſcopum Antiochenum ſchiſmaticum.

Actio VI. die 11. kal. Auguſti.

Libellus ſynodo exhibitus a Chariſio preſbytero & œconomo Philadelphiæ, eiuſque confeſſio fidei.

Exemplum expoſitionis ſymboli deprauati cum ſubſcriptione eorum qui decepti fuerant.

Synodi decretum de fide & de his quæ retulit Chariſius.

Cyrilli homilia Epheſi habita priuſquam a comite comprehenderetur, militibuſque aſſeruandus traderetur.

Acta conciliabuli de depoſitione Cyrilli & Memnonis, &c.

Epiſtola catholicorum, quibus ſchiſmaticorum doli refelluntur, ad imperatores.

Reſcriptum epiſcoporum Conſtantinopoli inuentorum ad commonitorium ſacræ ſynodi.

Apologia Dalmatii.

Epiſtola cleri Conſtantinopolitani ad ſynodum.

Relatio ſynodi ad imperatores, qua reſpondetur ſacræ lectæ per Ioannem ſacrorum comitem.

Epiſtola Cyrilli & Memnonis ſcripta ad clerum populumque Conſtantinopolitanum.

Relatio ſynodi ad impp. pro reſtitutione Cyrilli ac Memnonis.

Synodica miſſa ad clerum Conſtantinopolitanum.

Commonitorium eidem directum, Latine tantum.

Cyrilli epiſtola ad Theopompum, &c. de iis quæ inſidioſe paſſus eſt per ſcripta Neſtorii & Ioannis.

Epiſtola epiſcoporum Conſtantinopoli repertorum ad ſynodum, & ſynodi ad eos reſcriptum.

Cleri Conſtantinopolitani pro ſynodo Epheſina obteſtatio & ſupplex libellus.

Mandatum a ſynodo datum Philippo legato aliiſque epiſcopis ab ea miſſis Conſtantinopolim, vt cauſam contra orientales dicerent, cum relatione iiſdem exhibita.

Alypii apoſtolorum preſbyteri epiſtola ad Cyrillum.

Actio VII. pridie kalend. Septembris.

Exemplar ſuggeſtionum epiſcoporum Cypri in concilio Epheſino, Latine.

Decretum ſanctæ ſynodi.

Canones ſex ducentorum patrum qui Epheſi conuenerunt, miſſi ad vniuerſos fideles.

Digitized by Google

Epiſtola ſynodi ad ſynodum in Pamphylia de Euſtathio, qui ipſorum metropolita fuerat.

Definitio contra Maſſalianitas, qui & Euchetæ & Enthuſiaſtæ, Latine tantum.

Supplex libellus ab Euprepio & Cyrillo epiſcopis ſynodo oblatus, Latine tantum.

Parte III. continentur cum nonnullis aliis quæ poſt concilium acta ſunt.

Explanatio duodecim capitum ſeu anathematiſmorum Epheſi pronunciata a S. Cyrillo, exigente ſynodo clariorem illorum declarationem cum apologetico aduerſus orientales epiſcopos.

Cyrilli epiſtola ad Euoptium epiſc. aduerſus impugnationem duodecim anathematiſmorum a Theodoreto editam.

Theodoreti epiſc. Cyri epiſtola ad Ioannem Antioch. epiſc. cum eius reprehenſione 12. capitum, & S. Cyrilli defenſione.

Cyrilli ſcholion de Vnigeniti incarnatione capitibus 28. quorum pleraque Latine tantum excuſa ſunt.

Eiuſdem de incarnatione Verbi, cùm diſputatione per interrogationem & reſponſionem.

Definitio Nicænorum patrum de eadem Verbi incarnatione, eorumdem expoſitio aduerſus Paulum Samoſatenum.

Cyrilli homilia Epheſi habita.

Acacii Militenes epiſc. homilia in patrum conſeſſu habita.

Theodoti Ancyræ epiſcopi homilia in die natiuitatis Chriſti & in ſynodo lecta.

Eiuſdem altera homilia in natalem Saluatoris.

Cyrilli homilia Epheſi dicta in die S. Ioannis euangeliſtæ.

Theodoti Ancyræ epiſcopi homilia Epheſi habita contra Neſtorium in die S. Ioannis euangeliſtæ.

Apologeticus Cyrilli ad imperatorem Theodoſium.

Relatio decreti regii, quo Neſtorio exilium indicitur, & de ordinatione Maximiani epiſcopi CP. cum eiuſdem decreti interpretatione.

Epiſtola ſynodica miſſa ab epiſcopis CP. exiſtentibus ad Epiri epiſcopos.

Digitized by Google

Maximiani creati epiſcopi CP. epiſtola ad S. Cyrillum.
Cyrilli ad Maximianum CP. epiſc. epiſtola.
Epiſtola Cyrilli ad Iuuenalem epiſcop. & ceteros legatos Conſtantinopolim miſſos, Latine.
Cæleſtini papæ epiſtola poſt damnationem Neſtorii ſcripta ad ſynodum Epheſinam, Latine.
Eiuſdem ad Theodoſium imp. poſt ſynodum, Latine.
Eiuſdem ad Maximianum epiſc. CP. Latine.
Eiuſdem ad clerum & plebem CP. Latine.
Sacra imperatoria per Ariſtolaum miſſa Ioanni Antiocheno epiſc. de eccleſiarum pace.
Literæ imperatorum ad S. Symeonem Styliten & ad Acacium Berœenſem epiſcopum.
Ioannis epiſc. Antiocheni ceterorumque qui cum illo erant, epiſtola ad Sixtum, Cyrillum & Maximianum.
Libellus a Ioanne epiſcopo Antiocheno miſſus, & a Paulo epiſcopo Emeſeno oblatus Cyrillo.
Homilia Cyrilli ad populum, Latine.
Ioannis epiſc. Antiocheni epiſtola ad Cyrillum.
Pauli epiſcopi Emeſeni homiliæ duæ habitæ Alexandriæ, præſente S. Cyrillo, de natiuitate domini noſtri Ieſu Chriſti, & quod beata Virgo Maria ſit θεοτόκος.
Cyrilli de Paulo qui diſſeruerat, & de incarnatione dominica.
Eiuſdem epiſtola ad Ioannem Antiochenum epiſc. miſſa per Paulum epiſcopum Emeſæ.
Eiuſdem ad Acacium Melitenes epiſc. duæ epiſtolæ.
Commonitorium a Cyrillo miſſum ad Eulogium preſbyterum Conſtantinopoli agentem.
Eiuſdem epiſtola ad Donatum ep. Nicopoleos veteris Epiri.
Eiuſdem ad Maximianum epiſc. CP. epiſtola.
Eiuſdem ad Valerianum epiſc. aduerſus Neſtorianos.
Sixti papæ epiſtola ad Cyrillum poſt pacem cum Ioanne factam, Latine.
Eiuſdem epiſtola ad Ioannem Antiochenum epiſc. Latine.
Cyrilli in ſanctum ſymbolum ad monachos.

Digitized by Google

Eiuſdem ad Ioannem Antiochiæ epiſc. & ſynodum in eadem vrbe congregatam.

Exemplum ſacræ legis contra Neſtorium.

Edictum præfectorum de Neſtorii libris non legendis.

Sacra lex imperatoris Theodoſii aduerſus Porphyrium ac Neſtorianos, & aduerſus Irenæum Tyriorum epiſc.

Edictum propoſitum a præfectis cum ſacra pragmatica aduerſus Porphyrium, Neſtorium, & Irenæum.

Procli archiepiſcopi CP. de fide ad Armenos epiſtola.

Edictum regium imperatorum Theodoſii & Valentiniani de his qui ad eccleſiam confugiunt.

* Epiſtola ſynodica S. Cyrilli & concilii Alexandrini aduerſus Neſtorium, ex verſione Dionyſii Exigui cum eiuſdem præfatione.

XLV.

S. SIXTVS III. Romanus, Sixti filius, ſedit annis 7. menſibus 11. & diebus 2. a die 26. Aprilis anni 432. ad diem 28. Martii anni 440. quo obiit, Theodoſio II. & Valentiniano III. imperantibus.

I. epiſtola ad Cyrillum Alexandrinum epiſcopum. II. ad Ioannem Antiochenum epiſcopum, quæ citatur a Vincentio Lirinenſi. III. ad orientales epiſcopos omnino ſubreptitia.

432. *Antiochenum* concilium ſub Sixto III. in quo Ioannes patriarcha Neſtorium condemnauit, & cum S. Cyrillo pacem iniit.

433. *Romanum* concilium ab ipſo Sixto papa, quem Marinianus & Baſſus accuſarant, indictum & congregatum menſe Decembri, coram Valentiniano imperatore, ipſo & Anatolio coſſ. ex triplici editione.

Acta ſynodalis accuſationis & expurgationis Polychronii Hieroſolymitani epiſcopi Romæ habita ſub pontificatu Sixti III. collecta ab Archidamo preſbytero, ex triplici editione.

Maximiano ſuccedens in ſede Conſtantinopolitana Proclus, teſte ſynodico, congregauit in vrbe regia ſynodum, & omnes qui ſacræ Dei eccleſiæ ſe opponerent, anathemati ſubiecit.

Armeniæ concilium, quo libri Theodori Mopſueſteni, Diodori Tarſenſis, & aliorum infectorum erroribus Neſtorianorum, condemnati anno circiter 435. cum legatione ad Proclum epiſcopum regiæ vrbis, vt diſcimus ex Liberati breuiario.

439. *Conſtantinopolitanum* concilium in cauſa primatus patriarchæ

Alexandrini ſub præſidio Procli CP. epiſcopi, ſtatutumque vt quæ in Nicæno aliiſque conciliis ea de re definita fuiſſent, rata ac firma manerent.

439. *Reienſe* ſeu *Regienſe* concilium die 29. Nouembris celebratum, Theodoſio Aug. XVII. & Feſto coſſ. cum Ebreduni Alpium maritimarum metropoli epiſcopus a duobus contra canones eſſet ordinatus. Extant canones octo præſide Hilario epiſcopo Arelatenſi Errant qui Rigenſe, Rhegienſe, aut Regenenſe ſcribunt.

XLVI.

S. Leo I. Tuſcus, Quintiani filius, ſedit annis 20. & menſibus 11. a die 10. Maii anni 440. ad diem 11. Aprilis anni 461 quo mortuus eſt, Leone & Maioriano imperantibus.

I. epiſtola ad epiſcopos per Italiam conſtitutos. II. ad eoſdem de Manichæis detectis. III. ad Iulianum epiſcopum Aquileienſem. IV. ad epiſcopos Siculos. V. ad Dorum epiſcopum Beneuentanum. VI. ad Eutychem CP. abbatem. VII. ad Theodoſium imp. VIII. ad Flauianum epiſcopum CP. Flauiani epiſcopi CP. ad S Leonem epiſtolæ duæ. IX. ad Theodoſium imp. X. ad Flauianum epiſcopum CP. XI. ad Iulianum epiſcopum Coenſem XII. ad Theodoſium Aug. XIII. ad Pulcheriam Auguſtam. XIV ad archimandritas CP. XV. ad Epheſinam ſynodum ſecundam. XVI. ad Flauianum epiſcopum CP. XVII. ad Theodoſium Aug. XVIII. ad Pulcheriam Aug. XIX. ad Iulianum epiſcopum Coenſem. XX. ad Flauianum epiſcopum CP. XXI. ad Flauianum CP. epiſcopum. XXII. ad Conſtantinopolitanos. XXIII. ad clerum & plebem Conſtantinopolitanam. XXIV. ad Theodoſium Auguſt. XXV. ed eumdem. XXVI. ad Pulcheriam Auguſtam. XXVII. ad Flauianum epiſc. CP. XXVIII. ad archimandritas CP. XXIX. ad Anaſtaſium epiſcopum Theſſalonicenſem. XXX. ad Iulianum epiſcopum. XXXI. ad Pulcheriam Aug. XXXII. ad Marcianum & Fauſtum preſbyteros. XXXIII. ad Theodoſium Auguſtum. XXXIV. ad archimandritas. XXXV. ad Pulcheriam Auguſtam. XXXVI. ad Martinum preſbyterum. XXXVII. ad Leonem Rauennatem epiſcopum. XXXVIII. ad Marcianum Aug. XXXIX. ad Pulcheriam Aug. XL. ad Anatolium epiſcopum CP. XLI. ad Iulianum epiſc. XLII. XIIII. & XLIV. ad Marcianum Aug. XLV. ad Pulcheriam Aug. XLVI ad Anatolium epiſc. CP. XLVII. ad ſynodum Calchedonenſem. XLVIII ad Anatolium epiſc XLIX & L. ad Marcianum Aug. LI. ad Pulcheriam Aug. Epiſtola ſynodica epiſcoporum Galliæ ad Leonem papam. LII. ad epiſcopos Galliæ. Euſebii Mediolanenſis epiſcopi epiſtola ad Leonem papam. LIII. ad Anatolium epiſcopum CP. LIV. ad Marcianum Aug. LV. ad Pulcheriam Aug.

Digitized by Google

Aug. LVI. Iulianum epiſcopum Coenſem. LVII. ad Marcianum Aug. LVIII. ad Pulcheriam Aug. LIX. ad Marcianum Aug. LX. ad Pulcheriam Aug. LXI. ad Iuuenalem Hieroſolymitanum epiſc. LXII. ad Maximum Antiochenum epiſcopum. LXIII. ad Theodoretum epiſcopum Cyri. Paſchaſini Lilybetani epiſcopi epiſtola ad Leonem papam. LXIV. ad Marcianum Aug. de paſcha. LXV. ad Eudociam Aug. de paſcha. LXVI. ad eamdem. LXVII. ad Iulianum Coenſem epiſcop. LXVIII. ad Iulianum epiſc. LXIX. & LXX. ad Marcianum Aug. LXXI. ad Anatolium epiſcopum CP. LXXII. ad Iuuenalem Hieroſolymitanum epiſcopum. LXXIII. LXXIV. & LXXV. ad Leonem Aug. LXXVI. & LXXVII. ad Anatolium epiſc. CP. LXXVIII. ad Leonem Aug. LXXIX. ad Nicetam epiſc. Aquileienſem. LXXX. ad epiſcopos Campaniæ, Samnii & Piceni. LXXXI. ad Dioſcorum Alexandriæ epiſcopum. LXXXII. ad Iulianum Coenſem epiſcopum. LXXXIII. ad Palæſtinos epiſcopos. LXXXIV. ad Anaſtaſium Theſſalonicenſem epiſcopum. LXXXV. ad Septimium Altinum epiſcopum. LXXXVI. ad Nicetam Aquileienſem epiſcopum. LXXXVII. ad epiſcopos Cæſarienſis Mauritaniæ. LXXXVIII. ad epiſcopos Germaniarum & Galliarum, de qua ambigitur. LXXXIX. ad epiſcopos prouinciæ Viennenſis aduerſus Hilarium Arelatenſem epiſc. Nouella Valentiniani III. Aug. de epiſcoporum ordinatione. XC. ad Rauennium epiſc. Arelatenſem. XCI. ad Theodorum Foroiulienſem epiſc. XCII. ad Ruſticum Narbonenſem epiſcopum, cum reſponſionibus 19. ad illius inquiſitiones totidem. XCIII. ad Turibium Aſturicenſem epiſcopum. XCIV. ad epiſcopos Galliæ. XCV. ad epiſcopos Galliæ & Hiſpaniæ de paſcha anni 455. Quæ XCVI. locum obtinet, eſt Leonis Bituricenſis epiſcopi, Victurii Cenomanenſis, & Euſtochii Turonenſis epiſcoporum ad epiſcopos & preſbyteros intra tertiam (Lugdunenſem) prouinciam conſtituros, hoc eſt Turonenſem. XCVII. ad Leonem Aug. in qua plurima SS. patrum teſtimonia proferuntur. XCVIII. ad Fauſtum preſbyterum. Ceretii, Salonii & Verani epiſcoporum ad Leonem papam. XCIX. ad Leonem Aug. C. ad Gennadium epiſc. CP. CI. ad Timotheum epiſcopum Alexandrinum. CII. ad preſbyteros & diaconos eccleſiæ Alexandrinæ. CIII. ad quoſdam Ægypti epiſcopos. CIV. ad Siciliæ epiſcopos. CV. ad Iulianum Coenſem epiſc. CVI. ad epiſcopos prouinciæ de Rauennio epiſc. Arelatenſi. CVII. ad Rauennium Arelatenſem epiſcopum. CVIII. Libellus epiſcoporum prouinciæ Leoni papæ oblatus, de renouando eccleſiæ Arelatenſis priuilegio. CIX. ad epiſcopos prouinciæ. CX ad Rauennium Arelatenſem epiſcopum & ad eumdem CXI. de ſolennitate paſchali anni 452.

441. *Arauſicanum* I. concilium in eccleſia Iuſtinianenſi die 8. Nouembris, Cyro viro clariſſimo conſule, celebratum, cujus extant cano-

nes 30. cum ſubſcriptionibus epiſcoporum, quorum præcipui Hilarius Arelatenſis, & Eucherius Lugdunenſis. Extant quoque decreta aliunde collecta.

* Notæ Gab. Albaſpinæi epiſc. Aur. in canonem ſeptimum concilii Arauſicani I.

442. *Vaſenſe*, Binio II. Sirmundo melius I celebratum die 13. Nouembris, Dioſcoro viro clariſſ. conſule, apud Auſpicium epiſcopum, cuius extant canones decem.

* Notæ eiuſdem G. Albaſpinæi ad canones 2. & 8. Vaſenſis I. concilii.

444. *Romanum* concilium I. in cauſa Manichæorum, quos detexerat in vrbe latentes S. Leo.

Eodem anno concilium *incerti loci in Gallia*, in quo Chelidonius epiſcopus Veſontionenſis epiſcopatu deiectus eſt, præſide S. Hilario epiſcopo Arelatenſi, vt diſcimus ex auctore eius vitæ.

445. *Romanum* II. concilium ſub S. Leone in cauſa S. Hilarii Arelatenſis epiſcopi, qui Roma ſe ſubduxerat, nulla impetrata a S. Leone licentia recedendi.

446. Concilium *incerti loci in Gallia*, ſi Sigebertum audis, cui fauere videtur Beda libro I. hiſtoriæ Anglicanæ, ex quo SS. Germanus Autiſſiodorenſis, & Lupus Treceenſis epiſcopi in Britanniam ad profligandam hæreſim Pelagianam miſſi ſunt. Addit Beda eoſdem ſanctos epiſcopos apud *Verolamium* in Anglia collegiſſe ſynodum, ac Pelagianos refutaſſe. Proſper in chronico obſeruat anno 429. a Cæleſtino papa in Britanniam miſſum fuiſſe S. Germanum.

447. *Hiſpanicum* concilium generale ſuaſu S. Leonis papæ aduerſus Priſcillianiſtas, cuius extat fidei regula. Sunt tamen qui duo agnoſcant, alterum *Toleti*, alterum in Gallicia in municipio *Celenenſi* apud Lucenſem vrbem.

448. *Conſtantinopolitanum* I. Zenone & Poſtumiano coſſ. celebratum die 8 Nouembris, præſide S. Flauiano archiepiſcopo, in quo Eutyches archimandrita hæreticus condemnatus eſt.

Eodem anno iudicium eccleſiaſticum *Tyri* in cauſa Ibæ epiſcopi Edeſſæ in Syria, cuius accuſatores abſentes velut periuri & calumniatores condemnati fuerunt, præſide Domno Antiocheno epiſcopo, die 25. Februarii. Aliud quoque *Beryti* eodem anno celebratum in eiuſdem Ibæ Edeſſeni cauſa.

449. *Conſtantinopolitanum* conciliabulum 30. epiſcoporum in cauſa Eutychetis. Flauio Protogene conſule, die 9. Aprilis.

Eodem anno ληστρικὴ σύνοδος, *Epheſinum* II. vniuerſale concilium reprobatum, in quo die 10. Auguſti a 128. epiſcopis, præſide Dioſcoro Alexandriæ epiſcopo, Eutyches abſolutus, & Flauianus cum Euſebio Dorylæi, Iba Edeſſæ, Theodoreto Cyri epiſcopis condemnatus, & in eo-

rum ſedes alii ſubrogati, Hilaro vno e legatis pontificiis, quem Dioſcorus vi adhibita retinere tentauerat, fuga elapſo, & ad S. Leonem profecto.

449. *Romanum* III. ſub S. Leone concilium poſt Hilati reditum, quo Epheſinæ latrocinalis ſynodi acta penitus reſciſſa.

Quod vbi reſciuit Dioſcorus, vix *Alexandriam* reuerſus, habito epiſcoporum aliquot conuentu, in ſanctum Leonem Romanum pontificem excommunicationis ſententiam protulit, quam vix decem, iique lacrymantes & inuiti, chirographo ſuo muniuerunt.

450. *Conſtantinopolitanum* concilium, in quo recitata S. Leonis papæ epiſtola, quam Abundius epiſcopus Comenſis obtulit, ab Anatolio archiepiſcopo CP. & epiſcopis anathema dictum Eutycheti & Neſtorio, ipſorumque ſectatoribus.

450. aut 456. In *Hibernia* celebrata ſynodus S. Patricii, Auxilii, & Iſſerni epiſcoporum memoratur, cuius extant canones 34.

Aliam quoque S. Patricii ſynodum anno incerto coactam, canonibus 31. comprehenſam, deſcripſit alias Sirmundus noſter ex codice Andegauenſis bibliothecæ, miſitque ad Vſſerium, qui eam Spelmanno publicandam conceſſit.

451. *Mediolanenſe* concilium ab Euſebio archiepiſcopo aliiſque celebratum, quo publicis ſubſcriptionibus profeſſi ſunt ſe doctrinam de Verbi incarnatione ad Flauianum a S. Leone ſcriptam integre recepiſſe.

In Gallia quoque, forte *Arelate*, habitum fuit concilium, ex quo ſcriptam conſtat ſynodicam ad S. Leonem de ipſius ad Flauianum epiſtola, quæ extat cum ſubſcriptionibus.

Atque illud forte fuerit concilium *Arelatenſe* II. dictum, ſub Rauennio, vt videtur, celebratum poſt Arauſicanum & Vaſenſe, quorum ex canonibus concilii huius canones numero 56. pro parte contexti ſunt: immo & ſynodi Vaſenſis mentio habetur canone 47.

* Notæ Gabr. Albaſpinæi epiſc. Aur. in ſex canones concilii Arelatenſis II.

451. CALCHEDONENSE concilium generale IV. in eccleſia S. Euphemiæ Calchedone celebratum a 6 o epiſcopis aduerſus hæreſim Eutychetis archimandritæ ac Dioſcori patriarchæ Alexandrini, coſſ. Marciano & Adelphio, qui nondum erat deſignatus exeunte illius anni Octobri.

Prima parte habentur epiſtolæ ante ſynodum ſcriptæ, GL.

I. Leonis papæ epiſtola ad Eutychem archimandritam.

II. Leonis ad Flauianum epiſc. CP.

III. Eiuſdem ad Theodoſium, Latine.

Digitized by Google

IV. Flauiani epiſc. CP. ad Leonem papam, Latine.
V. Exemplum fidei Flauiani imperatori exhibitæ.
VI. Flauiani eiuſdem ad Leonem pap. Romanum epiſtola.
VII. Leonis reſcriptum ad Flauianum epiſc. CP.
VIII. Eiuſdem ad Iulianum epiſc. Coënſem.
IX. Eiuſdem ad archimandritas CP.
X. Eiuſdem ad Theodoſium Aug.
XI. Eiuſdem ad Pulcheriam Auguſtam.
XII. Eiuſdem ad eamdem Auguſtam.
XIII. Eiuſdem ad Epheſinam ſynodum II.
XIV. Eiuſdem ad Fauſtum archimandritam.
XV. Petri Chryſologi Rauennatis epiſcopi epiſtola ad Eutychem abbatem.
XVI. Leonis ad Flauianum epiſc. CP. Latine.
XVII. Eiuſdem ad Theodoſium Aug. Latine.
XVIII. Eiuſdem ad Flauianum epiſc. CP.
XIX. Eiuſdem ac ſynodi Romanæ ad Theodoſium Aug.
XX. Leonis papæ ad eumdem imperatorem.
XXI. Eiuſdem ad Pulcheriam Aug. Latine.
XXII. & XXIII. Eiuſdem ad clerum & populum CP. Latine.
XXIV. Hilari diaconi Romani ad Pulcheriam Auguſtam, Latine.
XXV. XXVI. & XXVII. Valentiniani ac Placidiæ eiuſque filiæ Eudoxiæ ad Theodoſium Aug. vt iuberet in partibus Italiæ concilium celebrari.
XXVIII. Gallæ Placidiæ ad Æliam Pulcheriam Aug. Latine.
XXIX. Theodoſii ad Valentinianum reſcriptum.
XXX. Eiuſdem ad Gallam Placidiam.
XXXI. Eiuſdem ad Liciniam Eudoxiam.
XXXII. Leonis papæ ad Theodoſium de Anatolio epiſcopo CP. Latine.
XXXIII. Valentiniani & Marciani imperatorum ad Leonem papam.
XXXIV. Marciani imp. ad Leonem.

XXXV. Pulcheriæ ad eumdem.

XXXVI. Valentiniani & Marciani impp. ſacra ad epiſcopos, vt omnes Nicæam conueniant.

XXXVII. Eorumdem ad Anatolium epiſc. CP.

XXXVIII. Sacræ literæ impp. ad ſynodum in Nicæa.

XXXIX. Pulcheriæ ad conſularem Bithyniæ Strategum.

XL. S. Leonis ad ſynodum apud Nicæam.

XLI. & XLII. Sacræ imperatorum ad ſynodum, quæ Nicææ conuenerat, vt Calchedonem ſe transferat.

Parte ſecunda continentur acta concilii.

Actio prima, coſſ. Marciano & eo qui fuerit declaratus, (hoc eſt Adelphio) die 8. idus Octobris.

Epiſtola ſeu preces Euſebii Dorylæi epiſc. ad impp. Valentinianum & Marcianum.

Epiſtola Theodoſii & Valentiniani Augg. impp. ad Dioſcorum Alexandriæ epiſcopum.

Sacræ literæ ad Dioſcorum eumdem.

Sacræ literæ ad Barſumam archimandritam.

Commonitorium datum Elpidio ſecretario.

Imperatoris epiſtola ad Proclum proconſulem Aſiæ.

Eiuſdem ad ſynodum Epheſinam ſecundam : cuius acta ſparſim referuntur.

Imperatoris epiſtola ad Dioſcorum.

Imperatorum ad eumdem epiſtola.

Libellus confeſſionis Eutychis, & expoſitio.

Acta Conſtantinopoli ſub Flauiano contra Eutychem, lecta in Epheſino II. & relecta in Calchedonenſi. Actiones ſeptem cum ſubſcriptionibus.

Libellus Euſebii epiſc. Dorylæi ad Flauianum.

Reſcriptum epiſtolæ Cyrilli ad Neſtorium.

Acta in prima ſynodo Epheſina relecta CP. ſub Flauiano.

Epiſtola Ioannis Antiochiæ epiſcopi ad Cyrillum, de pace.

Epiſtolæ duæ concilii CP. ad Eutychem.

Acta Conſtantinopoli poſt Eutychetis depoſitionem, in Epheſo lecta ſub Dioſcoro, & Calchedone relecta.

Epiſtola Eutychetis ad impp. Theodoſ. & Valentinianum.

Digitized by Google

Eiuſdem ſupplicatio ad eoſdem.
Epiſtola monachorum, qui ſub Eutyche ad concilium Epheſinum II.
Nonnulla Epheſinæ primæ ſynodi acta cum ſubſcriptionibus.
Fides Nicæna, tantum Latine: itemque excerpta ex ſanctis patribus.
Chariſii epiſtola ad Epheſinam ſynodum, eiuſque profeſſio, Latine.
Exemplar expoſitionis falſati ſymboli, Latine.
Excerpta quædam ex quaternionibus Neſtorii, Latine.
Actio II. Calchedonenſis concilii die 6. idus Octobris.
Expoſitio fidei concilii habiti in Nicæa.
Symbolum ſynodi Conſtantinopolitanæ.
Epiſtola encyclica S. Leonis ad Flauianum Aug. CP.
Teſtimonia ſanctorum patrum & confeſſorum.
Actio III. ſub die 3. idus Octobris.
Oratio Euſebii Dorylæi epiſcopi ad ſynodum tam pro ſe, quam pro Flauiano epiſcopo CP. τοῦ ἐν ἁγίοις.
Literæ a concilio directæ Dioſcoro, ad vocandum eum ſecundo.
Libellus Theodori diaconi Alexandrini exhibitus Leoni papæ contra Dioſcorum.
PELAGIVS I. Romanus, Ioannis Vicariani filius, ſedit annos 3. menſes 10. dies 18. a die Aprilis 16. anni 555. ad diem 2. vel 5. Martii anni 559. quo obiit, Iuſtiniano imperante, rege vero Franciæ Clotario monarchiam obtinente.

I. Epiſtola ad Vigilium epiſc ſuſpectæ fidei apud eruditos. II. III.

Digitized by Google

IV. & V. ad Narſetem patricium & ducem in Italia. VI. ad epiſcopos Tuſciæ. VII. ad vniuerſum populum Dei. VIII. & IX. ad Sapaudum epiſcopum Arelatenſem. X. ad Childebertum regem Francorum. XI. & XII. ad Sapaudum Arelatenſem epiſcopum. XIII. & XIV. ad Childebertum regem. XV. ad Sapaudum eumdem. & XVI. ad eumdem Childebertum, ad quem mittit confeſſionem fidei ſuæ.

Childeberti regis conſtitutionis capita duo.

555. aut circiter, *Pariſienſe* II. concilium Childeberti regis, cuius euocatione celebratum eſt, anno 44. Sapaudo Arelatenſe epiſcopo præſide, in domo eccleſiæ, in cauſa Saffaraci epiſcopi Pariſienſis. Extat illius decretum cum ſubſcriptionibus. Quod vero præponi debuerit ſequenti, vel inde manifeſtum eſt, quod illi ſubſcripti reperiantur S. Germanus à Saffaraco tertius, & Caletricus epiſcopus Carnotenſis, ſucceſſor S. Leoboni, qui Saffaracum cum aliis patribus damnauit.

557. *Pariſienſe* III. concilium, Childeberti ac Clotarii regum 46. pro variis diuerſarum eccleſiarum vtilitatibus celebratum, præſide Probiano eccleſiæ Bituricæ archiepiſcopo. Extant canones 10.

LXII.

IOANNES III. Romanus, Anaſtaſii illuſtris filius, vulgo Catellinus cognominatus, ſedit annis 12. menſibus 11. diebus 16. a die 27. Iulii anni 559. vſque ad diem 13. Iulii anni 572. quo obiit, Iuſtino iuniore imperante, regnantibus vero in Francia Chilperico, Sigeberto, atque Guntramno Clotarii filiis.

Epiſtolam eius nomine ad epiſcopos Germaniæ & Galliæ quidam impoſtor confinxiſſe dicitur.

Clotarii regis Francorum conſtitutio generalis.

560. aut circiter, *Landauenſis* I. ſynodus, tum II. & III. ſub Oudoceo illius vrbis tertio epiſcopo.

Nicetii Treuirorum epiſcopi ad Iuſtinianum imp. epiſtola.

Eiuſdem ad Clodoſuindam Langobardorum reginam epiſtola.

563. *Bracarenſe* I. concilium, anno tertio Theodemiri, ſiue Ariamiri Sueuorum regis, celebratum kal. Maii à Galliciæ epiſcopis.

563. *Santonenſe* concilium, præſide Leontio Burdegalenſi epiſcopo celebratum, in quo Heraclius preſbyter creatus eſt Santonenſis epiſcopus, remoto Emerio, qui Clotarii regis imperio contra canones fuerat ordinatus: qua de re plura Greg. Turonenſis. Errant qui in 566. differunt.

567. *Lugdunenſe* II. concilium, indictione 15. celebratum, cuius extant canones ſex, præſidibus Philippo Viennenſi, & Nicetio Lugdunenſi epiſcopis, Guntramni & fratrum eius Franciæ regum anno

Digitized by Google

ſexto. In eadem quoque ſynodo damnati fuiſſe videntur Salonius Ebredunenſis, & Sagittarius Vapincenſis epiſcopi, de quibus idem Gregorius & ſæpe & multa.

567. *Turonenſe* II. concilium in baſilica ſancti Martini habitum, die Nouembris 17. anno Chariberti & fratrum eius ſexto, Euphronio Turonenſi metropolitano præſide: cuius extant canones 27. atque epiſtola ad plebem. Extat quoque epiſtola S. Radegundis ad epiſcopos, & decretum epiſcoporum, poſt ſuſceptam eius epiſtolam conſcriptum. Errant qui in annum 570. reiiciunt, non ſecus ac præcedens.

569. *Lucenſe* concilium, ſub Theodemiro Sueuorum rege habitum, æra 607. kalend. Ianuarii, cui concilio ſubiecit Ioannes Garſias multa ad diuiſionem prouinciarum Hiſpaniæ & earum ſedium ſpectantia, quæ ſequentibus ſæculis contigerunt.

572. *Bracarenſe* II. concilium, Mironis Sueuorum regis anno 2. æra 610. kal. Iunii celebratum, poſt obitum Ioannis papæ III. ſede Romana per vnum ferme annum, hoc eſt 10. menſes cum tribus diebus, vacante. Extant capitula decem, cum fragmentis quibuſdam ex conciliis Bracarenſibus.

Eodem anno *Lucenſe* II. celebratum eſt, ad quod S. Martinus Bracarenſis epiſcopus miſit capitula 84. à ſe è Græcis ſynodis Latine conuerſa, & quædam e Latinis addidit.

LXIII.

BENEDICTVS I. Romanus, Bonifacii filius, cognomento Bonoſus, ſedit annis 4. menſibus 2. & diebus 15. a die 16. Maii anni 573. ad diem 31. Iulii anni 578. quo obiit, Iuſtino II. imperante, regnantibus in Francia Childerico & Guntramno cum eorum nepote Childeberto.

Epiſtola vnica quæ extat ad Dauid epiſcopum, νοθείας ſuſpicione laborat.

575. *Pariſienſe* IV. concilium, Chilperici, Sigeberti ac Guntramni fratrum Franciæ regum anno 12. celebratum eſt in S. Petri baſilica, in quo Pappoli Carnotenſis epiſcopi cauſa ſuſcepta eſt aduerſus Promotum, qui in caſtro Dunenſi epiſcopus temere fuerat conſtitutus, ad quem extat conſtitutio ſynodi data die 3. iduum Sept. anno 12. regum dominorum noſtrorum, indictione 6. Extat quoque eiuſdem ſynodi epiſtola ad Sigebertum regem, vt Promoti cauſam non defendat.

Epiſtola S. Germani Pariſiorum epiſcopi ad Brunichildem reginam Sigeberti vxorem.

577. *Pariſienſe* concilium, Childeberti Franciæ regis ſecundo anno, patruorum vero eius Chilperici & Guntramni 16. circa vernum tempus ab epiſcopis 45. celebratum, in quo Prætextatus Rothomagenſis epiſco-

pus, quem iampridem exoſum habebat Chilpericus, fraude circumuentus ad falſam confeſſionem inductus eſt, atque in exilium a rege eiectus, vt pluribus narrat Gregorius. Errant qui anno 580. conſignant.

LXIV.

PELAGIVS II. Romanus, Vinigildi filius, ſedit annis 12. cum menſibus 2. & diebus 27. a die 10. vel 11. Nouembris anni 577. ad diem 8. Februarii anni 590. quo inguinaria peſte ſublatus eſt, imperante Mauricio, & regnantibus in Francia Guntramno cum nepotibus Childeberto & Clotario.

I. Epiſtola ad Benignum archiepiſc. II. ad epiſcopos Italiæ. III. ad Gregorium diaconum. IV. ad Aunacharium epiſcopum Autiſiodorenſem. V. VI. & VII. ad Eliam & epiſcopos Iſtriæ. VIII. ad Ioannem epiſcopum CP. qui Vniuerſalis nomen ſibi arrogabat. IX. ad epiſcopos Germaniæ & Galliæ, de nouem præfationibus inter miſſarum ſolennia decantandis, quas tantummodo recipit Romana eccleſia. Ibi fit mentio ſynodi de eccleſiaſticis ſtatutis, ſed eius annum ignoratur.

Decreta Pelagii II. papæ, ex Gratiano.

* 578. aut circiter, forte 586. *Autiſiodorenſis* ſynodus ab Aunachario epiſcopo Autiſiodorenſi celebrata cum diœceſis ſuæ abbatibus ſeptem & preſbyteris 34. cuius extant canones 45. Hanc alii ad annum 590. referunt, alii autem, ſed abſurde omnino, ad 614. quo Aunacharius non erat ſuper. Nos alia quoque adiungemus.

579. *Cabilonenſe* concilium Guntramni regis iuſſu, aduerſus Salonium & Sagittarium epiſcopos, qui ad priſtina reuerſi ſceleta ac maieſtatis prætcrea crimine inſimulati in hac ſynodo, epiſcopatu deiecti, atque in S. Marcelli baſilicam ſub cuſtodia detruſi ſunt. Vide Greg. Tur. lib. V. cap. 27. cum agit de anno Childeberti 4. qui fuit patruorum 18.

Eodem, vt videtur, anno *Santonenſe* concilium, in quo Nantinus comes Engoliſmenſis ab Heraclio epiſc. excommunicatus, in gratiam ab eodem receptus eſt, ex cap. 36. eiuſdem libri hiſtoriæ Francorum.

580. *Brennacenſe* concilium anno Childeberti quinto habitum in cauſa ipſiuſmet Gregorii Turonenſis archiepiſcopi, quem Leudaſtes comes falſo apud Chilpericum accuſarat, vt vberrime narrat cap. 49. eiuſdem lib. V.

581. *Matiſconenſe* I. concilium anno Guntranni & Chilperici 21. Childeberti 6. indictione 15. kalendis Nouembris congregatum Guntramni regis euocatione, vt nec in anno 576. nec in anno 582. poſſit vlla ratione collocari. In eo ſtatuti canones 19. præſide Priſco Lugdunenſi.

583. *Lugdunenſe* III. concilium ſub Guntramno Francorum rege, anno regni eius 22. menſe Maio celebratum, in quo ſtatuti ſex canones, eodem Priſco Lugdunenſi archiepiſcopo præſide.

Aliud

Digitized by Google

Aliud *Lugduni* habitum fuit biennio ante, hoc eſt, anno Chriſti 581. Childeberti 6. de quo vide Greg. cap. 1. libri VI. hiſtoriæ Franciçæ.

584. *Valentinum* II. concilium die 23. Maii, in quo confirmata ſunt quæcumque Guntramnus rex ipſiuſque vxor & filiæ in diuerſas eccleſias aliaque loca pia contulerant. Characterem petimus tum ex indictione 2. tum ex cap. 39. libri VIII. Gregorii Tur. vbi Sapaudum Arelatenſem qui præfuit, & Euantium Viennenſem qui tertius ſubſcripſit, diem fatalem notat obiiſſe anno vndecimo Childeberti, Chriſti 586 vt neceſſe ſit funditus aberraſſe eos, qui ſynodum hanc in annum 589. coniecerunt cum Binio, Coriolano, Baillio, ac ſimilibus.

Sententia Vrbani epiſcopi de caſtitate ſacerdotum, ſi Cauellicenſem intelligas, huic tempori congruit; ſin autem Lugdunenſem, ad Hilari papæ ætatem reuocari debet.

585. *Matiſconenſe* II. concilium anno Childeberti 10. Clotarii iunioris 2. celebratum, Priſco Lugdunenſi præſide, ac ſtatuti canones 20. qui extant. Alia quoque eiuſdem ſynodi acta habes apud Greg. Tur. capp. 1. 7. & 20. libri VIII. necnon diem indictam 10. kalendas Nouembres, eumdemque prorſus Guntramni regis annum 24. vt neceſſe ſit falli eos, qui in annum 588. vel ſubſequentem reiiciunt, ex male ſubductis regni Franciæ principum rationibus chronologicis, nec ſat commode intellectis Gregorii Turonenſis epochis.

Præceptio Guntramni regis ad epiſcopos & iudices regni ſui, poſt ſynodum de obſeruando die dominico, & aliis: eiuſque allocutio, quando in audientia publica conuocatis epiſcopis & optimatibus diſcuſſi ſunt duces, qui rem bellicam male adminiſtrarant, anno Chriſti 585. ex cap. 30. libri VIII. Gregorii Turonenſis.

587. Conuentus apud *Andelaum*, quando inter Guntramnum & Childebertum, præſentibus reginis Brunichilde & Faileuba, epiſcoporum procerumque conſilio pax firmata, mutuique fœderis pactio conſcripta, ex Greg. Tur. capp. 11. & 20. libri IX.

587. *Conſtantinopolitana* ſynodus habita in cauſa Gregorii Antiocheni epiſcopi, de quo plura Euagrius, in qua Ioannes ieiunator epiſcopus CP. ſuperbum ac peſtiferum œcumenicī, hoc eſt vniuerſalis, ſibi vocabulum vſurpauit, teſte S. Gregorio.

588. *Aruernenſe* concilium anno Guntramni 27. Childeberti iunioris 13. Clotarii II. 4. celebratum a Sulpitio metropolitano Bituricenſi, in quo actum de parochiis quibuſdam, quas Innocentius Rutenorum epiſcopus ab Vrſicino Cadurcenſi tamquam Rutenæ eccleſiæ debitas repoſcebat. Verum hancce ſynodum, de qua Greg. lib. VI. capp. 38. & 39. rectius forte ad annum 585. aut ſequentem reuocaueris. Caueſis tamen ab hallucinatione non toleranda eorum, qui nuper concilium illud ad Hormiſdæ papæ tempora, & ad annum Chriſti 520. reuocarunt; cum nec Chil-

Digitized by Google

debertus Sigeberti filius Auſtraſiorum rex natus eſſet, nec Sulpitius Bituricenſes, nec Vrſicinus Cadurcinos, nec Innocentius regeret Ruthenenſes.

589. *Toletanum* III. concilium celebratum anno 4. Recaredi Hiſpaniæ regis, die 8. Maii, æra 627. in quo Gothi abiurata Arianæ hæreſeos perfidia, orthodoxam fidem profeſſi ſunt, ſcriptique anathematiſmi 23. ac capitula 23. quibus ſubiicitur edictum Recaredi regis de confirmatione concilii, cum homilia S. Leandri epiſcopi Hiſpalenſis in laudem eccleſiæ, ob conuerſionem gentis poſt concilium & confirmationem canonum edita.

587. *Sauriciacenſis* ſynodus epiſcoporum aggregata conſtituit, vt Droctegiſilus Sueſſionenſis epiſcopus ex amentia laborans, vrbem ſuam, cuius aditu prohibebatur, ingredi poſſet, vt habet Gregor. Tur. cap. 37. libri IX. vbi tamen expendenda iam alias monui verba illa: *Verumtamen in ſequenti*, &c.

Eodem anno habitus eſt epiſcoporum conuentus duplex, in quorum altero apud *Pictauos* a Gundegiſilo Burdegalenſi metropolitano iniecta, in altero apud Guntramnum regem *Cabilloni*, aut in aliquo alio Burgundici regni loco, a nouem epiſcopis confirmata eſt excommunicatio in Chrodieldem, Baſinam, & reliquas moniales, quæ Leubouerae abbatiſſæ imperium non ferentes, receſſerant a monaſterio S. Radegundis ante biennium defunctæ, die 13. Auguſti, feria 4. anno Childeberti 12. Chriſti 587.

589. *Narbonenſe* concilium celebratum æra 627. anno feliciter quarto, vt habet præfatio, Recaredi regis, ſub die kalendarum Nouembrium, præſide Migetio Narbonenſi archiepiſcopo, in quo ſtatuti canones 15.

589. *Romanum* concilium, cuius mentio in epiſtola Pelagii II. ad epiſcopos Germaniæ & Galliæ.

LXV.

S. GREGORIVS I. Romanus, Gordiani filius, ſedit annos 13. menſes 6. dies 10. vt ven. Beda bis teſtatur, & ex regeſto epiſtolarum eius planiſſime conſtat, a conſecratione ſcilicet facta die 3. Septembris, indictione 9. iam inchoato Mauricii imp. anno 9. vel annos 14. cum vno menſe & diebus aliquot, ſi ab eius electione Februario menſe eiuſdem anni 590. peracta numerare volueris, vſque ad diem 12. Martii anni 604. quo ſanctiſſima morte defunctus eſt, Phoca imperante, regnantibus in Francia Clotario II. & Theoderico ac Theodeberto Childeberti filiis.

Regeſtum epiſtolarum S. Gregorii in libros duodecim diſtributum ſub-

Digitized by Google

iicitur, quarum cum tanta ſit copia, & ad manum omnibus præſto ſint in operum eius collectione Romana, aliiſque, ſuperuacaneum videretur earum hoc loco indicem καθ' ἑκάστην contexere.

Decreta S. Gregorii anno Mauricii imp. 13. indictione 14. die 5. menſis Iulii, coram epiſcopis omnibus & preſbyteris Romanæ eccleſiæ, aſſiſtentibus diaconis & omni clero.

590. aut circiter, *Hiſpalenſe* I. concilium, præſide S. Leandro, cuius extant canones tres ad Pegaſium epiſcopum miſſi: ſubiiciuntur fragmenta ex Hiſpalenſibus conciliis citata.

590. *Romanum* I. concilium ad petitionem Mauricii imp. pro vnione ſchiſmaticorum, ad quod citatus fuerat Seuerus Aquileienſis cum reliquis, epiſt. 16. libri I.

590. Synodus in *confinio trium prouinciarum*, Aruernæ ſcilicet, Gabalitanæ ac Ruthenæ, congregata aduerſus Tetradiam Eulalii comitis Aruerni vxorem, quæ ab eo ad Deſiderium fugiens, multa ſecum abſtulerat, quæ coacta eſt in quadruplum reſtituere, teſte Gregorio Tur. cap. 8. libri X.

Eodem anno, non vt Binius, Coriolanus, Baillius, aliique paſſim anno 593. ex male collocata Childeberti regis & patrui eius Guntramni epocha, *Pictauenſe* concilium in baſilica S. Hilarii habitum, in quo a delectis ex vtroque regno, Guntramni ſcilicet atque Childeberti, antiſtitibus, ipſo præſente Gregorio Turonenſi, qui de iis fuſe cap. 16. libri X. cauſa Pictauenſis monaſterii Chrodieldem inter & Leubouera m diſcuſſa & iudicata eſt.

Eodem anno, non 594. *Metenſe* concilium, in quo Ægidius Remenſis epiſcopus ob crimen maieſtatis, obtenta vita, epiſcopatus gradu deiectus eſt, Chrodieldis ac Baſina in communionem receptæ.

591. *Nemptodorenſis* conuentus, in quo baptizatus eſt Clotarius rex puer annorum octo, ſuſceptuſque de ſacro fonte a Guntramno patruo ſuo annum in regno trigeſimum agente, vt narrat Greg. lib. X. cap. 28.

592. *Cæſaraugustanum* concilium æra 630. anno 7. Recaredi regis celebratum, præſide Artemio Tarraconenſis prouinciæ metropolitano, cuius extant canones tres. Subiicitur conſenſus de fiſco Barcinonenſi eadem æra, quæ nullatenus reſpondet anno 591. pridie nonas Nouemb.

Numidia conciliabulum a S. Gregorio reprobatum, epiſt. 7. lib. III. indictione 12.

595. *Romanum* II. concilium indictione 13. Mauricii anno 10. die 5. Iulii celebratum, vt docet epiſtola 44. libri IV. & aliæ plures. In eo Ioannes preſbyter Calchedonenſis eccleſiæ a Ioanne CP. epiſcopo iniuſte hæreſis damnatus, poſt cognitionem cauſæ abſolutus eſt, ſtatuti canones ſex, atque, vt aiunt nonnulli, regula S. Benedicti probata & confirmata.

Digitized by Google

597. *Toletanum* concilium, anno 12. Recaredi, æra 635. ab epiſcopis ſexdecim, die 16. kal. Iunias celebratum, cuius extant canones duo.

598. *Oſcenſe* concilium anno 13. Recaredi, æra 636. cuius extant canones duo.

599. *Conſtantinopolitana* ſynodus, de qua S. Gregorius epiſt. 70. libri VII indictione 2.

599. *Barcinonenſe* concilium anno Recaredi 14. æra 637. Kalend. Nouembribus in eccleſia ſanctæ Crucis celebratum, cuius extant canones 4.

VII Chriſti ſæculum. * 601. *Romanum* III. ſiue Lateranenſe, celebratum nonis Aprilis, indictione 4. ſub S. Gregorio, pro monachis conſtitutum edidit, quod extat. Videnda quoque in eam rem epiſtola 18. libri VII. Dicitur in mſſ. modo decretum pro libertate monachorum, modo priuilegium monachorum ſub regulari norma degentium: nos ex codice mſſ. Flauiniacenſi ſubſcriptiones plurium epiſc. & preſbyterorum ſubiiciemus.

Eodem anno *Romanum* IV. aduerſus Andream Græcum hominem, qui ſub monachali habitu degens apud baſilicam S. Pauli, detectus eſt impoſtor atque falſarius, epiſt. 69. libri IX.

Vvigornienſis ſynodus ab Auguſtino primo Dorobemiæ ſiue Cantuariæ archiepiſcopo, Ethelberti regis ope conuocata ad Auguſtines ac, id eſt robur Auguſtini, in confinio Vectiorum & occidentalium Saxonum, vt ait Beda cap. 2 lib. II. hiſt. Anglorum.

* 602. *Byzacenum* in Africa concilium in cauſa Clementis illius prouinciæ primatis, de quo epiſt. 35. libri X. Ex epiſtolis 8. & 31. eiuſdem libri diſces & in *Numidia* celebratum fuiſſe concilium in cauſa Donadei diaconi, & Paulini Regini epiſcopi.

603. *Cabilonenſe* concilium anno Clotarii iunioris 20. Theoderici ac Theodeberti fratrum Franciæ regum anno 8. in quo, præſide Aridio Lugdunenſi antiſtite, Brunichilde regina inſtigante, S. Deſiderius archiepiſcopus Viennenſis exauctoratus eſt, ſubrogato Domnolo, vt habet appendix Gregorii Turonenſis, quæ & eodem anno 8. Theoderici obſcuratum fuiſſe ſolem obſeruat, quod contigit die 12. Auguſti anni 603. vt neceſſe ſit hallucinari eos, qui ſynodum hanc quinquennio poſt ſtatuunt, cum anno Chriſti 607. Theoderici ſcilicet 12. idem rex perſuaſione Brunichildis auiæ eiuſdemque Aridii Lugdunenſis reuocatum ab exilio Deſiderium lapidari præceperit.

LXVI.

SABINIANVS, Tuſcus, Boni filius, ſedit menſibus 5. & diebus 19. ab anno 604. ad diem 19. Februarii anni 605. quo obiit, imperante Phoca, iiſdemque Franciæ regibus Clotario II. Theoderico & Theodeberto. Sedes vacauit poſt eius obitum menſibus 11. & diebus 26.

Digitized by Google

605. *Cantuarienſe* concilium habitum 5. idus Ianuarii, præſentibus Ethelberto Anglorum rege, Berta regina eius vxore, filioque ipſorum Eadbaldo, S. Auguſtino Dorobernenſi archiepiſcopo, clero ac populo, ad confirmandum monaſterium SS. Petri & Pauli ab ipſomet Auguſtino iuxta Canuariam fundatum.

LXVII.

BONIFACIVS III. Romanus, Ioannis filius, creatus die 15. menſis Februarii anni 606. poſt 8. menſes & dies 23. obiit die 12. Nouembris, Phoca imperante, iiſdemque Franciæ regibus.

606. *Romanum* concilium 72. epiſcoporum, in quo decretum eſt non eſſe attentandum quippiam circa electionem Romani pontificis, niſi tertio die poſt prioris depoſitionem, adunato clero & filiis eccleſiæ.

LXVIII.

BONIFACIVS IV. Marſus, de ciuitate Valeria, Ioannis medici filius, ſedit annis 6. menſibus 7. diebus 20. a die 18. Septembris anni 607. ad diem 8. Maii anni 614. quo obiit, imperante Heraclio, & Clotario II. monarchiam Franciæ obtinente.

610. *Romanum* concilium indictione 13. anno Phocæ 8. die 3. xalend. Martiarum celebratum in cauſa Anglicanæ eccleſiæ, præſente Mellito primo epiſcopo Londinenſi, ex Beda lib. II cap. 4.

610. *Toletana* ſynodus habita die 10. kal. Nouembrium, anno Gundemari Gothorum regis primo, æra 648. de primatu eccleſiæ Toletanæ: de qua extat decretum eiuſdem regis ad epiſcopos Carthaginenſis prouinciæ, a S. Iſidoro Hiſpalenſi aliiſque antiſtitibus ſubſcriptum. Plura vide in ſubiecta Garſiæ de primatu eccleſiæ Toletanæ diſſertatione.

614. *Tarraconenſe* in loco Egara dicto celebratum eſt concilium idibus Ianuarii, anno 3. Siſebuti Gothorum regis, æra 652.

614. *Pariſienſe* V. concilium, ſede poſt Bonifacium IV. vacante, paullo ante Deuſdedit papæ creationem, anno Clotarii iunioris poſt Chilperici patris obitum 31. celebratum eſt a 79. epiſcopis, quot in nullo antea Francorum concilio fuiſſe memorantur. At eorum ſubſcriptiones perierunt, ſuperſuntque duntaxat canones 15. cum Clotarii regis definitione, ſeu edicto in eadem ſynodo die 18. Octobris tunc promulgato, anno 31. regni ſui.

Paullo poſt habita eſt & alia ſynodus, cuius 15. duntaxat canones ex codice mutilo ſuperſunt a Sirmondo editi.

Digitized by Google

* Omiſſum eſt a Binio aliiſque concilium *Romanum*, cuius annus non inuenitur adſcriptus, in quo definitum eſt: quod liceat monachis vbi vbi cum ſacerdotali officio miniſtrare, ex codice S. Symphoriani Metenſis, quem modo poſſidet vir clariſſ. Claudius Hardy Pariſ. ſenator.

LXIX.

DEVSDEDIT, Romanus, Stephani ſubdiaconi filius, ſedit annis 2. menſibus 11. & diebus 26. a die 13. Nouembris anni 614. ad diem 8. Nouembris anni 617. quo obiit, ſub Heraclio imperatore, & Clotario II. Galliæ monarcha.

Epiſtola extat vnica ad Gordianum Hiſpalenſem epiſc. cuius fidem multa eleuant.

LXX.

BONIFACIVS V. Campanus de ciuitate Neapoli, ſedit annis 7. menſibus 10. atque vno inſuper die, creatus die 29. Decembris anni 617. defunctus die 25. Octobris anni 625. imperante Heraclio, regnantibus in Francia Clotario II. eiuſque filio Dagoberto.

I. Epiſtola ad Iuſtum nuper Roffenſem epiſcopum, modo Melliti in archiepiſcopatu Cantuarienſi ſucceſſorem. II. ad Edvvinum regem Anglorum. III. ad Edelburgam Edvvini coniugem.

617. *Cantianum* concilium tempore Eadbaldi regis habitum a Laurentio, Mellito, Iuſto, aliiſque epiſcopis, vt pluribus Beda lib. II. cap. 5.

619. *Hiſpalenſe* II. concilium, præſide S. Iſidoro, anno regni Siſebuti 9. celebratum idibus Nouembris, æra 657. cuius extant canones 13.

624. vel, vt alii, 627. *Matiſconenſe* concilium, in quo beati Columbani regula ab Agreſtini monachi Luxouienſis, cui fauebat Apellinus Genauenſis epiſcopus, calumniis per abbatem S. Euſtaſium defenſa, atque approbata eſt, teſte Iona in eius vita.

625. aut 626. *Remenſe* I. concilium, præſide Sonnatio archiepiſcopo Remenſi, cui 40. & eo amplius interfuere Galliarum epiſcopi, quos commemorat Flodoardus lib. II. cap. 5. in quibus notandi Sulpitius Pius Bituricenſis anno 624. ordinatus, & Senocus Eloſanenſis epiſcopus cum patre Palladio anno 627. in exilium eiectus. Extant eius canones 25. vna cum ſynodalibus ſtatutis 21. eiuſdem, vt volunt, Sonnatii.

LXXI.

HONORIVS I. Campanus, Petronii conſulis filius, ſedit annis 12. menſibus 4. diebus 27. a die 14. Maii anni 626. ad diem 12. Octobris anni 638. quo obiit aut ſepultus eſt, im-

Digitized by Google

perante Heraclio, regnantibus in Gallia Dagoberto eiuſque filio Sigeberto. Reliquo porro anno, totoque proxime ſequenti vacauit Romana ſedes.

I. Epiſtola ad Iſacium Rauennatem exarchum. *II. ad epiſcopos Venetiæ & Iſtriæ. Sergii epiſc. CP. ad Honorium pap. epiſtola. III. ad Sergium epiſcopum CP. quæ extat actione ſecunda ſynodi quartæ. IV. ad eumdem, cuius habetur fragmentum actione 13 V. ad Edvvinum regem Angliæ. VI. ad Honorium Dorouernenſem epiſcopum.

* Sergii duas memorat ſynodos *Conſtantinopolitanas* ſub Heraclio imp. ſynodici compilator anonymus, antequam de ſequenti verba faciat a Cyro conuocata.

631. *Alexandrina* ſynodus a Cyro epiſcopo Alexandrino coacta menſe Maio, in qua decretum, quod ſatisfactio inſcribitur, nouem capitibus conſtans editum eſt, & ad Sergium epiſc. CP. tranſmiſſum.

In ſynodico occurrit ſynodus *Hieroſolymitana* Sophronii, quem appellat μελίγλωσσον τῆς ἀληθείας πρόμαχον, pro duabus voluntatibus & operationibus in Chriſto, cuius acta ad Honorium & Sergium miſſa.

633. *Toletanum* IV. concilium a 62. epiſcopis ſtudio ac diligentia Siſenandi Gothorum regis, præſide S. Iſidoro Hiſpalenſi metropolitano, æra 671. collectum in baſilica ſanctæ Leocadiæ. Extant canones 75.

636. *Toletanum* V. concilium anno 1. Cinthilæ regis Gothorum habitum a 20. epiſcopis, præſide Eugenio Toletano epiſcopo, æra 674. Extant canones 9. cum decreto Cinthilæ eiuſdem.

638. *Toletanum* VI. concilium a 52. epiſcopis, die 9. Ianuarii, æra 676. anno 2. Cinthilani regis, præſide Silua Narbonenſi metropolitano.

LXXII.

SEVERINVS, Romanus, Abieni filius, ordinatus die 29. Maii anni 640. obiit die 2. Auguſti, cum præfuiſſet tantum menſ. 2. & dieb. 4. imp. Heraclio, iiſdemque Franciæ regibus.

Ecthesis ſub Heraclii imp. nomine a Sergio patriarcha CP. Monothelitarum fautore promulgata eſt, & confirmata in ſynodo congregata in eadem vrbe regia ſub pontificatu Seuerini.

LXXIII.

IOANNES IV. Dalmata, Venantii ſcholaſtici filius, ſedit annum 1. menſes 9. dies 13. a die 31. Decembris anni 640. ad diem 12. Octobris anni 642. qua obiit aut ſepultus eſt, ſub Conſtante Conſtantini filio, Heraclii nepote, iiſdemque Francorum regibus.

Digitized by Google

I. Epiſtola Ioannis papæ & cleri Romani ad epiſcopos & preſbyteros Scotiæ. II. ad Conſtantinum imp. filium Heraclii, quæ eſt apologia pro Honorio papa propter vnam in Chriſto voluntatem, cuius eum mentionem feciſſe aiunt calumniatores.

Diffloratio ex epiſtola S. Maximi ad Marinum preſbyterum apologiam inter cetera pro Honorio facientis.

Diffloratio ex epiſtola S. Maximi ad Petrum illuſtrem.

Excerptum ex epiſtola S. Maximi de proceſſione Spiritus ſancti ad Marinum preſbyterum Cyprium.

* 641. *Romanum* concilium ſub Ioanne IV. in quo, aliiſque conciliis Byzacenæ, Numidiæ & Mauritaniæ prouinciarum Africæ, de quibus plura ex Theophane, ſynodico, aliiſque dicemus, Monothelitarum hæreſis anathemate perculſa.

LXXIV.

THEODORVS, Hieroſolymitanus, Theodori epiſcopi filius, ſedit annis 6. menſibus 5. & diebus 18. aut 20. a die 25. Nouembris anni 642. ad diem 14. Maii anni 649. quo obiit aut ſepultus eſt, imperante Conſtante, regnantibus vero in Francia Clodouco II. eiuſque fratre Sigeberto.

I. Epiſtola ſynodica ad Paulum patriarcham CP. Exemplar propoſitionis tranſmiſſæ CP. a Theodoro papa. II. ad epiſcopos qui conſecrauerunt Paulum patriarcham CP. propter Pyrrhum ex patriarcha.

Diſputatio S. Maximi cum Pyrrho, GL. ex interpretatione Franciſci Turriani S. I.

645. *Aurelianenſe* concilium, in quo ſatagente plurimum S. Eligio, nondum epiſcopo, hæreticus quidam Monothelita Græcus a Saluio epiſcopo palam ſuperatus, & cum ſummo dedecore ex Gallia pulſus eſt, Clodouco iuniore poſt Dagobertum regem iam in Gallia regnante, vt docet S. Audoënus in vita S. Eligii lib. I. cap. 34.

Huc vſque proceſſerat typographicum prælum, cum in manus meas venit epitome conciliorum Simonis Starouolſcii primicerii Tarnouienſis, Romæ edita anno 1653. quam, vt verum fatear, iiſdem ac præcedentes collectiones mendis hiſtoricis ac parachroniſmis infectam reperi : ac ne longius abeam, nec cetera retractare cogar, quibus ingens volumen non ſufficeret, quis ferat Aurelianenſe ſub Martino papa anno Domini 650. collocari, in quo hæreticus quidam tranſmarinus in Gallias veniens, & Auguſtodini virus ſuum ſpargens, a Salino epiſcopo confuratus eſt: *cum demonſtratione, ſi qua vſpiam eſt, euidentiſſima conſtet S. Eligium anno Chriſti 646. Nouiomenſem fuiſſe creatum epiſcopum vna cum S. Audoeno eius vitæ ſcriptore?*

646.

646. ***Numidiæ*** concilium, indictione 4. ſub præſidio Columbi metropolitani, contra Monothelitarum hæreſim publice CP. promulgatam, tempore Theodori papæ celebratum.

646. ***Byzacenum*** concilium epiſcoporum 42. ſub præſidio Stephani primatis, eodem tempore eademque de cauſa celebratum. Extat eius ſynodica ad Conſtantem imp.

646. ***Carthaginenſe*** concilium epiſcoporum 68. ob eamdem cauſam, cuius extat epiſtola ſynodalis ad Paulum epiſcopum CP.

Epiſtola ſynodalis horum trium conciliorum ad Theodorum papam extat cum præcedentibus in concilio Lateranenſi ſub S. Martino papa.

646. ***Toletanum*** VII. concilium anno 5. regis Gothorum Chindaſuindi, æra 684. ab epiſcopis 30. celebratum, præſide Orontio Emeritenſi metropolitano, cuius extant canones 6.

De viſione habita Taioni epiſcopo in Romana eccleſia, & de libro morali S. Gregorii papæ in Hiſpaniam ducto.

648. Typus ſuaſu Pauli epiſcopi CP. a Conſtante imp. indictione 6. promulgatus, quo vnius voluntatis in Chriſto aſſertoribus & impugnatoribus ſilentium indicitur.

648. ***Romanum*** concilium, quo Paulus epiſcopus CP. & Pyrrhus ex patriarcha in hæreſim Olympii exarchi opera relapſus, condemnati ſunt a Theodoro papa: de quo etiam plura in vitis pontificum, ſynodico, aliiſque.

LXXV.

S. MARTINVS I. Tudertinus, e prouincia Tuſciæ, Romanus pontifex creatus circa initia menſis Iulii anni 649. in exilium deinde ab imp. Conſtante miſſus Cherſonem, ibi ſpiritum Deo reddidit die 16. Septembris anni 655. indictione 14. iam inchoata, in feſto ſanctæ Euphemiæ, elapſis annis 6. ab ordinatione ſua cum menſe 1. diebus 26. ſub Francorum regibus Clodoueo II. & Sigeberto.

I. Epiſtola ad omnes fideles, qua damnat hæreſim Monothelitarum, & acta ſynodi Romanæ exponit, de qua poſtea II. ad Amandum Traiectenſem epiſcopum, quæ præcedentem ſequitur. III. ad Conſtantem imp. IV. ad eccleſiam Carthaginenſem. V. ad Ioannem epiſcopum Philadelphiæ. VI. ad Theodorum epiſc. Eſbuntiorum. VII. ad Antonium epiſcopum Bacathorum. VIII. ad Georgium archimandritam monaſterii S. Theodoſii. IX. ad Pantaleonem. X. ad Petrum virum illuſtrem. XI. ad eccleſiam Hieroſolymitanam & Antiochenam. XII. ad Paulum Theſſalonicenſem epiſc. XIII. ad eccleſiam Theſſalonicenſem. XIV. & XV. ad Theodorum. Commemoratio eorum quæ

in S. Martinum a veritatis aduerſariis acta ſunt, ex epiſtola anonymi. XVI. ad quemdam ſibi cariſſimum de exilii ſui calamitate. XVII.. eiuſdem argumenti cum ſuperiore.

649. ***Romanum Lateranenſe*** concilium, in quo a 105. epiſcopis typus Conſtantis imperatoris proſcriptus, Monothelitarum hæreſis, eiuſque promorores Cyrus, Sergius, Paulus & Pyrrhus condemnati in eccleſia domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ vocatur Conſtantiniana.

Secretarius I. anno 9. Conſtantis, 3. nonas Octobris, indictione 8.

II. Secretarius die 8. idus Octobris, eadem indictione.

III. Secretatius ſub die 16. kal. Nouembris.

IV. Secretarius die 14. kal. Nouembris.

V. Secretarius pridie kalend. Nouembris.

Canones 20. concilii huius ſub anathemate recipiendi, cum epiſtola ſynodica ad omnes fideles, & altera ad S. Amandum.

650. aut circiter, *Cabilonenſe* I. concilium Clodouei regis euocatione celebratum die 25. Octobris, in eccleſia S. Vincentii, præſide Canderico Lugdunenſi. Huius extant canones 20. cum ſubſcriptionibus, & epiſtola ad Theodoſium ſeu Theodoricum Arelatenſem epiſcopum.

* Eodem ferme tempore a Vulfolendo Bituricenſi metropolitano indicta fuiſſe videtur ſynodus, ad quam a rege Sigeberto prohibitus eſt accedere Deſiderius Cadurcenſis, vt liquet ex regia epiſtola, quæ inter Deſiderianas delitеſcit.

653. ***Toletanum*** VIII. concilium, anno 5 Receſvvinthi Gothorum regis celebratum a 52. epiſcopis, die 17. kal. Ianuarii, æra 691. præſide Orontio Emeritenſi. Extant capitula 12. decretum editum in nomine principis, & lex eiuſdem: item placitum Iudæorum in nomine principum factum.

Epiſtola Iſidori iunioris epiſcopi Hiſpalenſis eccleſiæ ad Leudefredum epiſcopum Cordubenſem, a Garſia e mſſ. codice exſcripta.

LXXVI.

Evgenivs, Romanus de regione prima Aduentinenſe, Rufiniani filius, in locum S. Martini ſede ſua, labente menſe Iunio anni 653. ab exarcho eiecti ſubrogatus menſe Septembri, ſedit ab ordinatione ſua annis 2. menſibus 8. & diebus 24. atque a morte S. Martini 8. duntaxat menſibus & diebus 18. vſque ad diem 2. Iunii anni 656. quo obiit, imperante Conſtante, iiſdemque apud Francos regnantibus.

Relatio factæ motionis inter domnum Maximum monachum, & ſocium eius coram principibus in ſecretario, & quædam alia eodem ſpectantia, ex Anaſtaſii collectaneis a Sirmondo editis.

Digitized by Google

655. *Toletanum* IX. concilium ab epiſcopis ſexdecim celebratum poſt diem kalend. Nouembris, æra 693. Receſvvinthi regis anno 7. cuius extant canones 17. Eugenio regiæ vrbis metropolitano præſide.

LXXVII.

VITALIANVS, Signienſis Campanus, ſiue ex Hernicis, Anaſtaſii filius, ſedit annis 14. & menſ. propemodum 6. a die 31. Iulii anni 656. vſque ad diem 27. Ianuarii anni 671. quo obiit, Conſtantino Pogonato Conſtantis filio imperante, Clotario III. apud Francos poſt Clodouei patris obitum regnante.

I. Epiſtola ad Paulum archiepiſcopum Cretenſem. II. ad Vaanum cubicularium imperatoris. III. ad Paulum epiſc. Cretenſem. IV. ad Georgium epiſcopum Syracuſanum. V. ad Oſui regem Nordanhumbrorum eius de paſchate iudicium expectantem. VI. ſub eius nomine ad monachos Siculos.

656. *Toletanum* X. concilium 20. epiſcoporum, anno Receſvvinthi 8. æra 694. celebratum, cuius extant capitula 7. præſide eodem Eugenio Toletano epiſcopo.

Decretum pro Potamio epiſcopo, & duo alia.

Tomus continens relationem de dogmatibus, quæ mota ſunt inter S. Maximum & Theodoſium epiſcopum Cæſareæ Bithyniæ, & conſules qui cum eo erant.

658. aut circiter, *Namnetenſe* concilium, cuius conſenſu beatus Niuardus epiſcopus Remenſis Altiuillare monaſterium renouauit, auctore Flodoardo lib. II. cap. 8. Ad hoc porro pertinere videntur 20. illi canones, qui Namnetenſis concilii nomine circumferuntur, & minus commode a quibuſdam anno 900. affiguntur.

658. Priuilegium libertatis monaſterio S. Dionyſii conceſſum a Landerico ep. Pariſiacenſi, datum menſe Iulio, anno 15. Clodouei II. Franc. regis.

659. *Clipiacenſis* conuentus prope Pariſios ad Sequanam fluuium habitus, in quo Clodoueus rex præceptum de libertate monaſterii ſancti Dionyſii conſcribi iuſſit ſub die 10. kal. Iulii, anno regni 16.

* Meminit chronicon S. Petri Viui *Senonenſis* conuentus plurium epiſcoporum, temporibus Clotarii III. regis eiuſque matris Baltechildis.

664. *Pharenſis* ſynodus in Anglia habita rogatu Hildæ illic abbatiſſæ, ſub Oſuio patre & Alcfrido filio Nordanhumbrorum regibus, concertantibus inter ſe Colmanno & Vvilfrido : qua de re plura ven. Beda cap. 2. libri III.

666. *Emeritenſe* concilium in prouincia Luſitaniæ, a duodecim epiſcopis celebratum in Ieruſalem eccleſia, 8. idus Nouembris, anno 18. Receſvvinthi regis, æra 704. Extant capitula 23. Proficio metropolita-

no præſide. Subiecit illi Garſias epiſtolam Innocentii III. papæ ad Petrum Compoſtellanum archiepiſcopum, &c.

667. *Romanum* concilium celebratum in cauſa Luppenſis in Creta epiſcopi, qui ab archiepiſcopo ſuo paſſus iniuriam, appellauerat ad ſedem apoſtolicam.

LXXVIII.

ADEODATUS, Romanus, Iobiniani filius, monachus, ſedit annis 5. menſibus 2. & diebus 17. a die 9. Aprilis anni 671. (alii medium menſem Martium malunt) vſque ad diem 26. Iunii anni 676. quo obiit, imperante Conſtantino Pogonato, & in Francia Childerico II.

Eius epiſtola ad vniuerſos epiſcopos Galliæ de priuilegio quod conceſſum eſt abbati monaſterii S. Martini Turonenſis.

672. *Anglicanum* concilium anno Egfridi regis 3. ſub Theodoro archiepiſcopo Cantuarienſi, de quo Beda.

Auguſtodunenſe diœceſanum concilium hoc circiter tempore celebratum fuit a S. Leodegario Eduorum epiſcopo, cuius extant canones 15.

673. *Herodfordienſe* concilium celebratum die 24. Septembris, indictione 1. præſide Theodoro Cantuarienſi archiepiſcopo, anno 3. Egfridi regis, ex Bedæ libri IV. cap. 5. qui eius decem capitula refert.

675. *Toletanum* XI. concilium celebratum in æde B. Mariæ, anno 4. Vvambæ Gothorum regis, die 7. idus Nouembris, ab epiſcopis 19. in quo ſedium epiſcopalium diuiſio facta eſt, extantque 16. capitula cum ſubſcriptionibus.

Eodem anno *Bracarenſe* III. concilium, cuius extant capitula 9.

LXXIX.

DONUS, ſeu Domnio, Romanus, Mauricii filius, ſedit annum 1. menſes 5. & dies 10. a kal. Nouembribus anni 676. ad diem 11. Aprilis anni 678. quo obiit vel ſepultus eſt, imperante Pogonato, Theoderico apud Francos poſt obitum fratrum regnante.

LXXX.

AGATHO, Siculus, monachus, ſedit annis 3. menſibus 6. & diebus 25. a die 16. Iunii anni 678. ad diem 10. Ianuarii anni 682. qua obiit, imperante Pogonato, & Theoderico in Francia. Vacauit vero ſedes annum 1. & menſes 7. poſt eius obitum.

Digitized by Google

I. Epiſtola ad Auguſtos imperatores. II. ad Æthelredum regem Merciorum, Theodorum archiepiſc. Cantuarienſem, Sexulfum epiſc. alioſque.

679. *Mediolanenſe* concilium auctoritate Manſueti in cauſa Monothelitarum, cuius extat epiſtola ſynodalis.

680. *Hedtfeldenſe* concilium generale Anglicum, celebratum 15. kal. Octobris, indictione 8. præſide Theodoro archiepiſcopo Britannicæ inſulæ & ciuitatis Douernis, ex Bedæ lib. IV. cap. 17.

680. *Romanum* concilium in baſilica Conſtantiniana celebratum, præſidente Agathone papa, anno Conſtantini 26. poſt conſulatum eius 10. Heraclii & Tiberii fratrum 22 indictione 7. menſe Octobri, in quo actum eſt de ſtatu Britannicæ eccleſiæ.

Alia eiuſdem actio ex Vvilielmo Malmeſburienſi lib. III. de geſtis pontificum Anglorum.

680. *Romanum* concilium, in quo 125. epiſcopi orthodoxam fidem confirmarunt, Monothelitarum hæreſim condemnarunt, atque legationem CP. ad ſynodum œcumenicam decreuerunt.

680. & 681. CONSTANTINOPOLITANVM III. & generale ſeu œcumenicum VI. anno 680. inchoatum menſe Nouembri, & 681. abſolutum die 16. Septembris, ſub Agathone papa & Conſtantino Poganato eiuſque filiis, in quo a 289. epiſcopis Monothelitarum hæreſis condemnata eſt. Extat GL.

Sacra Flauii Conſtantini imp. epiſtola ad Domnum papam directa 12. Auguſti, indictione 6. ſed Agathoni reddita Domno mortuo.

Altera ſacra ad Georgium epiſcopum CP. data 10. Septembris, anno Conſtantini 28. & poſt conſulatum eius 12.

Manſueti epiſcopi Mediolanenſis ad Conſtantinum imp. Latine, cum expoſitione fidei patrum Mediolanenſis ſynodi.

Actio I. anno Conſtantini 27. poſt conſulatum eius 13. Heraclii & Tiberii fratrum 22., die 7. Nouembris, indict. 9.

Actio II. die 10. Nouembris. III. die 13. IV. die 15.

Agathonis epiſtola ad imperatores cum teſtimoniis ſanctorum patrum.

Eiuſdem ac Romanæ ſynodi 125. epiſcoporum epiſtola cum ſubſcriptionibus.

Actio V. die 7. Decembris anni 680.

Actio VI. anno 681. die 12. Februarii, indictione 9.

Actio VII. die 13. eiuſdem menſis. VIII. die 7. Martii.

Expoſitio fidei Macarii hæreſiarchæ epiſcopi Theopolitani.

Actio IX. die 8. Martii. X. die 18. XI. die 20. XII. die 22. XIII. die 28.

Exemplar ſatisfactionis factæ inter Cyrum patriarcham Alexandriæ, & eos qui erant ex parte Theodoſianorum.

Actio XIV. die 5. Aprilis. XV. die 26. eiuſdem menſis. XVI. die 9. Auguſti, eadem indictione.

In XVII. actione definitio fidei, Latine.

Actio XVIII. die 16. Septembris, indictione 10. iam inchoata, in qua damnatio hæreticorum, & ſubſcriptiones.

Sermo acclamatorius ad imp. Conſtantinum.

Literæ miſſæ a concilio ad Agathonem papam.

Edictum imp. Conſtantini.

Sacra imperatoris eiuſdem ad Leonem II. papam miſſa 13. Decembris, indictione 10.

Eiuſdem ſacra ad ſynodum Romanæ ſedis, data 10. kal. Ianuarii, indictione 10.

Relatio miſſa a papa Leone ad Conſtantinum, confirmans & approbans quæ in VI. concilio geſta & definita ſunt.

Flauii Iuſtiniani imp. epiſtola ad Ioannem papam vrbis Romæ in confirmationem ſynodi VI. Latine.

De iis qui vocantur ſextæ ſynodi canones, admonitio ad lectorem.

Patrum qui in Trullo Conſtantinopoli conuenerunt, allocutoria oratio ad Iuſtinianum imp. cum canonibus 102. qui dicuntur Trullani.

Capitula nouem eidem VI. ſynodo tributa.

681. *Toletanum* XII. concilium ad confirmandum regem a 35 epiſcopis celebratum, anno 1. Eruigii regis, die 5. idus Ianuarii, æra 719. Poſt epiſtolam dicti regis extant capitula 13. præſide Iuliano Toletano archiepiſcopo. Sequitur lex regia in confirmationem huius concilii eodem quo conſummatum eſt, die 8. kal. Februarii.

LXXXI.

S. Leo II. Siculus, Pauli filius, ſedit menſes tantum 10. & dies 14. a die 15. menſis Auguſti anni 683. quo conſecra-

Digitized by Google

tus eſt (recte tamen Anaſtaſius ait eclipſim lunæ indictione 11. exeunte 16. Aprilis, poſt cœnam Domini contigiſſe, temporibus S. Leonis II. papæ, quia is electus iam tum erat, ſed nondum a Conſtantino Pogonato confirmationem acceperat) vſque ad diem 28. Iunii anni 684. quo obiit, imperante eodem Conſtantino, eodemque rege Francorum Theoderico.

Poſt ſacrum reſcriptum imperatoris Conſtantini ad Leonem papam, de quo antea.

I. epiſtola ad Conſtantinum imp. quam Baronius cum quatuor ſequentibus νοθείας accuſat: nos pluribus eius aliorumque argumenta expendemus. II. ad epiſcopos Hiſpaniæ. III. ad Quirinum epiſcop. IV. ad Simplicium comitem. V. ad Eruigium regem Hiſpaniæ.

583. *Toletanum* XIII. concilium a 48. epiſcopis celebratum anno 4. Eruigii regis, æra 721. pridie nonas Nouembris, præſide Iuliano Toletano archiepiſcopo. Extant poſt edictum regium capitula 13. atque eiuſdem regis ad priuatos ſiue fiſcales populos, & lex in confirmationem concilii.

LXXXII.

BENEDICTVS II. Romanus, Ioannis filius, ſedit menſibus 8. diebus 17. a die 20. Auguſti anni 684. ad diem 7. Maii anni 685. quo obiit, imperante Pogonato, & eodem Theoderico apud Francos.

I. Epiſtola ad Petrum notarium regionarium. II. ad Eruigium regem, quæ etiam tribuitur eius deceſſori.

681. *Toletanum* XIV. concilium celebratum ab epiſcopis 17. æra 722. anno 5. Eruigii regis, præſide eodem Iuliano. Extant capitula 12.

LXXXIII.

IOANNES V. Syrus ex prouincia Antiochiæ, Cyriaci filius, ſedit annum 1. & dies 11. a die 22. aut 23. Iulii anni 685. ad diem 2. Auguſti anni 686. quo obiit, imperante adhuc Pogonato, qui requieuit Septembri circiter menſe, inchoata iam indictione 14.

Sacra Iuſtiniani Auguſti ad Ioannem papam, quæ commentitia quibuſdam videtur.

Synodum in quadam *villa regia* anno 684. aut ſequenti conuocatam volunt auctores vitæ S. Leodegarii Auguſtodunenſis epiſcopi, in qua aliquot epiſcopi gradu deiecti, atque inter ceteros Dido Cabilonenſis antiſtes caluariam accepit in capite, expulſus a ſancta congregatione.

Ipſe quoque S. Leodegarius accerſitus eſt e Fiſcanenſi cœnobio, & paullo poſt, vt creditur, occiſus die 2. Octobris iuſſu Ebroini regiæ domus præfecti.

LXXXIV.

CONON oriundus ex patre Traceſio, vnde aliqui Thracem fuiſſe augurantur, educatus in Sicilia, & Romæ per gradus omnes ad ſacerdotium euectus, abiectis Petro & Theodoro, qui in ſchiſmate creati fuerant, ſuffectus eſt die 20. Octobris anni 686. præfuitque eccleſiæ menſibus 11. & diebus 23. vſque ad diem 13. Octobris anni 687. quo obiit, Iuſtiniano II. imperante, & apud Francos rege Theoderico Clodouei II. filio ac ſanctæ Baldechildis.

LXXXV.

SERGIVS I. Syrus Antiochiæ regionis, ortus Panormi in Sicilia ex patre Tiberio, ſedit annis 13. menſibus 8. & diebus 14. a die 26. Decembris anni 687. ad diem 9. Septembris anni 701. quo obiit, imperante Tiberio Abſimaro, apud Francos rege Childeberto Iuſto.

Epiſtolam ad Ceolfridum abbatem de Beda Romam tranſmittendo memorat Vvillelmus Malmeſburienſis lib. I. de geſtis regum Angl. cap. 3.

688. *Toletanum* XV. concilium ab epiſcopis 61. celebratum anno 1. Egicanis Gothorum regis, die 5. idus Maias, æra 726. in eccleſia prætorienſi SS. Petri & Pauli, præſide Iuliano archiepiſcopo.

691. *Cæſarauguſtanum* II. concilium actum kal. Nouembris, æra 729. anno 4. Egicani regis. Extant capitula 5.

692. *Rotomagenſe* concilium celebratum perhibetur, præſide Anſberto Rotomagenſi metropolitano, S. Audoëni ſucceſſore, anno epiſcopatus eius 5. Theoderici Francorum regis 13. ex Angrado ſeu Aigrado vitæ Anſberti auctore, cuius ſententia multis hactenus fuit fœdata mendis, multoſque in fraudem induxit, quamuis peritos emendatores, vt ſuo loco oſtendemus.

Conſtantinopolitanum, quiniſextum dictum, conciliabulum, in quo ſub Iuſtiniano II. conditi ſunt a Græcis canones Trullani dicti, numero 102. Huicce anno 692. addicitur paſſim a chronologis & hiſtoricis ſacris: quibus Petauius noſter multa oppoſuit argumenta, & ad annum diſtulit 707. vt ſuo tempore docebimus, vtriuſque opinationis expenſis ſedulo momentis.

Ad eumdem annum referuntur leges eccleſiaſticæ numero 11. Inæ regis occiduorum Saxonum ſeu Geruiſiorum, ex gemino exemplari.

693.

Digitized by Google

693. *Toletanum* XVI. concilium celebratum a 59. epiſcopis, anno 6. Egicanis regis, 6. nonas Maias, æra 731. præſide Felice regiæ vrbis metropolitano. Extant poſt regium edictum capitula 13. & epiſtola regis ad patres in hac ſynodo reſidentes.

694. *Becanceldenſe* in Anglia concilium celebratum, præſidente Vvithredo Cantuariorum rege, Bethvvaldo archiepiſcopo Britanniæ, &c. ex gemina editione.

694. *Toletanum* XVII. concilium habitum anno Egicanis regis 7 die 5. idus Nouembris, æra 732. in eccleſia S. Leocadiæ in ſuburbio Toletano. Poſt regium edictum & regulam fidei extant capitula 8. lex in confirmatione concilii, ac denique ſententiæ numero 23.

697. aut circiter, *Vltraiectenſe* concilium habitum dicitur ad veterem Rheni alueum, præſidibus SS. Vvillibrordo & Suuiberto epiſcopis: vt ex vitæ huius auctore Marcellino conſtat.

697. *Berghanſtedenſe* concilium celebratum in Anglia, anno 5. Vvithredi regis Cantuariorum, indictione 1. ſub Bertvvaldo Cantuarienſi archiepiſcopo. Extant capitula 28. quæ iudicia Vvithredi regis appellantur, iiſque ſubiiciuntur alia decem, quomodo damna & iniuriæ ſacris ordinibus illata, ſunt compenſanda.

698. *Aquileienſe* conciliabulum, in quo quinta ſynodus a ſchiſmaticis præſulibus reprobata eſt. Subdit vero Paulus diaconus ſalutaribus Sergii papæ monitis inſtructos cum ceteris Chriſti eccleſiis annuere conſenſiſſe.

LXXXVI.

IOANNES VI. Græcus, Petronii filius, ſedit annos 3. menſes 2. dies 12. a die 29. vel 30. Octobris anni 701. vſque ad diem 10. Ianuarii anni 705. quo obiit, imperante Iuſtiniano II. & rege Francorum Childeberto iuſto. VIII. Chr. ſæculum.

701. *In Anglia* concilium ſub Alfrido rege Nordanhumbrorum, & Bertvvaldo Cantuarienſi archiepiſcopo.

701. *Toletanum* XVIII. concilium tempore Vvitizæ Gothorum in Hiſpania regis celebratum in eccleſia S. Petri, ſuper ordinatione regni, ſub Gunderico archiepiſcopo Toletano, vt creditur.

LXXXVII.

IOANNES VII. Græcus, Platonis filius, ſedit annis 2. menſibus 7. a kal. Martiis anni 705. ad diem 18. Octobris anni 707. quo obiit, imperante Iuſtiniano Rhinotmeto, & rege Francorum Childeberto iuſto.

Epiſtola ad Ethelredum regem Merciorum, & Alfredum regem Deirorum & Beruiciorum.

Digitized by Google

705. aut forte 707. *Romanum* concilium occaſione canonum quiniſextæ ſynodi ad inſtantiam Iuſtiniani imp. & de cauſa Vvilfridi Eboracenſis præſulis: ſi tamen vnum, & non potius duo fuerint concilia, quod alias examinabitur.

Merciana ſynodus ad eadem tempora pertinere dicitur, in qua teſte Beda lib. V. cap. 19. Althelmo adhuc abbate monaſterii Maldui vrbis præceptum eſt, vt librum ſcriberet aduerſus errorem Britonum in paſchate celebrando.

Niddenſe, ſiue ad fluuium Nidde in Northumbria concilium celebratum ſub Oſredo rege, præſide Bertvvaldo Cantuarienſi archiepiſcopo, in quo accepta Ioannis VII. papæ epiſtola ad reges Ethelredum & Alfridum, Vvilfridus demum in archiepiſcopatu ſuo Eboracenſi confirmatus eſt, vt pluribus Beda lib. V. cap. 20. & Vvillelmus Malmeſburienſis lib. III. de pont. Anglorum.

Eodem ferme tempore contigit ſynodus *incerti loci*, ſub Ina rege, in qua occidentalium Saxonum epiſcopatus in duas diuiſus eſt parochias, ex Beda lib. V. cap. 19.

LXXXVIII.

SISINNIVS, Syrus, Ioannis filius, ſedem Romanam per dies tantum 20. occupauit, a die 18. Ianuarii ad diem 7. Februarii anni 708. quo obiit, adeo podagra & chiragra, vt ferunt, affectus, vt nec cibum capere poſſet, iiſdem in oriente & Francia regnantibus.

LXXXIX.

CONSTANTINVS, Syrus, Ioannis filius, ſedit annis 6. menſe vno, & 2. diebus, a die 7. Martii anni 708. ad diem 9. Aprilis anni 714. quo obiit, imperante Artemio ſeu Anaſtaſio II. Philippici Bardanis ſucceſſore, & in Francia regnante Dagoberto iuniore.

Epiſtola ad Brithvvaldum archiepiſcopum Cantuarienſem de concilio habendo, &c.

Charta Kenredi & Offæ regum de terris cœnobio Eueshamenſi collatis, acta Romæ anno 709. in eccleſia Saluatoris Lateranenſi, confirmante pontifice Romanæ ſedis Conſtantino, rogante venerabili viro Egvvino epiſcopo Vvigornenſium ſeu Vvicciorum, cuius etiam charta ſubiicitur ſcripta anno 714.

709. *Alnenſis* ſynodus Anglica generalis ſub Bertvvaldo & Vvilfrido archiepiſcopis celebrata, in qua confirmatæ donationes collatæ monaſterio Eueshamenſi.

Digitized by Google

712. *Conſtantinopolitanum* conciliabulum, in quo a Ioanne epiſc. CP. Monothelitarum anteſignano, aliiſque epiſcopis, ſatagente impio Philippico Bardane imp. ſexta ſynodus œcumenica damnata eſt.

* Agathonis diaconi ac ſcribæ concilii peroratio ad acta ſextæ ſynodi generalis ſecundo a ſe deſcripta, vbi Bardanes exemplar, quod in palatio erat, flammis tradidiſſet, GL. ex noſtro exemplari ac veteri interpretatione.

* Ioannis archiepiſcopi CP. ad Conſtantinum papam epiſtola, qua ſe excuſat de his quæ ſub Bardane geſta ſunt, GL. ex noſtro exemplari ac veteri pariter interpretatione, quas cum editis tomo II. appendicis Combefiſianæ comparabimus.

* Andreæ Cretenſis iambi euchariſtici ad Agathonem diaconum pro commendatis ad exſcribendum actis ſynodicis, cum collatione eorumdem actorum ad codicem Tilianum, ex eadem appendice ad auctarium GL. bibliothecæ veterum patrum.

Concilium omnium epiſcoporum, procerum, &c. totius regni per præceptum regis Inæ habitum, de mutuis connubiis inter Anglo-Saxones, Britones, & Scotos, &c.

Epiſtola Ceolfredi abbatis ad Nairanum regem Pictorum, pro catholico paſcha, & Romana tonſura, ac decreto regis, ex Beda lib. V. cap. 22.

XC.

GREGORIVS II. Romanus, Marcelli filius, ſedit annis 16. menſibus 8. & diebus 20. a die 20. vel 22. Martii anni 714. ad diem 11. Februarii anni 731. quo obiit, imperante Leone Iſaurico, & in Francia Theoderico II. Kalenſi cognominato.

I. Epiſtola ad Bonifacium preſbyterum, cum indiculo ſacramenti, quod ille Romæ fecit cum epiſcopus ordinaretur. II. ad Carolum ducem, maiorem domus regiæ Francorum. III. ad epiſcopos & alios omnium ordinum. IV. ad clerum & plebem, cui Bonifacius ordinatus erat epiſcopus. V. ad optimates Thuringorum. VI. ad vniuerſum populum Thuringorum. VII. ad vniuerſum populum Altſaxonum. Caroli maioris domus epiſtola generalis de ſuſcepto in tuitionem Bonifacio epiſcopo. VIII. ad Bonifacium epiſc. IX. ad Germanum CP. epiſcopum. X. ad Vrſum ducem Venetiarum. XI. & XII. ad Leonem Iſaurum imp. XIII. ad Bonifacium epiſc. XIV. ad Serenum Foroiulienſem epiſc. XV. ad Donatum Gradenſem patriarcham eiuſque ſubditos.

Capitulare Gregorii papæ II. datum Martiniano epiſcopo, Gregorio preſbytero, & Dorotheo ſubdiacono in Bauariam ablegatis.

721. *Romanum* I. concilium epiſcoporum 32. aduerſus illicita coniugia habitum nonis Aprilis, ind. 4. anno Leonis imp. 6. Extant capitula 17.

Digitized by Google

724. *Romanum* II. concilium çelebratum in cauſa S. Corbiniani Friſingenſis epiſcopi, ex Aribone in eius vita.

726. *Romanum* concilium, quo a Gregorio papa & occidentalibus epiſcopis condemnata eſt Leonis & Iconoclaſtarum aliorum hæreſis, vſuſque ſacrarum imaginum confirmatus.

* In ſynodico legimus Leonem Cononem, genere Iſaurum, cum errore Conſtantini Nacolienſis epiſcopi, & Biſeris patricii σαρακηνόφρονος pollutus eſſet, nefariam in palatio inſtituiſſe ſynodum aduerſus ſacras imagines, &c.

* Ibidem mentionem reperies *Hieroſolymitana* ſynodi, præſide Theodoro, qui recens natam τῶν ἀγιοκαύςων hæreſim damnauit.

XCI.

GREGORIVS III. Syrus, Ioannis filius, ſedit annis 10. menſibus 9 & diebus 12. a die 16. Februarii ad diem 28. Nouembris, feria 3. qua obiit, ſub Conſtantino Copronymo Leonis die 18. Iunii defuncti ſucceſſore, & in Francia durante interregno poſt obitum Theoderici II. eiuſque maioris domus Caroli Martelli die 22. Octobris defuncti.

I. Epiſtola ad Bonifacium archiepiſcopum, ad quem pallium mittit. II. ad omnes epiſcopos, preſbyteros & abbates. III. ad optimates & populum prouinciarum Germaniæ. IV. ad epiſcopos Baioariæ & Alamanniæ. V. & VI. ad Carolum Martellum ſubregulum, id eſt, maiorem domus regiæ Francorum. VII. ad Bonifacium archiepiſcopum.

Excerptum a Gregorio papa III. ex patrum dictis canonumque ſententiis de diuerſis criminibus & remediis eorum.

731. *Romanum* I concilium in cauſa Gregorii preſbyteri legati ſedis apoſtolicæ, qui epiſtolam pontificiam Leoni imp. humano terrore motus non porrexerat.

732. *Romanum* II. concilium 93. epiſcoporum, in quo confirmatæ antiquæ traditiones de vſu imaginum, &c.

XCII.

ZACHARIAS, Græcus, Polychronii filius, ſedit annis 10. menſibus 3. diebus 10. a die 2. vel 6. Decembris vſque ad diem 15. Martii anni 742. quo obiit, ſub Conſtantino Copronymo: nondum Sueſſionibus in Francia vncto ac coronato in regem Pipino Caroli Martelli filio.

Epiſtola S. Bonifacii ad Zachariam papam.

I. Epiſtola Zachariæ ad S. Bonifacium. II. ad Burchardum epiſcop.

Vvirtziburgenſem. III. ad Francos & Gallos. IV. V. & VI. ad Bonifacium archiepiſc. VII. ad Pipinum maiorem domus, de diuerſis capitulis numero 27. per Ardobanium miſſis. VIII. IX. & X. ad Bonifacium archiepiſc. XI. ad diuerſos epiſcopos Galliæ & Germaniæ. XII. XIII. & XIV. ad Bonifacium archiepiſcopum. Epiſtola Bonifacii ad Grifonem fratrem Pipini maioris domus. XV. ad epiſcopos Francorum. Epiſtola Bonifacii ad Zachariam papam per Lullum miſſa.

742. *Cloueshonienſe* concilium celebratum, præſidente Æthelbaldo rege Merciorum, cum Cuthberto archiepiſcopo Doroberniæ, &c. de libertate eccleſiarum.

742. *Germanicum*, Ratisbonæ, vel Auguſtæ Vindelicorum, vt volunt, celebratum, ſub Carlomanno maiore domus regiæ, 11. kalend. Maii, præſide S. Bonifacio, cuius extant canones 7.

743. *Liptinenſe* concilium ſub eodem Carlomanno habitum, prope Cameracum, kal. Martiis, eodem S. Bonifacio ſedis apoſtolicæ vicario præſide, in quo ſtatuti canones 4. & alii 7. ſuperioris ſynodi relecti & probati.

Excerpta ex epiſtola 105. S Bonifacii ad Cuthbertum archiepiſcopum, de canonibus & ſtatutis ſynodi ab eo iuſſu pontificis Romani & rogatu principum Francorum & Gallorum celebratæ.

743. *Romanum* I concilium celebratum indictione 12. anno 3. Artabaſdi, & Luithprandi regis 32. cuius extant capitula 15.

744. aut præcedenti, *Sueſſionenſe* concilium ſub die 6. nonas Martii, & luna 14. in anno 2. Childerici regis Francorum, vt habet præfatio, celebratum ab epiſcopis 23. ſub Pipino maiore domus regiæ, duce ac principe Francorum, in quo ſtatuti canones decem.

745. *Germanicum* III. Carlomanno iubente, & Bonifacio conſulente, aduerſus Aldebertum & Clementem hæreticos, &c.

745. *Romanum* II. concilium die 25. Octobris, indictione 14. Conſtantini 26. poſt conſulatum eius 5. celebratum in patriarchio Lateranenſi, de hæreticis Aldeberto & Clemente, quos Bonifacius condemnarat.

Actioni primæ inſeritur epiſtola S. Bonifacii ad Zachariam papam: ſecundæ vero initium libri de vita illius Aldeberti, & epiſtola, quam diuulgabat eſſe Ieſu, & de cælo cecidiſſe: tertiæ oratio, quam idem ſibi compoſuerat.

Epiſtola Gummuli diaconi eccleſiæ Romanæ ad Bonifacium archiepiſcopum, de actis in ſynodo Romana contra Aldebertum & Clementem.

747. *Cloueshonienſe* concilium habitum ſub Cuthberto Dorobernienſi archiep. præſente Ædilbaldo rege Merciorum, regni eius anno 32. ind. 15.

Præmittitur epiſtola S. Bonifacii ad eumdem Cuthbertum, de corrigendis vitiis Anglorum, & ſynodo conuocanda. Extant 30. canones.

Excerptiones 145. Egberti Eboracenſis archiepiſcopi e dictis SS. patrum concinnatæ, de ſacerdotali iure.

Ex eiuſdem Egberti pœnitentialis libro II. excerptiones 35.

Canones venerabilis Bedæ presbyteri de remediis peccatorum.

XCIII. XCIV.

STEPHANVS II. Romanus, Conſtantini filius, alias Caſtorini, ſedit annis 5. diebus 29. a die 29. Aprilis anni 752. ad diem 26. Aprilis anni 757. quo obiit, imperante Copronymo, & in Francia regnante Pipino.

Hic vero a nobis dicitur II. quod Stephanus ille, quem Baronius aliique recentiores notare ſolent II. ab antiquis ſcriptoribus omitti ſoleat, quod quarta die ſuæ creationis Martii 30. deceſſerit morte repentina ſubductus e viuis.

I. Epiſtola Stephani II. aliis III. ad Pipinum regem Francorum. II. ad proceres Francorum. III. ad Pipinum eiuſque filios reges. IV. ad Pipinum eumdem, cum embolo. V. ad Francos. VI. ad Pipinum regem.

Eiuſdem præceptum de hoſpitali & domo Romæ Fulrado abbati conceſſum.

Priuilegium eidem Fulrado eiuſque ſucceſſoribus indultum de libertate monaſteriorum, quæ ipſi per diuerſa Franciæ loca condiderint.

Reuelatio Stephani papæ II.

Reſponſa eiuſdem numero 19. quæ cum in Francia eſſet in Cariſiaco villa, Brittaniaco monaſterio dedit ad varia conſulta, de quibus fuit interrogatus anno Chriſti 754.

Epiſtolæ tres S. Bonifacii. I. ad Stephanum II. papam. II. ad Fulradum presbyterum & abbatem S. Dionyſii. III. ad Pipinum regem.

752. *Vermerienſe* concilium præſente Pipino rege celebratum, cuius extant canones 21.

753. *Metenſis* ſynodus ſub eodem Pipino rege facta, cuius extant capitula 8.

754. *Conſtantinopolitanum* conciliabulum iuſſu Conſtantini Copronymi imp. a 338. epiſcopis celebratum, aduerſus cultum ſanctarum imaginum, in baſilica B. Virginis ad Blachernas: in qua, verba ſunt ſynodici ſcriptoris, Chriſti omniumque ſanctorum imagines idola nominauit, interceſſiones negauit, & a Deo honoratas reliquias igni tradidit.

755. *Vernenſe* concilium habitum die 11. Iulii, anno Pipini regis 4. vt habet præfatio, quæ extat cum canonibus 25.

XCV.

PAVLVS, Romanus, Conſtantini filius, ſedit annos 10.

Digitized by Google

menſem 1. diem 1. a die 28. vel, vt alii, 25. Maii anni 757. quo reiecto Theophylacto quodam archipreſbytero creatus eſt, vſque ad diem 28. vel potius 29. Iunii anni 767. quo defunctus eſt, Copronymo imperante: cuius mortis nuncius ad Pipinum peruenit, cum Biturigibus hyemaret. Paulo defuncto, inuaſit Romanam ſedem Conſtantinus Totonis Nepeſini ducis frater: ideoque ſedes vacauit annum vnum, menſemque vnum cum diebus octo.

Poſt indicem & argumenta epiſtolarum Pauli papæ ad Pipinum regem numero 31. quæ a cardinale Baronio ex bibliotheca Vaticana commemorantur, extantque in codice Carolino editionis Gretſeranæ, ordine temporum vtrobique neglecto & perturbato, ſequuntur Pauli papæ I.

* Octo epiſtolæ ad Pipinum, vna ad eius filios, vna ad Francos vniuerſos, cum diplomate pro immunitate monaſterii S. Hilari Galiatenſis ſub Rauennate eccleſia poſiti, & epiſtola ad Ioannem abbatem de eccleſia ac monaſteriis, &c. Nos conferemus cum codice Carolino anno 791. exſcripto, atque in lucem emiſſo opera Iacobi Gretſeri S. I. & quæ deſunt ſupplebimus.

757. *Compendienſe* concilium in generali populi conuentu habitum, de quo Eginhartus, aliique in chronicis, ſtatuitque canones 18.

759. *Germanicum* conciliabulum, in quo Othmarus abbas monaſterii S. Galli iniuſte damnatus eſt, ex Vualafrido in eius vita.

X 761. *In villa Duria* pagi Ripuarienſis: in vrbe *Niuernenſi* anno 763. in *Vvormatienſi* 764. in *Attiniaco* palatio 765. in *Aurelianenſi* ciuitate 766. in *Bituricenſi* 767. & in aliis plures habiti ſunt de rebus publicis ac vtilitate regni, ſeu ſalute patriæ, conuentus, quos non eſt opus inter ſynodos epiſcopales, aut ſacra concilia annumerare, niſi aliunde conſtet ab epiſcopis, qui cum ceteris optimatibus aderant, aliquid ad res eccleſiaſticas pertinens fuiſſe tractatum. Errant enim, qui quæcumque placita aut colloquia regum optimatumque ſeu procerum Gallorum inter ſacras ſynodos recenſere moliuntur.

767. *Gentiliacenſe* concilium in villa agri Pariſiacenſis, præſente Pipino rege celebratum, regni eius anno 16. de cultu ſacrarum imaginum, & de ſanctiſſima Trinitate, ſiue, vt loquitur Ado in chronico, vtrum Spiritus ſanctus ſicut procedit a Patre, ita procedat a Filio; & vtrumne ſanctorum imagines fingendæ aut pingendæ eſſent in eccleſiis. De iiſdem Eginhartus, Regino, & alii.

* Conſtantini papæ neophyti, vt præfert titulus, ſiue inuaſoris Romanæ ſedis, epiſtolæ duæ ad Pipinum regem, ex eodem codice Carolino.

Digitized by Google

XCVI.

STEPHANVS III. aliis IV. Siculus, Oliui filius, exturbato perfido Conſtantino, ſedit annos 3. menſes 5. & dies 27. a die 5. Auguſti anni 768. vſque ad kalendas Februarii anni 772. qua die obiit, imperante Copronymo, & Francis dominante Carolo magno, cuius frater Carlomannus obierat die 4. Decembris anni ſuperioris.

I. Epiſtola ad Bertradam reginam, & Carolum regem eius filium. II. & III. ad Carolum & Carlomannum reges.

* Ex eodem codice Carolino quæ deſunt ſubiicientur.

769. *Romanum* concilium celebratum indictione 7. anno Caroli regis Francorum 1. in baſilica Conſtantiniana, de electione Romani pontificis, & cultu ſacrarum imaginum: in quo ſelecti e Gallia epiſcopi duodecim affuerunt, quorum nomina in Anaſtaſianis exemplaribus exciderunt.

770. *Vvormatienſe* concilium, ſeu potius conuentus regius, publicumque principum, tum eccleſiaſticorum, tum ſæcularium placitum, vt tunc vocitabant.

XCVII.

HADRIANVS I. Romanus de regione Vialata, Theodori filius, ſedit annos 23. menſes 10. dies 17. a die 10. Februarii anni 772. ad diem 26. Decembris anni 795. quo defunctus eſt, imperante Conſtantino, rege vero Francorum eiuſque amico ſummo Carolo magno.

Epitaphium Hadriani a Carolo rege compoſitum, & Romæ in eiuſdem tumulo inciſum.

Index & argumenta epiſtolarum Hadriani papæ I. ad Carolum magnum regem, quæ a cardinale Baronio ex bibliotheca Vaticana commemorantur, extantque in codice Carolino editionis Gretſeranæ, ordine temporum vtrobique perturbato. Nos editas in collectione regia cum codice illo comparabimus, & ſi quid deſit, ſupplebimus.

Poſt ſex epiſtolas Hadriani papæ ad Carolum magnum integras, ſequuntur excerpta ex aliis eius epiſtolis ad eumdem: deinde poſt eiuſdem epiſtolas VII. & VIII. priuilegium monaſterio S. Dionyſii conceſſum, vt proprium ei liceat habere epiſcopum: poſt IX. & X. ſubiicitur

Conſtitutio Caroli magni regis, ſeu epiſtola generalis de ſcholis per ſingula epiſcopia & monaſteria inſtituendis.

XI. XII. XIII. & XIV. ad eumdem regem.

Epiſtola

Digitized by Google

Epiſtola Caroli magni ad Faſtradam coniugem, de victoria Auarica, & de litania trium dierum.

Decretale precum quorumdam epiſcoporum.

X V. epiſtola Hadriani ad Tilpinum archiepiſc. Remenſem. X V I. ad Conſtantinum & Irenem. X V I I. ad Taraſium patriarcham CP.

Epiſtolæ Taraſii ad Hadrianum duæ.

Orientalium ad eumdem epiſtola.

772. *Vvormatienſe* I I. concilium a Carolo celebratum, priuſquam in bellum Saxonicum iniret : cuius extat vnum tantum capitulum num. ſeu §. 205. libri V I I. capitularium.

772. *Dingoluingenſe* concilium in Bauaria celebratum pridie idus Octobris, indictione 10. anno 22. Taſſilonis Bauariæ ducis. Extant capitula 14. cum popularibus legibus 16.

773. *Genauenſe* concilium dicitur hoc anno celebratum apud Ianuam ciuitatem, hoc eſt Geneuam, antequam per Cinifium Iouiſque montem exercitus ſuos in Italiam aduerſus Langobardos effunderet Carolus magnus. Verum id militare potius bellicumque placitum, quam ſacram eccleſiaſticamve ſynodum dixerim.

Epitome canonum, quam Hadrianus papa I. miſit ad Carolum regem anno 773. decerptam ex 50. canonibus apoſtolorum, ex canonibus Ancyranis, Neocæſarienſibus, Gangrenſibus, &c.

Hadriani papæ epiſtola ad Carolum magnum huic canonum codici præfixa.

775. *In villa Duria* habitam ſynodum ad militiam potius regimenque regni, quam ad politiam retulerim eccleſiaſticam : non ſecus ac *Vvormatienſe* I I I. concilium, ſeu placitum publicum anni ſequentis, *Paderbornenſe* anni 777. *Durienſe* anni 779.

Capitulare Caroli magni anno regni eius 11. in menſe Martio factum, quod Sirmondus noſter ex Eginharto decretum *Hariſtallenſe* dici poſſe ſuſpicatur.

780. *Lippienſe* in Germania concilium de ſedibus epiſcopalibus in Saxonia erigendis.

782. *Colonienſis* ſynodus, ex Eginharto apud Baron. eiuſque ſequaces.

Hadriani papæ capitula 80. ex Græcis & Latinis canonibus, & ſynodis Romanis, atque decretis præſulum ac principum Romanorum ſparſim collecta, & Ingilramno Mediomatricæ vrbis epiſcopo ab eodem papa tradita 15. kal. Octobres, indictione 9. anno Chriſti 785. cum notis Antonii Auguſtini archiepiſcopi Tarraconenſis.

786. *Paderbornenſe* alterum concilium memoratur de rebus ad Saxonum conuerſionem ſpectantibus, in quo iacta creduntur Miſnenſis eccleſiæ fundamenta. Eodem anno collocatur *Vvormatienſe* I V. in quo Brittonum principes Carolo regi ſupplices oblati ſunt.

Digitized by Google

787. *Calchutenſe* in Anglia concilium a Gregorio Oſtienſi & Theophylacto Tudertino epiſcopis, & legatis Hadriani papæ I. celebratum, cuius extant capitula 20.

787. NICÆNVM II. vniuerſale, ſiue œcumenicum ordine VII. celebratum fuit in Bithynia a 350. epiſcopis, indictione 11. tempore Hadriani papæ I. & Taraſii patriarchæ CP. Conſtantini atque Irenes matris eius impp. aduerſus Iconoclaſtarum hæreſim. Huius duplex eſt editio: præcedit vulgata & antiqua Latine tantum: deinde Græco-Latina ex verſione Anaſtaſii bibliothecarii, hoc ordine.

Actio I. anno conſulatus Conſtantini 8. indictione 11. ſub 8. kal. Octobris, in clariſſima Nicenſium metropoli, quæ eſt in Bithynia prouincia, duobus Petris apoſtolicæ ſedis legatis, Taraſio, aliiſque reſidentibus.

Epiſtola imperatoris ac matris eius Irenes ad ſynodum.

Confeſſio catholica cum anathematiſmis & SS. patrum teſtimoniis.

Actio II. die 6. kal. Octobris, in qua lectæ Hadriani papæ literæ ad impp. & Taraſium.

Actio III. eadem die, in qua lectæ literæ Taraſii ad epiſcopos Antiochiæ, Alexandriæ, & ſanctæ vrbis, hoc eſt Hieroſolymorum: necnon orientalium pontificum ad Taraſium, ſynodica Theodori patriarchæ Hieroſolymitani.

Actio IV. eadem die, in qua SS. patrum teſtimonia recitata, & in iis ſermo Athanaſii de imagine Berytenſi domini noſtri Ieſu Chriſti. Epiſtola Gregorii papæ ſiue II. ſiue III. ad S. Germanum patriarch. CP. Epiſtola S. Germani ad Ioannem Synnadorum epiſcopum, & ad alios.

Actio V. die 4. nonas Octobris, in qua lecta pariter, & in medium adducta veterum patrum excerpta Simeonis Stylitæ, Ioannis epiſcopi Theſſalonicenſis, Amphilochii, Theodori lectoris, Ioannis Gabalitani, Euagrii, &c.

Actio VI. pridie nonas Octobris, in qua lecta fuit refutatio falſo nominatæ definitionis a turba Chriſtiani nominis accuſatorum confutæ, ſiue conciliabuli CP. ſub Copronymo, diſtincta in tomos ſeu ſegmenta ſex, quibus ſubiicitur: quan-

topere in eccleſia vtiles ſint imagines, breuis demonſtratio.

Actio VII. die 3. idus Octobris, in qua lecta eſt definitio Nicænæ II. ſynodi in ſacra Dei eccleſia Sophia celebratæ.

Oratio Taraſii ad imp. eiuſque matrem.

Epiſtola ſynodi ad clerum CP. vrbis.

Canones 22. concilii Nicæni, interprete Gentiano Herueto.

Taraſii epiſc. CP. epiſtola ad Hadrianum papam.

Epiſtola Hadriani papæ ad Carolum regem Francorum & Langobardorum, de imaginibus, qua confutantur illi, qui ſynodum Nicænam II. oppugnarunt.

Sequitur eadem Nicæna II. ſynodus Græcè & Latinè, hoc ordine.

Gregorii papæ Romani epiſtolæ duæ de ſacris imaginibus ad Leonem Iſaurum imp.

Anaſtaſii bibliothecarii præfatio in ſeptimam ſynodum ad Ioannem papam VIII. Latinè.

Diualis ſacra imp. Conſtantini & Irenes Auguſtæ ad Hadr. papam, Latine.

Apologeticus ad populum Taraſii à ſecretis, die qua factus eſt patriarcha, ind. 8. anno a mundi ortu 6293.

Conſcriptio breuis indicans quæ facta ſunt ante ſynodum.

In actione II. habentur epiſtolæ Hadriani ad impp. & ad Taraſium, & in aliis actionibus aliæ, de quibus ſupra.

Actionem octauam celebratam 10. kal. Nouembris, habent Græci codices, quæ nec apud Anaſtaſium, nec in vulgata editione continetur. Ad eam referuntur canones 22. G. & L. excuſi.

Sermo laudatorius pronunciatus ſanctæ ſynodo ab Epiphanio diacono eccleſiæ Catanæ Siculorum, Latine.

Taraſii epiſtolæ duæ ad Hadrianum G. & L. & vna ad Ioannem hegumenum.

Quomodo intelligendum ſit Dei nomen eſſe incommutabile, &c.

787. *Vvormatienſe* V. concilium, in quo reuerſus Roma imperator manifeſtauit ſacerdotibus & optimatibus regni cauſas ſui itineris, & qualiter verſutia Taſſilonis coram ſummo pontifice eſſet deprehenſa, vt loquitur Regino.

788. *Ingilenheimenſe* concilium, in quo perfidiæ damnatus Taſſilo

dux Baioariorum, vita conceſſa, in monaſterium cum Theudone filio ingreſſus eſt.

* Eodem anno 788. die 25. Iunii habitum eſſe *Narbona* concilium aduerſus Felicem Vrgellitanum teſtis eſt Catellus pagg 654. & 743 hiſtoriæ Landgothicæ.

788. *Acleenſe* ſeu Acclechenſe in Britannia die 3. kal. Octobris.

Capitulare *Aquiſgranenſe* Caroli magni regis, ſine edictum legationis datum die 23. Martii, indictione 12. anno Chriſti 789. conſtat capitulis 82. Sequuntur capitula 16. quæ ad monachos proprie ſpectant. Item alia 21. de diuerſis rebus, partim eccleſiaſticis, partim politicis.

790. *Vvormatienſe* VI. ſeu potius conuentus, in quo diſpoſuit Carolus ea quæ vtilia videbantur eſſe in regno ſuo, vt loquuntur annales Metenſes.

791. *Foroiulienſe* concilium a Paulino Aquileienſi patriarcha congregatum in cauſa ſacroſanctæ Trinitatis & incarnationis Verbi diuini, anno principatus Caroli 23. in Italia 15. Extant capitula 14.

792. *Ratiſponenſe* concilium, in quo Felicis Vrgellitani epiſcopi tum præſentis & abnegantis, hæreſis, quæ Chriſtum adoptiuum Dei filium dicebat, preſente Carolo magno rege, damnata eſt. Idem Felix per Angilbertum abbatem in præſentia Hadriani apoſtolici adductus, hæreſim ſuam denuo confeſſione facta damnauit.

793. Collatio *Verolamii* facta ſub Offa rege Merciorum de exquirendo S. Albani protomart. ſepulturæ loco. Item concilium prouinciale ibidem menſe Aug eiuſdem anni, ſub Humberto archiepiſc. Lichefeldenſi.

794. *Verolamienſe* II. concilium, in quo reuerſus Roma rex Offa multa monaſterio S. Albani tribuit.

794. *Francofordienſe* concilium celebratum ab epiſcopis vniuerſi regni Francorum, Italiæ, Galliæ, ac Germaniæ, preſente Carolo magno rege atque Hadriani papæ legatis Theophylacto & Stephano epiſcopis, in quo hæreſis Feliciana tertio damnata eſt, & acta concilii Nicæni II. in cauſa imaginum confirmata.

I. Epiſtola Hadriani papæ ad epiſcopos Hiſpaniæ contra Elipandum archiepiſcopum Toletanum.

II. Libellus epiſcoporum Italiæ, ſacroſyllabus dictus, contra Elipandum, decreto concilii huiuſce miſſus ad prouincias Hiſpaniarum & Galliciæ.

III. Synodica concilii ab epiſcopis Galliæ & Germaniæ ad præſules Hiſpaniæ miſſa.

IV. Caroli magni regis epiſtola ad Elipandum & ceteros ep. Hiſpaniæ.

V. Canones concilii Francofordienſis numero 56.

XCVIII.

LEO III. Romanus, Azuppii filius, ſedit annos 20. men-

Digitized by Google

ſes 5. dies 17. a die 26. Decembris anni 795. ad diem 12. Iulii anni 816. quo obiit, Leone Armeno in oriente, & Ludouico pio Francorum rege in occidente imperantibus.

Kenulfi regis Merciorum epiſtola ad Leonem papam III.

I. Epiſtola Leonis III. ad Kenulfum regem Merciorum. II. ad Carolum magnum. III ad Richulfum epiſc. Moguntinum.

Epiſtola Caroli magni ad Leonem III. papam.

Eiuſdem defenſoris ſacræ eccleſiæ commonitorium ad Angilbertum abbatem Centulenſem, quem vocat Homerum auricularium.

Eiuſdem Caroli epiſtolæ duæ ad Offam regem Merciorum.

Theodulphi Aurelianenſis epiſcopi capitulare ad parochiæ ſuæ ſacerdotes ante 800. Chriſti annum editum fuit. Errauitque Baronius, & poſt eum Binius, qui in annum 836. retulerunt, cum conſtet Theodulfum ante annum 824. obiiſſe.

* Leonis eiuſdem papæ epiſtolæ aliquot nondum editæ.

798. aut ſeq. *Finchalenſe* concilium præſide Eanbaldo Eboracenſi archiepiſcopo, in quo actum de paſchate & canonum obſeruatione.

798. *Bacanceldenſe* concilium anno Kenulfi regis Merciorum 2. præſide Æthelardo archiepiſcopo Doroberniensi, in quo decretum eſt ex mandato Leonis papæ III. vt ſuper eccleſias viri ſæculares non habeant dominium.

799. *Romanum* concilium in baſilica S. Petri a Leone III. papa & epiſcopis 57. Caroli magni regis hortatu celebratum aduerſus Felicem Vrgellitanum, eiuſque epiſtolam contra Alcuinum ſcriptam. Ex tribus eius actionibus ſuperſunt quædam fragmenta.

Eodem anno *Aquiſgranenſe* concilium, in quo Felix Vrgellitanæ ciuitatis epiſcopus, hæreſeos, in quam relapſus fuerat, iterum conuictus, catholicam fidem ex animo poſita ſimulatione profeſſus eſt, vt docent cum auctor vitæ Alcuini, adeoque ipſe Alcuinus, tum ipſemet Felix in fidei ſuæ profeſſione ad ſuos Vrgellitanos poſtmodum ſcripta.

800. *Cloneshoenſe* concilium, præſide Athellardo Doroberniæ archiepiſcopo, in quo fatentur omnes eamdem in Anglia fidem adhuc floruiſſe, quæ a miſſis a S. Gregorio prædicatoribus fuerat annunciata, & de prædiis quædam ſtatuta.

Eodem anno, exeunte Decembri, in *Romana* ſynodo, præſente Carolo magno, Leo papa in baſilica S. Petri ferens ſacrum euangelium, ambonem conſcendit, & ab obiectis criminibus per inuocationem diuini nominis ſe purgauit.

Caroli magni ſelecta capitula eccleſiaſtica ab ipſo, partim adhuc rege, partim imperatore, diuerſis temporibus edita, in titulos quinque diſtributa, in quorum vltimo continetur:

Epiſtola eiuſdem imperatoris ad Pipinum filium regem Italiæ, de pace eccleſiarum Dei, & illis ſeruientium.

Capitula Caroli magni per annos imperii diſtributa, Romæ, Aquiſgrani, ad Salz, ad Theodonis villam, Nouiomagi, Bononiæ in littore maris, & alibi edita; ex quibus ſelecta ſunt eccleſiaſtica 34. capitulare epiſcoporum, capitula excerpta de canone, capitulare ad Salz quarto anno imperii, capitulare dominicum anno 805. ad Theodonis villam, capitulare interrogationis anno 811. breuis capitulorum ad epiſcopos & abbates.

IX. Chriſti ſæculum. 802. *Altinenſe* concilium iuſſu Paulini Aquileienſis epiſcopi congregatum, cuius extat ſynodalis ad Carolum imperatorem aduerſus Ioannem Venetiarum ducem, qui Ioannem Gradenſem patriarcham interfecerat.

802. *Aquiſgranenſe* ſub Carolo magno imp. ex Italia reuerſo in Galliam.

803. *Clouesboenſe* concilium anno 7. Kenulfi regis Merciorum, præſide Athelardo Doroberníenſi archiepiſcopo, cuius extat decretum de libertate eccleſiarum, cum ſubſcriptionibus.

806. Apud *Theodonis villam* in conuentu Francorum, Carolus magnus inter filios tres regnum ſuum diuiſit.

806. *Conſtantinopolitanum* conciliabulum I. in cauſa ſacerdotis cuiuſdam Ioſephi, quem Taraſius patriarcha CP. ſacerdotio amouerat, celebratum.

809. *Conſtantinopolitanum* II. conciliabulum, menſe Ianuario, ind. 2. contra Theodorum Studitam & Platonem archimandritas, ideo dictum mœchoſynodus, quod coniugium, viuente adhuc legitima vxore, contractum cum alia, ex diſpenſatione legitimum poſſe dici definierint proditores epiſcopi, qui & hæc addiderunt: leges diuinas aduerſus reges nihil poſſe, &c.

809. *Aquiſgranenſe* concilium menſe Decembri, in quo agitata eſt quæſtio de proceſſione Spiritus ſancti, & decreta legatio ad Leonem III. papam, ex Adone, Reginone, & aliis.

Ratio habita de ſymbolo fidei in ſecretario S. Petri apoſtoli, indict. 2. inter Leonem papam & Bernarium ac Ieſſe epiſcopos, & Adalardum abbatem miſſos Caroli imp.

Caroli magni imp. breuiarium diuiſionis theſaurorum, quam poſt obitum ſuum obſeruari iuſſit: cui ſubſcripſerunt vndecim epiſcopi, quatuor abbates, cum pluribus comitibus.

813. *Arelatenſe* VI. concilium in baſilica S. Stephani celebratum die 10. Maii, æra 851. Extant canones 26.

813 *Moguntiacum* concilium celebratum indictione 6. die 9. Iunii, in clauſtro baſilicæ S. Albani. Canones continet 55. editos a 30. epiſcopis & 25. abbatibus.

Digitized by Google

813. *Rhemenſe* II. concilium, mediante menſe Maio, vt habet eius præfatio canonibus 44. præfixa, a Vulfario metropolitano congregatum.

813. *Turonenſe* III. concilium canonibus 51. comprehenſum, abſque vlla menſis aut diei nota.

813. *Cabilonenſe* II. concilium celebratum ab epiſcopis & abbatibus totius Galliæ Lugdunenſis, vt habet præfatio. Canones continet omnino 66.

Capitulare Caroli magni, anno imperii eius 13. poſt quinque ſynodos præcedentes editum, de iis quæ epiſcopi congregati in vnum obſeruanda decreuerant & admonenda.

814. *Conſtantinopolitanum* III. conciliabulum, quo Iconoclaſtæ hæretici Nicænam ſynodum ſecundam condemnarunt, & pſeudoſynodum CP. ſub Copronymo celebratam confirmarunt.

Theodori Studitæ epiſtola ad ſynodum Iconomachicam, nomine omnium præpoſitorum ſcripta.

814. *Nouiomenſe* concilium, in quo a Vulfario Remenſi cum coepiſcopis compoſita eſt controuerſia, quæ inter Nouiomenſem & Sueſſionenſem epiſcopos verſabatur de parochiis quibuſdam, quas vterque ad ſuam diœceſim pertinere contendebat.

* Ieſſe Ambianenſis epiſcopi ad ſacerdotes, aliosque in ſua diœceſi Chriſto digne militantes epiſtola, per interrogationem & reſponſionem de iis quæ ſpectant ad baptiſmum, &c.

XCIX.

STEPHANVS IV. aliis V. Romanus, Marini filius, ſedit menſes 6. dies 24. a die 21. Iunii anni 816. ad diem 25. Ianuarii anni 817. quo obiit, imperantibus Ludouico pio & Leone Armeno.

816. *Aquiſgranenſe* I. concilium, indictione 10. in quo edita eſt forma inſtitutionis canonicorum per capita 105. & ſanctimonialium per capita 28.

Inde quoque paullo poſt prodiit capitulare Ludouici pii imp. capitibus 29. comprehenſum.

Epiſtola Ludouici pii imp. ad Sicharium archiepiſcopum Burdegalenſem, & ad alios regni præſules.

816. *Celichytenſe* concilium die 6. kal. Auguſti, ind. 9. Kenulfi regis 20. in quo, præſidente Vulfredo archiepiſcopo Cantuarienſi, editi ſunt canones 9. ad res moresque eccleſiaſticorum.

C.

PASCHALIS I. Romanus, Bonoſi filius, ſedit annis 7.

Digitized by Google

menſibus 3. diebus 17. a die 27. Ianuarii anni 817. vſque ad diem 13. Maii anni 824. quo obiit, imperantibus Ludouico pio & Michaële balbo.

I. epiſtola de confirmatione priuilegiorum Rauennatis eccleſiæ ad Petronacium archiepiſcopum. II. de inuentione reliquiarum S. Cæciliæ.

817. *Aquiſgranenſis* conuentus abbatum Franciæ cum monachis ſuis in domo Aquiſgrani palatii, quæ Lateranis dicitur, die 6. idus Iulias, in quo ad regularium inſtitutionem capitula 80. edita fuerunt.

Notitia de monaſteriis, quæ regi militiam, dona, vel ſolas orationes debent.

Canon, *Ego Ludouicus imp. Aug.* &c. apud Gratianum diſt. 63.

820. *Cantuarienſe* concilium ſub Vulfredo archiepiſcopo, Beornulfi regis Merciorum primo.

821. *Apud Theodonis villam* concilium, menſe Octobri, a 32. epiſcopis, aduerſus percuſſores clericorum, capitulis 4. comprehenſum, firmatum paullo poſt in alio conuentu Triburiæ decreto Lud. pii, ac pene omnium Galliæ & Germaniæ principum ſubſcriptionibus roboratum.

821. *Oſlaneshlenſe* concilium ſub Vulfredo archiepiſc. Cantuariæ.

822. *Cloueshonenſe* ſub eodem archiepiſcopo.

822. *Attiniacenſe* concilium, in quo Ludouicus pius imp. regni ſui anno 9. publicam pœnitentiam ſua ſponte ſuſcepit.

Ludouici pii capitulare II. capitulis 28. comprehenſum anno 823.

CI.

EVGENIVS II. Romanus, Boëmundi filius, ſedit annis 3. menſibus 2. & diebus 23. a die 15. Maii anni 824. ad diem 7. Auguſti anni 827. imperantibus iiſdem Ludouico pio & Michaële balbo.

Decreta Eugenii papæ II. (ſeu potius III. in concilio Remenſi.)

Conuentus *Pariſienſis* de imaginibus, kal. Nouemb.

Epiſtola Ludouici pii imp. ad Eugenium II. papam.

Eiuſdem imp. commonitorium Ieremiæ & Ionæ epiſcopis, cum ab eo legati Romam irent ad Eugenium.

824. *Cloueshoenſe* concilium 3. kal. Nouembris, ind. 2. ſub Vulfredo archiepiſcopo Cantuarienſi.

826. *Ingilenheimenſe* concilium, menſe Iunio, in quo imperator legationes tam a ſede Romana, quam a monte Oliueti per Dominicum abbatem perlatas ſuſcepit, audiuit, abſoluit, vt ait auctor vitæ Ludouici. Videndum quoque caput 96. libri VI. Benedicti leuitæ de his qui rapinas infra regnum faciunt.

826.

826. *Romanum* concilium indictione 5. die 15. Nouembris, anno Ludouici imp. 13. ſub Eugenio II. papa a 63. epiſcopis celebratum. Ex canonibus 38. ſuperſunt duntaxat duo.

CII.

VALENTINVS, Romanus, Petri filius, ſedit dies tantum 40. aut, vt alii, vix menſem, anno 827. quo vero obierit die, non conſtat. Sunt tamen qui eius electionem collocant die 8. Auguſti, feria prima, mortem vero die 21. Septembris eiuſdem anni.

CIII.

GREGORIVS IV. Romanus, Ioannis filius, ſedit annis 16. non a die 8. kal. Octobris, ſeu 24. Septembris anni 827. quo electus eſt, ſed a die 7. kal. Februarias anni 828. quo examinata a legato Ludouici imperatoris populi electione, ordinatus eſt, vſque ad diem Ianuarii circiter 25. anni 844. quo obiiſſe dicitur, imperantibus Lothario I. & Michaële Theodoræ filio, rege vero Galliæ Carolo caluo.

I. Epiſtola ad vniuerſos epiſcopos de Aldrico Cenomanenſi epiſcopo II. ad epiſcopos & fideles de Ebbone Remenſi archiepiſcopo. III. de confirmatione Anſgharii archiepiſcopi Nordhalbingorum primi, pag. 145. rerum Germanicarum Erpoldi Lindembrogii.

Ludouici pii epiſtola ad Hilduinum abbatem S. Dionyſii.

Eiuſdem imperatoris capitulare III. de his quæ Aquiſgrani ſub finem anni 828. conſtituta ſunt, cum epiſtola generaliter populo legenda.

829. Ex decreto imp. Ludouici pii quatuor concilia celebrata ſunt.

I. *in Moguntiaco*, ab archiepiſcopis Autgario, Hadebaldo, Hetti, ac Bernuino, cum eorum ſuffraganeis.

II. *in Pariſio*, ab Ebbone, Ragnoardo, Lantranno, & Aldrico, qui paullo ante fuerat electus.

III. *in Lugduno*, ab Agobardo, Bernardo, Andrea, Benedicto, & Agerico.

IV. *in Toloſa*, a Nothone, Bartholomæo, Adelelmo, Aiulfo, ac ſuffraganeis. Ex his vnicum modo extat, quod ſequitur:

Pariſienſe VI. celebratum die 6. Iunii, ac libris tribus comprehenſum, quibus præfixa eſt Ludouici imp. generalis ad omnes epiſtola, ex placito Aquiſgranenſi de quatuor illis conciliis epiſcoporum in quatuor imperii partibus congregandis.

829. *Vvormatienſe* concilium Auguſto menſe habitum, præſente ſe-

O

Digitized by Google

dis apoſtolicæ legato, in quo ſancita ſunt capitula regia de his, quæ epiſcopi in quatuor conciliis paullo ante celebratis inuenerant.

832. Ludouici pii imp. diploma de ordine monaſtico in monaſterio S. Dionyſii per epiſcopos eius auctoritate reſtituto.

833. *Lordonenſe* concilium habitum 26. Maii, in feſto S. Auguſtini Anglo-Saxonum apoſtoli, præſentibus Egberto rege Vveſt-Saxoniæ, & Vuithlaſio rege Merciorum, ab archiepiſcopis Celnotho Dorobernenſi, Eubaldo Eboracenſi, aliiſque epiſcopis nouem.

Eodem anno 833. menſe Octobri, indictione 12. contigit apud *Compendium* palatium Lotharii imperatoris & quorumdam epiſcoporum facinus illud execrandum aduerſus piiſſimum imperatorem Ludouicum, quod quidam illius æui chronographus merito iure Francorum dedecus appellauit.

Agobardi Lugdunenſis archiepiſcopi libellus de eodem conuentu Compendienſi, & publica Ludouici imp. pœnitentia.

834. Conuentus *apud S. Dionyſium*, in quo Ludouicus pius eccleſiaſticæ communioni per epiſcopos reſtitutus, imperii quoque ornamenta ſuſcepit dominica II. quadrageſimæ, kalendis Martiis. Plura auctor vitæ Ludouici, Nithardus, aliique.

835. *Metenſe* concilium in eccleſia S. Stephani celebratum, in quo imperator ab Ebbone Rhemenſi archiepiſcopo excommunicatus, & ingreſſu eccleſiæ interdictus abſoluitur.

835. *Apud Theodonis villam* coactum concilium, in quo, Ludouico imp. iterum ab epiſcopis reconciliato, Ebbo Remorum archiepiſc. quod in imperatorem conſpirarat, damnatus, graduque deiectus eſt proximis ante quadrageſimam diebus, præſidibus Drogone Metenſi atque Hetti Treuirenſi epiſcopis. Ipſa vero Ebbonis profeſſio ab Hincmaro Remenſi cap. 36. poſterioris operis aduerſus Gotheſcalcum dicitur acta, propriæque manus ſubſcriptione roborata in conuentu ſynodali generaliter habito apud Theodonis villam, anno incarnationis D. N. I. C. 835. ind. 13. ſub die kal. Martiarum. Inter eius confeſſores nominatur Aiulfus, ſiue Agiulphus, aut Aygulfus Bituricenſis archiepiſcopus, Stephani deceſſor.

836. *Aquiſgranenſe* II. concilium, indictione 14. die 6. Februarii, in ſecretario baſilicæ S. Mariæ, quod Lateranis dicitur, Ludouici pii imperatoris iuſſu atque euocatione, vt habet præfatio, celebratum, atque in duas partes diſtributum: quarum prior tripartitos canones complectitur, de tribus capitulis ab eodem Ludouico ad tractandum propoſitis. Ad poſteriorem enim pertinent libri tres ab eadem ſynodo ad Pipinum Ludouici filium Aquitaniæ regem ſcripti, quibus ea ſacræ ſcripturæ teſtimoniis exemplíſque illuſtrant, quæ Pipino eidem per epiſtolam antea ſuggeſſerant.

* Ionæ Aurelianenſis epiſcopi ad eumdem Pipinum Aquitaniæ regem

Digitized by Google

epiſtola, ſiue tractatus, quomodo ſe rex ac princeps gerere debeat erga Deum, eccleſiam, ſacerdotes, ſubditos, ſeipſum, capitibus 17. diſtinctus.

* Aldrici Senonenſis archiepiſcopi priuilegium a D. Luca Dacherio editum tomo II. ſpicilegii, cui multi ſubſcripſerunt antiſtites, atque inter eos Stephanus Bituricenſium archiepiſcopus: vnde patet non ante annum 835. fuiſſe conceſſum, aut certe non omnes eodem ſubſcripſiſſe tempore, quod Aiulfus docet anno 835 adhuc ſupeiſtes.

Characteres additi diplomati Ludouici imp. deſignant diem 16. Nouembris anni 834. indictione 13. iam a menſe Septembri inchoata. Quod ſi 15. indict. & annum Ludouici 24. legas, omnia ad amuſſim conuenient anno 836.

836. *Apud Stramiacum* in pago Lugdunenſi conuentus æſtiuo tempore, die Augusti 15. habitus, vt docent auctor vitæ Ludouici, Ado & alii, in eoque ventilata cauſa eccleſiarum Lugdunenſis ac Viennenſis ob fugam Agobardi & Bernardi præſulum, qui tamen ſuas poſtea ſedes receperunt.

838. *Kingſtonienſe* concilium celebratum anno Egberti Vveſt-Saxonum regis 39.

839. *Cabilonenſis* conuentus de rebus eccleſiaſticis & politicis componendis.

840. Lotharii imp. edictum cum ſubſcriptionibus epiſcoporum de Ebbonis Remenſis archiepiſcopi in concilio apud Theodonis villam anno 835. depoſiti reſtitutione.

Leges eccleſiaſticæ Kenethi regis Scotorum, ſiue politicæ 28. ſiue eccleſiaſticæ 8. ad hæc tempora, ſaltem ante annum 855. quo obiiſſe dicitur, pertinent.

841. *Bituricenſis* conuentus, præſente Carolo caluo rege, qui in ea ciuitate, pridie idus Ianuarii, indictione 4. anno 1. regni ſui, confirmauit eccleſiæ Niuernenſis priuilegia.

842. *Conſtantinopolitanum* concilium, in quo hæreſi Iconoclaſtarum damnata, cultus imaginum Conſtantinopoli eſt reſtitutus, eiectoque Ioanne patriarcha hæretico, Methodius orthodoxæ fidei defenſor ſubrogatus eſt. In ſynodico duplex Conſtantinopoli dicitur coacta ſynodus, I. in Blachernis ſub Theophilo Iconoclaſta, II. in Canicleo ſub Michaële eiuſque matre Theodora, in qua Ioanne μαντεμαίτῃ depoſito, ſeptem ſanctæ ſynodi approbatæ, & ſacræ imagines ad eam quæ eis debetur, venerationem reductæ.

843 *Toloſanum* capitulare Caroli iunioris calui regis anno eius 4. menſe Iunio, indictione ſexta, ſiue capitula 9. preſbyterorum Gothiæ rogatu acta, ex capitularibus Caroli calui a Sirmondo primum editis. Quid vero ſi legas indictione 7. & ad annum ſequentem referas? Vide ſequentem §.

843. Conuentus habitus in *villa* quæ ditur *Colonia*, prope Vindinum Cenomanorum, anno 4. Caroli, indictione 6. in quo ſancita capitula ſex, & confirmata.

843. *Apud Lauriacum* in pago Andegauenſi concilium epiſcoporum celebratum, menſe Octobri, indictione 7. anno Caroli calui 4. in quo ſancita capitula quatuor.

CIV.

SERGIVS II. Romanus, Sergii filius, regionis quartæ, ſedit annis 3. menſibus 2. diebus 3. a die 10. Februarii anni 844. ſaltem eo die quo tanta nix in vrbe effuſa, vt omnibus candidata videretur, vſque ad diem 12. Aprilis anni 847. quo obiit, imperantibus Lothario & Michaële τοῦ μέθυσου, rege vero Carolo caluo.

Epiſtola Sergii ad epiſcopos Tranſalpinos, de prælatione Drogonis vicarii ſedis apoſtolicæ.

*844. *Toloſam* obſidebat Carolus caluus, vt patet ex charta epiſcopii Biterrenſis data 14. kal. Iunias, indictione 7. anno 4. regnante Carolo. Vnde rectius forte huc transferas Toloſanum illud capitulare, de quo paullo ante diximus.

844. *Ad Theodonis villam*, in loco qui dicitur *Iudicium*, quando tres fratres Lotharius imp. Ludouicus rex Germaniæ, & Carolus caluus rex Francorum ſimul conuenerunt, ſtatuta ſunt capitula ſex ab epiſcopis, præſidente ex conſenſu regum Drogone Metenſi epiſcopo, menſe Octobri, anno 5. Caroli regis, indictione non 7. vt mendoſe in capitularibus, conciliis Galliæ, & in collectione regia editum eſt, ſed 8.

844. *Vernenſe* concilium II. in quo decreti canones 12. præſentibus Ebroino Pictauorum epiſcopo, Vvenilone Senonum archiepiſcopo, Ludouico S. Dionyſii abbate, & Hincmaro poſt Remorum archiepiſcopo, anno regni Caroli quinto, menſe Decembrio, indictione non 7. ſed 8. vt mox iam obſeruabamus, & in Ioannæ papiſſæ cenotaphio euerſo pluribus docuimus.

845. *Beluacenſe* concilium celebratum menſe Aprilis, anno 5. regni Caroli, indictione non 7. ſed 8. labente, vt iam monuimus in ſynopſi hiſtorica, chronico, ac cenotaphio. In eo facta ſunt capitula octo, decretumque, vt poſt decennium depoſitionis Ebbonis in Remenſi eccleſia Hincmarus ordinaretur epiſcopus, quem vide epiſt. 19. tom. II. pag. 272.

845. *In Meldenſi* quoque eccleſia celebratum eſt die 15. kalend. Iulias, Caroli calui regis anno ſuccreſcente feliciter ſexto, indictione 8. concilium doctiſſimum, præſidibus Vvenilone Senonenſi, Hincmaro Remenſi, Guntboldo Rotomagenſi, & Rodulfo Bituricenſi metropolitanis, in

Digitized by Google

quo præfixis recentium aliquot ſynodorum in villa Colonia, apud Theodonis villam, apud Lauriacum, apud Beluacum decretis, alia ſimul ad redintegrandum eccleſiæ ſtatum, & ad principis ac reipublicæ ſalutem prolata ſunt capitula noua numero 66.

846. *In Britannia minori* Carolus caluus cum Nomenoio duce Britonum, interuenientibus hinc & inde ſacramentis, pactus eſt.

847. vt modo loquimur, vel ex more veteri Gallicano 846. *Pariſienſe* concilium celebratum eſt ab iiſdem præſulibus & eodem Guntboldo Rotomagenſi archiepiſcopo ac coepiſcopis ſuis, vt ex fine præfationis Meldenſi concilio præfixæ conſtar, die 16. kal. Martias, in quo ab epiſcopis abſoluta ſunt quæ in illo Meldenſi perfici non potuerant. Nec te terreat annus incarnationis dominicæ 846. cum enim Romæ & alibi a kalendis Ianuarii numerari iam cœpiſſet annus 847. Galli ſaltem plerique vſque ad 25. diem Martii incarnationi dominicæ ſacrum, vel vſque ad paſchales ferias numerabant adhuc annum 846.

Subiecit Sirmondus priuilegium electionis & libertatis monaſterio Corbeienſi, cuius abbas erat Rathbertus, confirmatum in hac ſynodo Pariſienſi, anno incarnat. dominicæ 846. indictione 10. quæ rem omnem decidit, euincitque non aliam eſſe Pariſienſem ſynodum ab illa, de qua poſtea Sirmondus ex Flodoardo.

Ad eumdem annum, vel ad præcedentem potius pertinere videntur capitula 19. in villa *Sparnaco* Remenſis eccleſiæ, excerpta a domno rege Carolo & principibus eius ex quampluribus capitulis, quæ prius edita fuerant in ſynodis a Vvenilone, Hincmaro, Vrſmaro, cum ſuffraganeis ſuis, & regi, ſicut ipſe iuſſerat, oblata.

CV.

LEO IV. Romanus, Radoaldi filius, ſedit annos 8. menſes 3. dies 5. vel ab illo ipſo die 12. Aprilis anni 847. quo Sergius obiit, vel paullo poſt, cum nondum ad ſepulturam debitam fuiſſet deportatus, ex Anaſtaſio illius æui ſcriptore, vſque ad diem 17. Iulii anni 855. quo obiit, imperantibus Lothario (qui eodem anno die 28. vel 29. Septembris, Prumiæ defunctus eſt) eiuſque filio Ludouico, & apud Græcos Michaële potore: rege autem Galliæ Carolo caluo, & Germaniæ Ludouico eius fratre.

De fabula Ioannæ papiſſæ, quam creduli quidam ſcriptores ἀβασανίστως promulgarunt, ac deterſa modo per eruditos viros etiam in alienis ab eccleſia catholica caſtris militantes caligine, fanatici quidam nouatores *Mareſius, Hottingerus*, &c. defen-

Digitized by Google

dere moliuntur, plura nuper docuimus in cenotaphio illius euerſo a nobis, funditusque diruto demonſtratione chronica ineluctabili, quam ex ſolis ſæculi noni ſcriptoribus ac coæuis contexuimus ad calcem tomi I. de ſcriptoribus eccleſiaſticis.

I Epiſtola Leonis IV. ad Prudentium epiſc. Tricaſſinum. II. ad epiſcopos Britanniæ, cum capitulis ſex.

Fragmenta quatuor aliarum epiſtolarum.

Homilia Leonis eiuſdem de cura paſtorali, eiuſque officio.

* Addenda epiſtola ad S. Anſcharium Hammaburgenſis eccleſiæ archiepiſcopum, & forte aliæ quædam.

847. *Pariſienſe* concilium, emenſo iam anno & aliquot menſibus, poſt Hincmari ordinationem celebratum eſt, annuente rege Carolo, a Guntboldo archiepiſcopo Rotomagenſi, aliiſque epiſcopis, præſentibus legatis Sergii papæ, a quo literas ad Carolum impetrarat Lotharius imperator. Cum vero ad illud Ebbo nec veniſſet, nec vicatium, aut literas canonicas miſiſſet, Remenſis diœceſis ipſi interdicta eſt, donec epiſcoporum iudicio ſe ſiſteret, vt pluribus Flodoardus libri III. cap. 2. Hæc vero cum ineunte vere acta ſint, ad tempus Sergii papæ ſpectare mihi videntur, vt ſuperiori § obſeruauimus.

847. *Moguntinum* I. concilium ſub Rabano archiepiſcopo, circa kal. Octobres, pro iuribus & immunitatibus eccleſiaſticis celebratum in clauſtro S. Albani martyris. In eo edita capitula 31. quæ extant cum epiſtola ſynodica ad regem Ludouicum. De Thiota pſeudopropheтiſſa ex Alemanniæ partibus ibidem flagellis cæſa, vide annales Fuldenſes.

848 *Moguntinum* II. epiſcopale concilium ſub eodem archiepiſcopo circa kalendas Octobres, in quo Gotheſcalcus monachus preſbyter Orbacenſis gyrouagus, prædeſtinationis hæreſeos conuictus in præſentia Ludouici Germaniæ regis, damnatuſque a Rabano aliiſque epiſcopis qui aderant, ad proprium epiſcopum Hincmarum Remenſem remiſſus eſt, vt ex annalibus incerti auctoris, ipſiuſque Hincmari ſcriptis conſtat tomo I. pag. 20. tom. II. pag. 262. &c. Extat Rabani epiſtola ſynodalis ad Hincmarum ſcripta.

Eodem exeunte anno, vel ſequentis initio, *Cariſiacenſe* concilium celebratum fuit præſente Carolo caluo rege, in quo Gotheſcalcus iterum damnatus, preſbyteri gradu eſt deiectus, virgiſque cæſus, atque in ergaſtulum retruſus in Altouillari monaſterio, vt diſcimus ex poſteriore opere Hincmari aduerſus eumdem. Habentur etiam 4 capitula contra Prædeſtinatianos conſtituta ab epiſcopis, oppoſita quatuor capitulis Gotheſcalci: & eccleſiaſtica ſententia a 12. epiſcopis in illum prolata; ſed ea pertinent ad alteram Cariſiaci habitam ſynodum anno 853 vt docet auctor annalium Bertinianorum.

Digitized by Google

849. *Turonenſe* IV. concilium celebratum Lutetiæ (chronicon Fontanellenſe vocat ſynodum generalem Pariſiis habitam) a metropolitis atque epiſcopis quatuor prouinciarum, Turonenſis, Senonenſis, Remenſis ac Rotomagenſis, aduerſus Nomenoium Britannicæ gentis ducem ſeu priorem, vt habetur in ſynodica eiuſdem concilii, quæ eſt 84. inter epiſtolas Lupi abbatis Ferrarienſis. Annum vero deſignant veteres ſchedæ apud Baronium.

850. *Ticinenſe* concilium in vrbe regia Ticino celebratum, indictione 14. (Lotharii & Ludouici imperatorum anni vitiati ſunt) ab Angilberto, Theodemaro, Ioſepho, &c. Extant capitula 25. cum aliis quinque de rebus ſæcularibus a Ludouico imp. conſtitutis, & auctoritate Lotharii firmatis.

* 850. *Apud Murittum* in diœceſi, vt arbitror, Senonenſi, præſide Guenilone archiepiſcopo, vt apparet ex 115. Lupi Ferrariarum abbatis epiſtola, quæ nomine vniuerſæ ſynodi ſcripta eſt ad Ercanradum Pariſiorum epiſcopum, quam edita dabimus longe caſtigatiorem.

850. aut circiter, *Benningdonenſe* concilium ſub Bertulpho rege Merciorum celebratum.

851. *Kingesburienſe* concilium ſexta feria paſchatis, ſub eodem Bertulpho, cuius extat charta de immunitatibus conceſſis monaſterio Croylandenſi, celebratum, præſentibus Ceolnotho Dorobernenſi archiepiſcopo, aliiſque epiſcopis.

852. *Cordubenſe* conciliabulum, in quo vetitum eſt martyrium, cultuſque ſanctorum martyrum ſublatus. Impium autem illud decretum refellit S. Eulogius in memoriali ſanctorum.

852. *Moguntinum* III. concilium ſub Rabano archiepiſcopo celebratum cum omnibus epiſcopis atque abbatibus orientalis Franciæ, Baioariæ, & Saxoniæ, qui de abſoluendis quæſtionibus eccleſiaſticis tractatus inter ſe habuerunt.

853. *Cariſiacenſe* alterum concilium, in quo, præſente rege Francorum Carolo caluo, ab Hincmaro aliiſque epiſcopis & abbatibus monaſticis edita ſunt quatuor capitula erroribus Gorheſcalci monachi contraria, & propriis ſubſcriptionibus roborata.

* 855. Capitulis quinque in conuentu Ticinenſi habitis præfixa præfatio mendis ſcatet. Neque enim quadrant inter ſe annus 853. indictio 4. & annus imperii Ludouici ſextus. Vide annum 855.

* 853. *Sueſſionenſe* concilium II. in monaſterio S. Medardi & S. Sebaſtiani celebratum coram Carolo caluo rege, anno 13. regni eius, 10. alii 6. kal. Maii, indictione 1. vt patet ex præfatione præmiſſa canonibus 13. & geſtorum ſynodalium parti cuidam ex octo concilii illius actionibus decerptæ. Ex his vero omnibus vnicum id caput, quod ad clericos ab Ebbone poſt eius depoſitionem ac reditum ordinatos pertinebat, Ni-

Digitized by Google

colao papæ poſtea diſplicuit, ideoque in concilio Sueſſionenſi III. iterum examinari ac diſcuti iuſſit. Non recte ergo faciunt, qui pſeudoſynodum appellant: cui nos ſubiicimus epiſcoporum qui interfuerunt ſubſcriptiones ex mſſ. codice.

Ibidem quoque menſe Aprili eiuſdem anni edita fuerunt a rege mandata 12. miſſis dominicis per regnum directis, poſtea vice commonitorii data.

853. *Vermerienſe* II. concilium die 27. Auguſti, indictione 1. in quo edita de Herimanno Niuernenſi ac Lebraha monaſterio duo capitula, relectaque ac ſuſcepta, quæ in proximo Sueſſionenſi propoſita fuerant.

853. *Romanum* concilium a Leone IV. papa & 67. epiſcopis celebratum anno 37. Lotharii (ab epocha anni 817.) Ludouici eius filii noui imperatoris a Deo coronati 5. (ab inauguratione per Leonem papam anno 849. facta) menſe Decembri, die octaua, indictione ſecunda, in ciuitate noua, cui vocabulum Leoniana eſt, intra eccleſiam, vbi corpus beatiſſimi Petri apoſtolorum principis conditum eſt, coram miſſis imperatoriis. In eo iam excommunicatus Anaſtaſius preſbyter cardinalis tituli B. Marcelli eſt depoſitus. Plura vide in Virgidemia Mareſiana, poſt euerſum Ioannæ papiſſæ cenotaphium.

854. *Conſtantinopolitanum* concilium, in quo Gregorius Syracuſanus in Sicilia epiſcopus a S. Ignatio patriarcha vrbis regiæ damnatus ac depoſitus eſt.

855. *Valentinum* concilium III. indictione 3. die 8. Ianuarii, Lotharii, Ludouici ac Caroli fratrum 15. celebratum in domo baſilicæ S. Ioannis adiacente, a 14. epiſcopis prouinciarum Lugdunenſis, Viennenſis, Arelatenſis, aduerſus nouarum rerum, vocumque, vt aiunt, introductores. Extant canones 23. in quorum quarto perſtringuntur quatuor capitula apud Cariſiacum edita, & 19. ſyllogiſmi Ioannis Erigenæ Scoti. Plura Hincmarus, cui parum æquus erat Ebbo epiſcopus Gratianopolitanus, cuius præter conſuetum morem meminit præfatio.

855. *Ticinenſis* conuentus, indictione 4. male 13. anno Ludouici imperatoris 6. die 2. Februarii habitus, non vero 853. in cauſa diſciplinæ eccleſiaſticæ Extant capitula ab Auguſto propoſita, & ad eumdem reſcriptum conſultationis ſeu exhortationis epiſcoporum.

CVI.

BENEDICTVS III. Romanus, Petri filius, ſedit annis 2. menſibus 6. & diebus 9. non ab exeunte Iulio, quo electus eſt, mox vbi Leo ab hac luce ſubſtractus fuit, ſed a die 29. Septembris anni 855. quo eiecto tandem Anaſtaſio viro peſſimo, conſenſu legatorum Ludouici imp. conſecratus

tus

tus eſt in baſilica S. Petri, vſque ad diem 8. Aprilis anni 858. quo obiit, imperantibus Ludouico II. & Michaële Theodoræ filio, apud Francos vero regnantibus Carolo caluo & Ludouico fratribus cum nepotibus Lothario & Carolo.

I. Epiſtola ad Hincmarum Rhemenſem archiepiſcopum. II. ad epiſcopos in regno Caroli conſtitutos.

* Diploma in gratiam Corbeienſis cœnobii.

* Aliud priuilegium conceſſum monaſterio S. Dionyſii.

855. *Vintonienſe* Anglicum generale concilium celebratum menſe Nouembri, indictione 4. præſentibus Ætheluulfo Vveſt-Saxoniæ, Beorredo Merciæ, & Edmundo Eaſtanglorum regibus, &c. Exemplar donationis Ætheluulfi ex triplici editione Ingulphi Saxonis, Guill. Malmeſb. & Matthæi Vveſtm. extat.

857. *Cariſiacenſis* ſynodus menſe Februario congregata iuſſu regis Caroli, anno 17. regni, in quo edita conſtitutio de coërcendis rapinis & depopulationibus, quæ in regno graſſabantur, ſiue ſynodalis epiſtola regis nomine ſcripta ad epiſcopos & comites Galliæ.

857. *Moguntinum* concilium circa kal. Octobres, præſidente Carolo archiepiſcopo, Pipini regis Aquitaniæ filio, in quo actum de iure eccleſiaſtico, & oblata Gunthatii Colonienſis archiepiſcopi ad Aldfridum epiſcopum epiſtola.

CVII.

NICOLAVS I. Romanus, Theodori regionarii filius, ſedit annis 9. menſibus 6. diebus 21. a menſe Aprili anni 858. cuius die 24. dominica dicitur coronatus, & omnium exultatione conſecratus, vſque ad diem 13. Nouembris anni 867. quo obiit, inchoata iam a menſe Septembri indictione 1. imperantibus Ludouico II. & Michaële potore ſeu ſcurra appellari ſolito: regnantibus apud Francos Carolo, Ludouico & Lothario.

I. Epiſtola ad vniuerſos catholicos de actis Ignatii & Photii. II. ad Michaëlem imp. III. ad Photium. IV. ad omnes fideles ſanctæ Dei eccleſiæ. V. ad Michaëlem imp. VI. ad Photium. VII. ad Michaëlem imp. in qua Photii depulſio, & Ignatii reſtitutio, necnon Gregorii Syracuſani iterata damnatio. VIII. & IX. longiſſimæ ad eumdem imp. X. ad clerum CP. etiam longiſſima. XI. ad Photium. XII. ad Bardam Cæſarem. XIII. ad Ignatium patriarch. CP. XIV. ad Theodoram Auguſtam. XV. ad Eudoxiam Auguſtam. XVI. ad ſenatores CP. XVII. ad Lotharium regem. XVIII. ad Carolum caluum re-

Digitized by Google

gem. XIX. ad Ludouicum II. imp. XX. ad Carolum caluum regem. XXI. ad Hermentrudem reginam. XXII. ad epiſcopos Galliæ & Germaniæ. XXIII. ad epiſcopos in concilio Metenſi reſidenres. XXIV. ad Traſulfum abbatem Corbeienſem. XXV. ad Carolum caluum regem. XXVI. ad epiſcopos in regno Caroli. XXVII. ad Ludouicum Germaniæ & Carolum caluum reges. XXVIII. & XXIX. ad Hincmarum archiepiſcopum Rhemenſem. XXX. & XXXI. ad Carolum caluum reg. XXXII. ad epiſcopos ſynodi Siluanectenſis. XXXIII. & XXXIV. ad Rothadum epiſcopum Sueſſionenſem. XXXV. ad Carolum caluum regem. XXXVI. ad Hermentrudem reginam. XXXVII. ad Hincmarum Rhemenſem archiepiſc. XXXVIII. ſermo de cauſa Rothadi in concilio Romano VII. anno 865. XXXIX. XL. XLI. & quatuor ſequentes in eodem concilio. XLV. ad Franconem epiſcopum Tungrenſem. XLVI. & XLVII. in concilio Sueſſionenſi III. an. 866. XLVIII. ad Teurbergam reginam. XLIX. ad epiſcopos in regno Lotharii. L. ad Carolum caluum reg. LI. ad Lotharium regem. LII. ad Carolum regem. LIII. ad Ludouicum regem Germaniæ. LIV. ad epiſcopos in regno Caroli. Arſenii Hortenſis epiſc. ſedis apoſtolicæ legati generalis epiſtola ad omnes epiſcopos. LV. & LVI. ad Ludouicum regem Germaniæ. LVII. ad Carolum caluum regem. LVIII. ad epiſcopos in regno Ludouici. LIX. ad Adonem archiepiſcopum Viennenſem. LX. ad Carolum caluum regem. LXI. ad Robertum epiſcopum Cenomanenſem. LXII. ad epiſcopos & principes Galliæ, ſiue priuilegium libertatis monaſterio S. Karilephi confirmatum. LXIII. ad epiſcopos in regno Lotharii. LXIV. ad Lotharium regem. LXV. ad Hilduinum clericum. LXVI. ad Stephanum comitem Aruernorum. LXVII. ad Hermentrudem reginam. LXVIII. ad Hucbertum abbatem fratrem Teutbergæ reginæ. LXIX. ad Ludouicum & Carolum filios Caroli calui. LXX. ad Hincmarum & epiſcopos in regno Caroli, de Græcorum obiectionibus aduerſus Latinos.

I. Epiſtola appendicis ad Carolum regem. II. ad epiſcopos legatos in Franciam miſſos, cum commonitorio iiſdem dato. III. ad vniuerſos epiſcopos. Aduentii Metenſis epiſcopi ad Nicolaum papam. Caroli calui regis epiſtola ad Nicolaum papam. IV. ad Aduentium epiſcopum Metenſem. V. ad Hincmarum Rhemenſem, archiepiſcopum. VI. ad monachos S. Carilephi. VII. ad epiſcopos in regno Caroli. VIII. ad Hincmarum Rhemenſem archiepiſcopum. IX. ad Rollandum archiepiſcopum Arelatenſem. X. ad epiſcopos in regno Caroli. XI. ad vniuerſos epiſcopos. XII. ad Herardum archiepiſcopum Turonenſem. XIII. ad Rodulfum Bituricenſem archiepiſcopum. Lotharii regis epiſtola ad Nicolaum papam. XIV. ad clericos in con-

cilio Sueſſionenſi conſtitutos. XV. ad Aquitanos. XVI. ad Carolum regem. XVII. ad Riuoladrum epiſcopum. XVIII. ad Hincmarum Rhemenſem archiepiſcopum. XIX. ad Rodulfum Bituricenſem archiepiſcopum. XX. ad Egilonem Senonenſem archiepiſcopum. XXI. ad Carolum caluum. XXII. ad Salomonem regem Britonum. XXIII. ad Vvenilonem archiepiſcopum Senonenſem, & eiuſdem coepiſcopos. XXIV. ad Hincmarum archiepiſcopum Rhemenſem.

Fragmenta quædam aliarum epiſtolarum Nicolai papæ.

Reſponſa 106. Nicolai papæ ad conſulta Bulgarorum.

Decreta Nicolai pap. ex Gratiano, in 20. titulos diſpertita a Io. Cochlæo.

* Epiſtolæ eiuſdem pontificis ad Adonem archiepiſcopum Viennenſem, alioſque, vicem alterius appendicis obtinebunt.

Hincmari archiepiſcopi Rhemenſis capitula variis annis prolata, ad preſbyteros parochiæ ſuæ.

Iſaac Lingonenſis canones in titulos vndecim diſtributi. Extat eiuſdem epiſtola de canone miſſæ ad Ioannem Pictauorum epiſcopum.

Herardi archiepiſcopi Turonenſis capitula 14. ex corpore canonum excerpta, & anno 858. indictione 6. die 17. kal. Iunii, ſiue 16. Maii in ſynodo promulgata.

Epiſtola epiſcoporum e ſynodo apud *Cariſiacum* miſſa menſe Nouembrio anni 858. ad Ludouicum Germaniæ regem, cum is ad occupandum Caroli fratris ſui regnum veniſſet.

859. *Metenſe* concilium de indulgentia Ludouici regis pro ſeditione & exceſſibus in regno fratris ſui Caroli perpetratis. Extat commonitorium duodecim diſtinctum capitibus, datum epiſcopis ab ſynodo ad Ludouicum regem legatis, indictione 7. die 28. Maii, cum iis quæ Vvormatiæ die 12. Iunii ab epiſcopis dicta ac peracta ſunt.

859. *Lingonenſe* concilium circa kalendas Iunias, in quo edita capitula numero 16. quæ in ſequenti apud Saponarias ſynodo relecta, illiuſque actis inſerta ſunt.

859. *Tullenſe* I. apud *Saponarias*, menſe Iunio, indictione 7. celebratum ab epiſcopis duodecim prouinciarum, adſidentibus Carolo caluo eiuſque nepotibus Lothario & Carolo annum quartum in regno poſt mortem Lotharii patris agentibus. Extant canones 13. de iis quæ in hac ſynodo geſta ſunt, tum proclamatio Caroli aduerſus Vvenilonem Senonenſem archiepiſcopum, deinde epiſtolæ tres ſynodales, I. ad Vvenilonem: II. ad epiſcopos Britonum, qui a metropolitano ſuo Turonenſi deſciuerant: III. ad Britones excommunicatos: decreta ſeu canones 16. Lingonenſis concilii, & commonitorium Herardi Turonum archiepiſcopi ad Vvenilonem Senonum archiepiſcopum.

859. *Conſtantinopolitanum* ſiue Photianum conciliabulum aduerſus ſanctum Ignatium celebratum.

Digitized by Google

860. *Aquiſgranenſe* duplex concilium in cauſa diuortii Teutbergæ ac Lotharii, menſibus Ianuario & Februario eiuſdem indictionis 8. vt habes apud Hincmarum; cuius de ea re editum opuſculum extat tomo I. pag 561. Superest epiſtola epiſcoporum regni Lotharii, qui ſynodo apud Aquaſgrani adfuerant, ad Nicolaum papam I.

860. *Confluentinum* concilium, quo inter reges Galliarum pax & concordia ſancitæ ſunt nonis Iunii, in ſecretario baſilicæ ſancti Caſtoris, diebus 5. & 6. Iunii, præſentibus epiſcopis & optimatibus.

860. *Tullenſe* II. concilium apud *Tuſiacum* villam, die 22. Octobris, & menſe Nouembrio, indict. 9. celebratum ab epiſcopis prouinciarum duodecim, vt habet præfatio canonibus quinque præfixa, vel 14. vt in epiſtolis dicitur. Extat quippe epiſtola ſynodalis ad rerum eccleſiaſticarum peruaſores, pauperumque prædatores, cum Hincmari Rhemenſis prolixa epiſtola, ſynodi eiuſdem iuſſu ac auctoritate ſcripta ad metropolitanos Aquitaniæ Rodulfum & Frotarium, de nuptiis Stephani & filiæ Regimundi comitis.

861. *Conſtantinopolitanum* conciliabulum, falſo a Græculis quibuſdam œcumenicum nuncupatum, in quo trecenti octodecim circiter epiſcopi S. Ignatii patriarchæ CP. iniuſtam condemnationem, & Photii inuaſoris illegitimam intruſionem confirmarunt, præſentibus legatis Nicolai I. papæ, qui die 18. Martii anni ſequentis omnia illa abrogauit.

861. *Romanum* I. concilium, in quo Ioannes Rauennas archiepiſcopus damnatus eſt, tum acta de commiſſis pœnitentia receptus, vt pluribus Anaſtaſius in Nicolai vita.

862. *Romanum* II. concilium, in quo occaſione quorumdam orientalium hæreſis Theopaſchitarum iterum pullulans damnata eſt, ex Nicolai papæ epiſt. 70.

862. *Aquiſgranenſe* III. concilium, indictione 10. die 29. Aprilis celebratum, præſidibus Gunthario Agrippinenſi & Teutgaudo Treuirenſi archiepiſcopis, in quo permiſſum eſt Lothario, vt repudiata Teutberga vxore aliud coniugium iniret.

862. Conuentus trium regum Francorum & epiſcoporum Galliæ in villa ad *Sablonarias* dicta, in quo inter Ludouicum & Carolum fratres, eorumque nepotem Lotharium pax eſt conſtituta, ex codice Aur. Auguſtini.

863. *Siluanectenſe* in Conuicino villa celebratum, in quo Rothadus Sueſſionenſis epiſcopus ob preſbyterum immerito, vt ferebatur, depoſitum, Hincmari Rhemenſis factione damnatus, ac nequiequam ſedem apoſtolicam appellans, gradu ſuo deiectus, & in monaſterium detruſus eſt. Eius vero ſynodi, quæ modo non extant, acta Odo Bellouacenſis epiſcopus Romam detulit, a Nicolao papa poſtea reſciſſa.

863. *Metenſe* concilium menſe Iulio celebratum ab epiſcopis regni

Lotharii, coram apoſtolicæ ſedis legatis Radoaldo & Ioanne, de diuortio eiuſdem Lotharii & Teutbergæ ac coniugio Valdradæ, miſſique Romam Guntharius & Teutgaudus archiepiſcopi: ſed hæc omnia in ſynodo Romana mox fuere damnata, depoſitique a pontifice antiſtites prædicti.

863. *Romanum* III. concilium in Lateranenſi palatio celebratum, in quo Metenſia acta reſciſſa, & ſententia depoſitionis in prædictos Guntharium & Teutgaudum lata. Extat præfatio Nicolai papæ ad omnes epiſcopos, cum capitulis ſex. Plura Fuldenſes ac Bertiniani annales.

863 *Romanum* IV. concilium, in quo Zacharias apoſtolica legatione in oriente male functus, excommunicatus & depoſitus, Photius inuaſor & Gregorius Syracuſanus condemnati, Ignatius ſedi CP. per ſententiam reſtitutus, & cultus imaginum aduerſus Iconomachos confirmatus, ex epiſt. 7. Nicolai.

* 863. *Vermerienſe* concilium ſub Carolo rege, die 8. kal. Nouembris, vnde Rothadum epiſcopum Sueſſionenſem cum ſuis & epiſcoporum literis atque vicariis Romam miſit. Annales Bertiniani anno 861. docent Hincmarum in ſynodo comprouinciali apud martyrium SS. Criſpini & Criſpiniani ſecus ciuitatem *Sueſſionis* Rothadum ipſius vrbis epiſcopum epiſcopali priuaſſe communione. Sirmondus tamen *Sueſſionicam* ſynodum poſtponit alteri, quam in *Conuicino* villa publica propter *Siluanectum* congregatam 8. kal. Nouembris, præſidente Hincmaro, affigit anno 863. An vero quicquam opis peti poſſit ad ducendam temporis certam rationem, aut a libello Rothadi, aut a Gratiano diſt. 10. aut ab epiſtolis Nicolai, diſcutiemus ſuo tempore.

863. *Romanum* V. concilium, in quo acta concilii Sueſſionenſis III. reprobata, & Rothadus ſedi ſuæ Sueſſionenſi, e qua eiectus fuerat, reſtitui iuſſus. Vide epiſtolas 25. 29. 31. 32. & 38. Nicolai.

* 863. *Ad Piſtas* ſuper fluuium Sequanam in diœceſi Rotomagenſi concilium celebratum anno regni Caroli 22. indict. 10. Verum hi characteres annum ſuperiorem deſignant. Extant capitula quatuor.

864. indictione 12. anno 24. Caroli calui, *Piſtenſe*, vt patet ex charta S. Germani Autiſſiodorenſis, annalibus Bertinianis, &c.

864. *Romanum* VI. concilium, in quo Radoaldus Portuenſis epiſcopus in legatione apoſtolica præuaricator inuentus, epiſcopatu depoſitus, & excommunicatus eſt. Vide 7. & 10. Nicolai epiſtolas.

865. *Romanum* VII. concilium, in quo Rothadus Sueſſionenſis epiſcopus in priſtinum honorem a Nicolao papa reſtitutus eſt die ſanctæ Agnetis 21. Ianuarii.

Libellus proclamationis Rothadi epiſcopi, quem Nicolao papæ obtulit, cum Romæ ſextum iam menſem expectaſſet.

Sermo Nicolai papæ, quem de Rothadi cauſa ex ambone in miſſa fe-

Digitized by Google

cit, in baſilica ſanctæ Mariæ ad præſepe, die vigiliarum natiuitatis Domini.

Nicolai papæ epiſtola ad clerum & plebem eccleſiæ Romanæ.

Eiuſdem ad Carolum caluum regem, ad Hincmarum Rhemenſem, ad vniuerſos epiſcopos Galliæ, ad clerum & plebem Sueſſionicam, & ad Rothadum ipſum epiſtolæ.

866. *Sueſſionenſe* III. concilium, indictione 14. die Auguſti 17. Nicolai papæ iuſſu conuocatum, in cauſa Vulfadi, aliorumque clericorum, quos ab Ebbone poſt reditum in eccleſiam ſuam ordinatos Hincmarus Rhemenſis in Sueſſionenſi II. depoſuerat. Extant

I. Epiſtola Nicolai ad Hincmarum.

II. Epiſtola Caroli regis ad papam, vt eccleſiam Bituricenſem interim Vulfado committere liceat.

III. Nicolai ad Carolum, vt nihil innouetur ante ſynodi definitionem.

IV. Eiuſdem epiſtola ad Herardum archiepiſcopum Turonenſem.

V. Schedulæ ſeu libelli quatuor ſynodo per vices oblati ab Hincmaro.

VI. Annunciatio Herardi Turon. archiep regis ac ſynodi iuſſu facta.

VII. Synodica epiſtola concilii data 8. kal. Septembris, qua res tota pontifici, a quo inchoata fuerat, conſummanda reſeruatur.

VIII. Altera epiſtola concilii eiuſdem ad papam de Britonum infeſtationibus, & de Actardo epiſc. qui cum actis ſynodi Romam mittebatur.

IX. Caroli regis epiſtola ad Nicolaum papam, vbi inter cetera monet a ſe interim eccleſiam Bituricenſem Vulfado commendatam.

X. Priuilegium a ſynodo Sueſſionica conceſſum monaſterio Solemniacenſi.

XI. Epiſtola Nicolai papæ ad epiſcopos ſynodi Sueſſionicæ.

XII. Eiuſdem epiſtola ad Hincmarum Rhemenſem archiepiſcopum.

XIII. Eiuſdem epiſtola ad Carolum regem.

XIV. Eiuſdem ad Vulfadum clericum Rhemenſem, & ſocios.

866. *Pariſienſe* concilium non recte huic anno adſignatur in nupera ſumma ex priuilegio, quo canonica electio abbatis Corbeiæ ad Somonam fluuium ſtabilita eſt ab Hincmaro, aliiſque epiſcopis & abbatibus. Certe, vt alia non vrgeam, Paſchaſius Rathbertus ipſius monaſterii abbas, qui priuilegium hoc relegit, ratumque decernens ſubſcripſit, iam abierat pridem ad ſuperos, cum Eccenrhado Pariſienſi, Freculfo Lexouienſi, &c. Vide ſupra annum 847. indict. 10.

867. *Tricaſſinum* I. concilium Nicolai papæ iuſſu apud Trecas celebratum, die 25. Octobris, ab epiſcopis, qui præcedenti anno apud Sueſſionas conuenerant. Extant I. epiſtola epiſcoporum in regno Caroli & Lotharii ad epiſcopos in regno Ludouici manentes, vt ad ſynodum veniant: II. ſynodica concilii, qua Nicolao papæ totam Ebbonis ordinatorumque ab eo clericorum hiſtoriam accurate, vt iuſſi fuerant, expo-

Digitized by Google

ſunt, & pallium pro Vulfado petunt, data 2. Nouembris, indictione 1. III. epiſtola Caroli calui regis ad papam eumdem, qui paullo poſt obiit.

CVIII.

HADRIANVS II. Romanus, ex patre Talaro, poſtea epiſcopo, regionis tertiæ, ſedit annis 5. diebus 12. a die 14. Decembris, dominico ſecundum morem, æræ *Chriſtianæ anni 867. Ludouici II. imp. 19. indictione 1. quo annum agens vitæ 76. ordinatus eſt, vſque ad kalendas Nouembris anni 872. quo die obiit, imperantibus Ludouico II. & Baſilio Macedone, regnantibus in Neuſtria Carolo caluo, & in Auſtraſia & Germania Ludouico eius fratre.

I. Epiſtola ad Baſilium imp. II. ad Ignatium patriarcham CP. Baſilii imp. epiſtola ad Nicolaum papam. III. ad Baſilium imp. Epiſtola S. Ignatii ad Nicolaum papam. IV. Hadriani ad Ignatium patriarcham. Epiſtola ſynodica ex concilio CP. ad Hadrianum II. V. ad Baſilium imp. VI. ad ſynodum Tricaſſinam. VII. ad epiſcopos ſynodi Sueſſionenſis. VIII. ad Carolum caluum regem. IX. ad Hincmarum Rhemenſem archiepiſcopum. X ad Herardum Turonenſem archiepiſcopum. XI. ad Actardum epiſcopum. XII. ad Ludouicum regem Germaniæ. XIII. ad Lotharium reg. XIV. ad Vvaldradam. XV. ad epiſcopos Germaniæ. XVI. ad Hincmarum archiepiſc. Rhemenſem. XVII. & XVIII. ad Carolum caluum regem. XIX. ad proceres regni Lotharii. XX. ad proceres regni Caroli calui. XXI. ad epiſcopos in regno Caroli calui. XXII. ad Hincmarum Rhem. archiepiſc. XXIII. ad Carolum caluum reg XXIV. ad epiſcopos in regno Caroli. XXV. ad Hincmarum Rhemenſ. archiepiſcopum. XXVI. ad proceres regni Caroli calui. XXVII. ad Ludouicum reg. Germaniæ. XXVIII. ad epiſcopos in regno Ludouici. XXIX. ad Carolum caluum regem. XXX. ad proceres regni Caroli calui & Lotharii quondam regis. XXXI. ad epiſcopos in regno Caroli & quondam Lotharii conſtitutos. XXXII. ad epiſcopos ſynodi Duziacenſis. XXXIII. & XXXIV ad Carolum caluum regem.

* Hadriani papæ & Anaſtaſii bibliothecarii epiſtolæ ad Adonem Viennenſem archiepiſc. & ad alios vice appendicis ſubiicientur.

868. *Romanum* concilium, in quo Photius inuaſor ſedis CP. ter anathemate perculſus eſt, eiuſque volumen contra Nicolaum pap. editum, igni eſt adiudicatum.

868. *Vvormatienſe* concilium habitum ind. 1. die 17. kal. Iunii, in cauſa morum ac diſciplinæ eccleſ. Extant canones 80. poſt profeſſionem fidei.

Digitized by Google

869. & 870. CONSTANTINOPOLITANVM IV. concilium generale ſiue œcumenicum VIII. celebratum a 102. epiſcopis, inchoatum die 5. Octobris, indictione 3. finitum vero vltimo Februarii anni ſequentis, eadem labente indictione, in quo Ignatius ab exilio cum dignitate reuocatus, ſedique CP. reſtitutus, Photio cum 45. Photianis, omnibuſque Iconomachis, exauctoratis & anathemate damnatis.

Anaſtaſii abbatis & ſanctæ ſedis apoſtolicæ bibliothecarii præfatio in octauam ſynodum, ad Hadrianum papam.

Breuis compendioſus monumentorum a ſynodo VIII. factorum per ſingulas eius actiones.

Actio prima anno 3. conſulatus impp. Baſilii & Conſtantini eius filii, ind. 3. die 5. Octobris, feria 4. in templo S. Sophiæ.

Epiſtola Hadriani papæ ad imp. Baſilium.

Theodoſii patriarchæ Hieroſolymitani epiſtola ad Ignatium patriarcham CP.

Profeſſionis fidei libellus.

Definitio Thomæ metropolitæ Tyri, &c.

Actio II. nonis Octobris, in qua lectus libellus.

Actio III. die 5. idus Octobris.

Epiſtola Baſilii imp. ad Nicolaum papam.

Ignatii epiſtola ad Nicolaum papam.

Hadriani papæ epiſtola ad Ignatium.

Actio IV. die 3. idus Octobris.

Nicolai papæ epiſtolæ ad Michaëlem imp. duæ, & ad Photium vna.

Actio V. die 13. kalendas Nouembris.

Nicolai papæ epiſtola ad Photium.

Actio VI. die 8. kal. Nou. in qua lectum Romanorum vicariorum epanagnoſticum, & exhortatorius ſermo imperatoris.

Actio VII. die 4. kal. Nouembres.

Nicolai papæ epiſtola ad præſules ſedi CP. ſubiacentes.

Hadriani papæ epiſtolæ ad Baſilium imp. & ad Ignatium.

Allocutiones papæ Hadriani ad concilium quod conuenit contra Photium, eiuſque reſponſiones, ſeu ſuggeſtiones, cum damnatione conciliabuli Photiani.

Accla-

Digitized by Google

Acclamatio Ignatii ad ſynodum.

Actio VIII. nonis Nouembribus.

Libellus apologeticus Petri monachi.

Actio IX. Baſilii & Conſtantini impp. anno 3. Leonis anno 1. indictione 3. pridie idus Februarii.

Michaëlis patriarchæ Alexandrini epiſtola ad Baſilium imp. & Ioſephi monachi libellus.

Epitimium, quod definierunt vicarii ſedis apoſtolicæ & tota ſynodus.

Actio X. pridie kalendarum Martiarum, feria 3.

Regulæ ſeu canones 27. ſynodi VIII. cum definitione fidei, quam terminum vocat interpres, acclamationibus, & ſubſcriptionibus.

Epiſtola encyclica VIII. ſynodi, tum generalis, tum ad Hadrianum papam.

Baſilii, Conſtantini, & Leonis impp. epiſtola ad omnes ſedes patriarchales, & alia ad Hadrianum papam.

Ignatii epiſtola ad eumdem papam.

Hadriani epiſtola ad imperatores.

Eadem ſancta ſynodus VIII. Græce & Latine a Matthæo Radero S. I. primum, tum Romæ an. 1608. edita, præmiſſis quæ anteceſſerunt.

Vita, ſiue certamen, Ignatii patriarchæ CP. auctore Niceta Dauide Paphlagone.

Ex encomio eiuſdem S. Ignatii patriarchæ CP. auctore Michaële Syncello.

Libellus miſſus Ignatii nomine a Theognoſto monacho & archimandrita veteris Romæ, & exarcho CP.

Epiſtolæ Nicolai papæ ex actis ſynodi Romanæ, & epiſtola Epiphanii archiepiſcopi Cypri ad Ignatium poſt ipſius reditum.

Prooemium actorum ſynodi VIII.

Actiones I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX. & X. in qua recitati canones tantum 14.

Appendicis vicem obtinent epiſtola encyclica generalis, & quæ ad Hadrianum papam, & alia.

Stephani papæ epiſtola ad Baſilium imp. cum poſtremo

vitæ tempore ſeductus a Photio ſcripſit Romam contra papam Marinum.

Epiſtola Styliani Neocæſareæ Euphrateſinæ epiſcopi & clericorum CP. degentium, ad Stephanum papam.

Eiuſdem epiſtolæ ad omnes vbique epiſcopos & clericos, & ad Stephanum papam.

Formoſi papæ ſucceſſoris Stephani reſponſum ad Stylianum.

Quæ in Romana editione deſunt, deſumpta ex Raderiana.

I. Quoties Photiani, quos vocat σαυιονίτας, contra ſuas ipſi cruces ſeu ſacramenta periuri extiterint.

II. Synodica decreta pontificum Romanorum, Nicolai, Hadriani, Ioannis, Marini, Stephani, & Formoſi in Photium.

III. Breuiarium ſynodi VIII. ad ingreſſum magnæ eccleſiæ, ſeu in porticu, perſcriptum.

IV. De Photio ex hiſtoria Ioannis Scylitzæ.

Sequuntur ex editione Romana cum admonitio ad lectorem de pſeudo-ſynodo Photii pſeudo-patriarchæ, tum Ioannis papæ VIII. epiſtolæ germanæ in codice Vaticano repertæ, G. & L. ad Baſilium, Conſtantinum, & Alexandrum impp. ad epiſcopos ſedium quatuor patriarchalium, ad Photium patriarcham CP. necnon ad eoſdem epiſtolæ a Photio corruptæ.

869. *Vermerienſe* concilium, in quo accuſatus Hincmarus iunior Laudunenſis epiſcopus ad ſedem apoſtolicam appellauit: verum inſtigante Carolum regem Hincmaro Rhemenſi patruo, vt Romam, quo etiam ab Hadriano papa vocabatur, ire liceret, obtinere non potuit, vt ipſe queritur in pittacio, quod ad patruum ea de re ſcripſit poſt ſynodum Attiniacenſem.

869. *Metis*, die 9. Septembris, indictione 2. in eccleſia S. Stephani martyris Carolus caluus in regno Lotharii nepotis poſt eius mortem publice coronatus eſt ab Hattone, Aduentio, Francone, aliiſque regni illius epiſcopis. Extant I. annunciationes ab Aduentio factæ: II. capitula quatuor ab Hincmaro Rhemenſi in eadem eccleſia publice denunciata.

870. *Attiniacenſe* concilium, Caroli calui regis anno 30. menſe Maio, in quo coram epiſcopis decem prouinciarum Carlomannus regis filius ob ſtructas patri inſidias abbatiis ſuis priuatus, Siluanectenſi cuſtodiæ mancipatus eſt, atque Hincmarus Laudunenſis epiſcopus iterum accuſatus, ad ſedem apoſtolicam iterum appellauit, ex Flodoardo & aliis.

870. *Colonienſe* concilium in cauſa eccleſiaſticæ diſciplinæ celebratum 6. kal. Octobris, ex annalibus Fuldenſibus.

871. *Duziacenſe* I. concilium menſe Auguſto habitum, in quo Hincmarus Laudunenſis epiſcopus tertium accuſatus, epiſcopali gradu deiectus eſt, tum in exilium miſſus, ferro vinctus, excæcatus, aliaque poſtmodum paſſus, quæ ipſemet narrat in libello proclamationis Ioanni papæ oblato in ſynodo Tricaſſina II. Sirmondus noſter edidit duntaxat reſcriptum epiſcoporum ſynodi huius ad Hadrianum papam, cui per Actardum geſta illa miſerunt. Nec plura in editione regia.

* Verum elapſis ab illius editionis tempore annis 14. R. P. Cellotius ὁ μακαρίτης maximam partem actorum Duziacenſium publicauit, ex codice mſ. bibliothecæ viri clariſſ. Alexandri Petauii in ſuprema Galliarum curia ſenatoris integerrimi, quam reconditioris doctrinæ apothecam merito iure appellat, cum aliis Hincmari vtriuſque, necnon Vvaltheri Aurelianenſis epiſcopi opuſculis, quæ omnia ſingulis locis, Deo bene iuuante, inſeremus.

CIX.

IOANNES VIII. Romanus, Vidonis filius, ex archidiacono, ſedit annis 10. & diebus vno alterove, a die 14. Dec. anni 872. vſque ad diem 15. vel 14. Dec. anni 882. quo intoxicatus, vt aiunt, obiit, impp. Carolo craſſo & Baſilio Macedone, regnante in Francia Carlomanno poſt obitum Ludouici fratris.

* Extant eius epiſtolæ in editione regia omnino CCCXX. eæque fere perbreues, quas in hoc ſpecimine ſigillatim recenſere ſuperuacaneum exiſtimamus. Subiiciuntur aliarum quoque epiſtolarum nonnulla fragmenta, quibus & nos corollarium aliquod σὺν θεῷ adiiciemus: ac ne te diutius differamus, en præguſtandam tibi promulſidem offerimus ex codice viri clariſſ. Claudii Hardy ſenatoris Pariſienſis.

IOANNES epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Vvalæ (ſeu Vvaloni) venerabili epiſcopo Mediomatricorum eccleſiæ, quæ & Mettis vocatur, in honore ſcilicet ſancti Stephani primi martyris. Si paſtores ouium ſolem geluque pro gregis ſui cuſtodia die ac nocte ferre contenti ſunt, ac ne qua ex eis aut errando pereat, aut ferinis laniata morſibus rapiatur, oculis ſemper vigilantibus circumſpectant; quanto ſudore quantaque cura debemus eſſe peruigiles, nos qui paſtores animarum dicimur? Attendamus ad ſuſceptum, officium exhibere erga cuſtodiam dominicarum ouium non ceſſemus, ne in die diuini examinis pro deſidia noſtra ante ſummum paſtorem negligentiæ reatus excruciet, vnde modo honoris reuerentia ſublimiores inter ceteros iudicamur. Palleum autem fraternitati tuæ ex more ad miſſarum ſolemnia celebranda conceſſimus, diebus

Digitized by Google

vitæ tuæ tantummodo: quod tibi, non eccleſiæ tuæ, aliter priuilegiis in ſuo ſtatu manentibus, vti concedimus. Quoniam indumenti honor modeſta actuum viuacitate ſeruandus eſt, hortamur vt ei morum tuorum ornamenta conueniant, quatenus auctore Deo vtriſque poſſis eſſe conſpicuus. Itaque vita tua filiis tuis ſit regula. In ipſa ſe ſemper conſiderando proficiant, vt tuum poſt Dominum videatur eſſe, bene quod vixerint. Corrigant, ne proſpera, quæ temporaliter blandiuntur, extollant, neque aduerſa deiiciant; ſed quidquid illud fuerit, virtute patientiæ deuincant. Nullum apud te locum odia, nullus fauor indiſcretus inueniat. Sub ea videlicet ratione concedimus fraternitati tuæ, vt a ſecretario vſque ad ſacrum altare, & ab altari vſque ad ſecretarium, ſicuti priſca extitit pallearis conſuetudo, indui debeas. Auctoritate autem beati Petri apoſtolorum principis licentiam diebus vitæ tuæ ſub iure & ditione noſtra, vt diximus, habeas. Nullum vſum vel conſuetudinem ſucceſſoribus tuis per hoc noſtrum tibi conceſſum apoſtolicum priuilegium habere cenſuimus. Et neque epiſcopus, archiepiſcopuſque aduerſus te pro hoc altercationis contentionem commoueat. Ita Domino regente & gubernante cor tuum, commiſſam exequi gubernationem ſtudeas, vt adepto huius honoris officio, dignitate & probitate morum amplius procures adornari. Scriptum per manum Georgii ſcriniarii S. R. E. in menſe Septembrio, indictione 12. Data 8. idus Septembris per manum Vvalperti humillimi epiſcopi ſanctæ Portuenſis eccleſiæ, anno Domino propitio pontificatus domni noſtri Ioannis ſummi pontificis & vniuerſalis papæ in ſacratiſſima ſede B. Petri apoſtoli ſexto, indictione 12. *hoc eſt anno* 878. *Verum aut September in Octobrem, aut indictio* 12. *in* 11. *mutanda: quod ex priuilegiis Floriacenſi, Cabilonenſi, aliiſque diſces: & nos fuſius alias explanabimus.*

* 873. *Cabilonenſe* concilium, in quo quæſitum an eccleſia S. Laurentii, in qua ſynodus agebatur, libera ſuique iuris eſſet, an S. Marcelli eccleſiæ poteſtati obnoxia, die 12. kal. Iunii, anno regni domini Caroli in Burgundia poſt mortem nepotis ſui Lotharii tertio, præſentibus metropolitanis duobus Remigio & Adone, pluribuſque epiſcopis.

873. *Siluanectenſe* concilium, in quo epiſcopi prouinciarum Senonenſis & Rhemenſis iuſſu Caroli regis congregati, Carlomannum eius filium clericum, multorumque monaſteriorum olim abbatem, ac per encyclicas literas paullo ante excommunicatum ob varias graſſationes & perduellionem, diaconi gradu deiecerunt, laïcæque communioni reddiderunt. Tardius alii ad annum 876. reuocant.

874. *Duziacenſe* II. concilium aduerſus inceſta coniugia, & rerum eccleſiaſticarum peruaſiones celebratum, 13. Iunii, indictione 7. anno Caroli calui regis 34. Extat cum ſynodica ad epiſcopos Aquitaniæ, definitio de monacha, nomine Duda, ſacrilege corrupta, capitibus octo.

Digitized by Google

conſtans. Annales appellant generale placitum Caroli in villa Duzia.

* Edita ab Hincmaro Rhemenſi archiepiſcopo capitula quædam in ſynodo menſe Iulio anni 874. habes tomo II. operum eius pag. 732.

* 875. Inſtitutio Odonis Bellouacenſis epiſcopi de rebus eccleſiæ ſancti Petri, &c. kalendis Martiis, anno 35. Caroli calui regis, ind. 8.

876. Carolus caluus Francorum rex, accepto de morte Ludouici II. imp. nepotis ſui nuncio, Septembri menſe anni 875. Alpes tranſgreſſus, Italiæ regnum occupauit, ac Romæ die natalis dominici imperator a Ioanne papa VIII. vnctus ac coronatus eſt. Exin nonis Ianuariis digreſſus Roma, conuentum *Papiæ*, ſiue apud *Ticinum* palatium, habuit indictione 9. Februario menſe, in quo electio in imperatorem ab Italici regni epiſcopis & ceteris optimatibus confirmata. Boſone quoque conſtituto Italiæ duce, in Galliam rediit, peractiſque paſchæ ſolemnibus in monaſterio S. Dionyſii, ex conſilio legatorum apoſtolicæ ſedis concilium indixit in proximum Iunium in Pontigone villa regia pagi Catalaunenſis.

876. Decretum cleri Laudunenſis de Hedenulpho electo epiſcopo, ad Hincmarum Rhemenſem archiepiſcopum, actum 5. kal. Apriles, anno Caroli 36. imperii 1. indictione 9.

876. *Pontigonenſe* concilium die 22. Iunii, indict. 9. inchoatum, vt pluribus docet ex annalibus Bertinianis anonymus Aimoini Floriacenſis continuator, aliique, ac ſolutum die 17. kal. Auguſti, in octaua ſeſſione. Extat confirmatio conuentus Ticinenſis facta a Ciſalpinis de Francia, Burgundia, Aquitania, Septimania, Neuſtria, ac Prouincia, die 30. Iunii: dein capitula 15. cum ſubſcriptionibus epiſcoporum, atque altera actorum eiuſdem concilii editio, cum libello proclamationis eccleſiæ Rhemenſis aduerſus Ludouicum regem, definitione ſynodi de Adalgaudo preſbytero infamato, conſenſu Leonis epiſcopi miſſi & apocriſiarii, ac iuramento quod Hincmarus archiep. edere iuſſus eſt apud Pontigonem.

877. *Romanum* I. concilium, in quo electio Caroli calui imp. totius ſynodi ſententia & ſubſcriptionibus confirmata eſt. Extat ſermo domni apoſtolici Ioannis in ſynodo, atque epiſcoporum reſponſio.

877. aut ſequenti, *in Neuſtria* concilium celebratum aduerſus Hugonem Lotharii regis ex pellice filium illegitimum, qui collecta factioſorum hominum multitudine, Ludouici balbi Francorum regis prouincias deuaſtabat. Vide Flodoardum cap. 18. libri III. Rhemenſis hiſtoriæ, & Vvillelmum Gemmericenſem.

878. *Tricaſſinum* II. concilium celebratum anno primo Ludouici balbi regis Francorum, qui interfuit menſibus Auguſto ac Septembri, a Ioanne ipſomet papa VIII. & epiſcopis Gallicanis. Superſunt ex eo, ſtudio ac ſolertia Sirmondi, quædam collecta tomo III. conciliorum Franciæ, & tomo XXIV. editionis Luparcæ.

Q iij

I. Actorum concilii breuiarium, ex codice Virdunenſi, in quo numerantur actiones qinque.

II. Allocutio Ioannis pap. ad ſynodum, de Lantberti & Adalberti, aliorumque ſequacium excommunicatione, cum epiſcoporum reſponſione.

III. Excommunicatio de peruaſoribus rerum eccleſiaſticarum.

IV. Iterata eiuſdem papæ excommunicatio aduerſus Formoſum, &c.

V. Statutum Ioannis papæ aduerſus laïcos, qui viuentibus vxoribus alias ducunt, & contra epiſcopos, qui de minore ad maiorem eccleſiam ambitus cauſa demigrant.

VI. Canones a Ioanne papa conditi, & a ſynodo Tricaſſina probati & recepti.

VII. Lex de ſacrilegis a Ioanne VIII. papa Gothicis legibus addita in concilio Tricaſſino.

VIII. Priuilegium a papa datum eccleſiæ Pictauenſi, ne quis eius bona inuadat.

IX. Reclamatio & proclamatio Hincmari, qui quondam præerat eccleſiæ Laudunenſi.

X. Epiſtola Ioannis papæ VIII. ad Frotarium Burdegal. epiſcopum.

XI. Eiuſdem epiſtola ad Adalardum archiepiſc. Turonenſem.

XII. Allocutio pontificis ſub finem ſynodi, ad epiſcopos & ad regem.

XIII. Priuilegium monaſterio Floriacenſi conceſſum in ſynodo Tricaſſina.

XIV. Geſtorum narratio ex continuatore Aimoini, ſiue ex annalibus Bertinianis, qui anno demum 1641. Ducheſnianorum opera publicati ſunt.

879. *Romanum* II. concilium congregatum poſt obitum Ludouici balbi (quem imperatorem falſo ſemper appellat Binius) ſaltem indictum ad kalendas Maias, de noui regis Langobardorum atque imperatoris Romani electione, vt colligitur ex epiſtola Ioannis papæ 155. ad Anſpertum Mediolanenſem archiepiſcopum, annalibus S. Bertini, continuatore Aimoini, &c.

879. *Romanum* III. concilium, forte idem cum præcedenti, ex quo Petrus, aliique legati miſſi ſunt Conſtantinopolim, ad Photium a cenſuris eccleſiaſticis abſolutum, ſedi CP. reſtituendum.

Extat commonitorium Ioannis datum legatis (prout a Photio falſatum) redditum e Græco Latine a Federico Metio, cum ſubſcriptionibus Romanæ ſynodi.

879. *Conſtantinopolitanum* conciliabulum pſeudo-œcumenicum, in quo poſt obitum S. Ignatii ab epiſcopis 383. reſtitutio Photii eſt confirmata, ſancta & œcumenica ſynodus octaua plane abrogata, & e ſymbolo particula illa, Filioque, ſublata. Actiones ſeptem fuiſſe diſcimus ex compendioſa relatione actorum ſynodalium a Baronio edita, ex codice mſ. Græco per Federicum Metium Latine reddita.

Digitized by Google

879. *Mantalenſe* concilium, Ludouici & Carlomanni fratrum Franciæ regum primo, in territorio Viennenſi celebratum, idibus Octobris, in quo regis nomen Boſoni delatum eſt ab Arelatenſis regni epiſcopis proceribuſque, cum legatione ad eumdem regem, eiuſque ad ſynodum reſponſione.

* Meminit etiam *Rhemenſis* ſynodi hoc anno, die 10. kal. Maias celebratæ Hincmarus tomo II. pag. 821.

881. *Romanum* IV. in quo Athanaſius epiſc. ſimul ac princeps Neapolitanæ vrbis, propter fœdus cum Saracenis initum excommunicatus eſt, ex epiſtola 270. & ſequentibus Ioannis VIII. papæ, Leone Oſtienſi, aliiſque.

881. Apud martyrium *ſanctæ Macræ*, in loco qui dicitur *Finibus*, Rhemenſis parochiæ, concilium celebratum die 2. Aprilis, indict. 14. in eoque ſtatuta capitula octo.

CX.

MARINVS I. qui & Martinus II. dicitur paſſim a recentioribus, ex Galleſio oppido Faliſcorum oriundus, ſedit annum vnum & dies 20. ab 8. kalendas Ianuarii anni 882. (alii diem 28. Decembris eiuſdem anni præſcribunt) vſque ad diem 18. Ianuarii dominicam, qua obiit anno 884. imperantibus Carolo craſſo & Baſilio Macedone.

Priuilegium Marini papæ monaſterio S. Petri Solemniacenſis conceſſum menſe Maio, indictione 1.

* 883 *Toloſanum* concilium, præſide Sigebodo Narbonenſi archiepiſcopo, de Iudæis aduerſus Chriſtianos expoſtulantibus, vt pluribus infra ad annum 886.

CXI.

HADRIANVS III. Romanus, ſedit anno vno, menſibus 3. diebus 19. a die 20. Ianuarii anni 884. ad diem 9. Maii anni 885. quo obiit, imperantibus Carolo craſſo & Baſilio Macedone.

CXII.

STEPHANVS V. aliis dictus VI. Romanus, Hadriani filius, ſucceſſit Hadriano III. menſe Maio anni 885. & poſt annos 6. cum aliquot diebus (Binius tantum annos 4. menſes 7. & dies 14. numerat) obiit die 21. Maii anni 890. imperante Leone Baſilii filio, ſapiente dicto, dum Vvido, Berengarius, Arnulfus, aliique Romanum imperium diſcerperent, & Galliæ partem Odo Roberti fortis filius obtineret.

Digitized by Google

I. Epiſtola ad Baſilium imperatorem, quem ob defenſionem Photii redarguit. Styliani Neoceſareæ Euphrateſiæ epiſcopi & aliorum qui erant Conſtantinopoli, epiſtola ad Stephanum V. papam. II. epiſtola Stephani ad orientales epiſcopos. Fragmentum eiuſdem pontificis epiſtolæ ad Fulconem Rhemenſem archiepiſcopum.

Præceptum Caroli craſſi regis & imperatoris, quo eccleſiæ Cabilonenſi canonica epiſcoporum ſuorum electio conceſſa eſt anno 885.

885. Apparatus Aluredi Anglo-Saxonum magni regis ad leges ſuas tam eccleſiaſticas quam ciuiles: priores ex variis codicibus repræſentantur modo 18. modo 20. Sequuntur leges eccleſiaſticæ 17. eiuſdem Aluredi & Guthurni regis Anglo-Danorum ſancitæ in concilio, quo fœdus inierunt.

Landauenſes ſynodi diuerſis temporibus celebratæ. Prima Gurcano epiſcopo præſide, in qua Teudur rex Brechemaniæ ob homicidium & periurium excommunicatus eſt. Altera & tertia in eadem vrbe ſynodus ſub Berthguino epiſcopo, quarta & quinta ſub Çerenhiro epiſcopo, ſexta ſub Gulfrido ibidem epiſcopo, ſeptima ſub Ciueilliauco epiſcopo.

886. *Cabilonenſe* concilium, die 15. kalendas Iunias, in eccleſia ſancti Marcelli in ſuburbio Cabilonenſi celebratum, præſidentibus Aureliano Lugdunenſi & Bernuino Viennenſi archiepiſcopis, vt patet ex chronico monaſterii Beſuenſis, & priuilegiis cum abbatiæ Cariloci, tum eccleſiæ S. Stephani Diuionenſis conceſſis.

886. *Nemauſenſe* concilium in villa *Portu* ſita inter Magalonem & Nemauſum, die 17. Nouembris, indict. 5. celebratum a Theodardo archiepiſcopo Narbonenſi cum tribus aliis archiepiſcopis pluribuſque epiſcopis, aduerſus Seluam clericum Hiſpanum, qui pro archiepiſcopo ſe gerebat, vt fidem faciunt vetera eccleſiæ Narbonenſis monumenta, in quibus, vt obſeruat in notis Sirmondus, aliud etiam memoratur concilium *Toloſæ* a Sigebodo metropolitano aliquot ante annos habitum, (ſunt qui deſignent annum 883. ſub Marino I. Romano pontifice) Iudæorum cauſa, qui ſe durius tractari querebantur aduerſus Bernardum Toloſanum epiſcopum, in eoque concilio confutatos atque conuictos fuiſſe Iudæos a Theodardo nondum epiſcopo. Videndi Catellus, Quercetanus, alii.

887. *Colonienſe* concilium celebratum in eccleſia S. Petri, indict. 5. kal. Aprilis, contra raptores rerum eccleſiaſticarum, oppreſſores pauperum, & inceſtas nuptias. Extant capitula ſex.

888. *Moguntiacenſe* concilium habitum ſub Arnulfo nouo Francorum rege, a Lutberto, Vvilliberto & Ratbodo archiepiſcopis, ad reformandam diſciplinam eccleſiaſticam. Extant prolocutio & capitula 26.

888. *Metenſe* II. concilium in ſuburbana S. Arnulphi eccleſia celebratum, in regno Lotharii, a Belgicæ primæ epiſcopis, kalendis Maii, Arnulphi

Digitized by Google

Arnulphi regis anno primo. Extant canones 13. Viri quidam eruditiſſimi differre volunt in annum 893. Odonis atque Arnulphi regum ſextum.

888. *Apud S. Mauricium Agaunenſem* ad Rhodanum Rodulfus Conradi iunioris filius & Hugonis abbatis nepos, coronatus eſt rex ſuperioris ſiue tranſiuranæ Burgundiæ, vt pluribus Rhegino, annales Metenſes, alii.

889. indict. 7. Riculfi Sueſſionenſis epiſcopi conſtitutio capitibus 22. (ſaltem plura non extant) comprehenſa.

890. *Valentinum* concilium ind. 8. celebratum, in quo regis nomen Ludouico Boſonis filio ab Arelatenſis regni epiſcopis proceribuſque delatum eſt.

890. aut circiter, *Vvormatienſe* concilium, in cauſa Hermanni Colonienſis & Adalgarii Hamburgenſis epiſcoporum de Bremenſi eccleſia contendentium celebratum, Stephani V. iuſſu, qui Fulconi archiepiſcopo Rhemenſi vice ſua cauſæ huius examinationem mandauerat: vt pluribus Flodoardus, Adamus, Albertus, alii.

CXIII.

FORMOSVS, Leonis filius, ex epiſcopo Portuenſi Romanus pontifex, ſedit annos 6. menſes 10. dies 4. a die 31. menſis Maii anni 890. ad paſchales ferias anni 886. ipſo enim paſchatis die 4. menſis Aprilis obiiſſe teſtes ſunt auctor annalium Fuldenſium & Hermannus Contractus, imperantibus Arnulfo & Leone ſapiente, regnantibus vero apud Francos Carolo ſimpliee Ludouici balbi filio, & Odone Roberti fortis filio. Multi poſt Baronium eum duntaxat deceſſiſſe ſcribunt die 19. Decembris eiuſdem anni, & Bonifacium dictum VI. qui per 15. dies ſedem apoſtolicam occupauit, ex albo pontificum expungunt.

I. Epiſtola ad Stylianum Neocæſareæ Euphrateſiæ prouinciæ epiſcopum. II. ad omnes epiſcopos Angliæ.

Synodus ab Eduardo ſeniore Anglorum rege congregata, præſidente Pleigmundo Doroberniæ archiepiſcopo, incerto anno coacta.

* 891. *Magdunenſis* ſynodus ſuper fluuium Ligerim, in eccleſia S. Lifardi, iuſſione Odonis regis celebrata, pag. 733. tomi II. ſpicilegii, ex chronico S. Petri Viui, vbi pro Edacio Bituricenſi archiepiſcopo ſcribendus eſt Adacius, & Agilbertus pro Biterrenſi dicitur mendoſe Bituricenſis epiſcopus.

892. *Viennenſe* concilium celebratum in baſilica Saluatoris, indict. 10. præſidentibus Formoſi papæ legatis. Extant canones 4. cum præfatione,

ſed abſque ſubſcriptionibus. Vide Maſſonum in notitia epiſcopatuum Galliæ, Baronium tomo X. aliosque qui barbare vocant abbatiam Deſneæ Lugduni, quæ dicenda erat Athanatenſis, Gallice *l'abbaye d'Aiſnay*: quam noſtratium hallucinationem iam ab anno 1646. ſuggillaueram in ſynopſi hiſtorica conciliorum Galliæ, pag. 9. columna 2.

893. *Rhemenſe* concilium celebratum menſe Ianuario, in quo Carolus ſimplex, filius Ludouici balbi Francorum regis, tanquam regni legitimus ſucceſſor a Fulcone Rhemenſi archiepiſcopo vnctus & coronatus eſt, reiecto Odone: & datæ ſunt comminatoriæ literæ ad Balduinum comitem Flandrenſem rerum eccleſiaſticarum peruaſorem, ab eodem Fulcone eiuſque coepiſcopis; quarum meminit Flodoardus lib. IV. cap. 7. Noſtrates Galli labentem adhuc numerabant annum 892. quod pauci ex chronologis aduertunt, dum Romanam Gallicamque ſupputationes perperam inter ſe permiſcent.

893. *Romanum* concilium ob graues perturbationes quibus affligebatur Dei eccleſia, celebratum kal. Martiis, ind. 11. ex cap. 2. lib. IV. Rhem. hiſt.

894. *Cabilonenſis* ſynodus, indictione 12. kalendis Maii, in qua præſide Aureliano Lugdunenſi archiepiſcopo decretum, vt Gerfredus Flauiniacenſis monachus, qui Adalgarium Æduorum epiſcopum veneno necaſſe dicebatur, in celebranda a Vualone epiſcopo ſynodo per corpus Domini ſe purgaret, quod & in primore eccleſia S. Petri Flauiniacenſis factum eſt, vt docet publicum inſtrumentum.

894. *Magalonenſe* concilium apud Iuniarias (aliis Iuncarias,) nonis Maii, indictione 12. celebratum in regno Septimaniæ, in eccleſia ſancti Vincentii, præſide Arnuſto Narbonenſi, cuius iuſſu triennio poſt, hoc eſt anno 897. alteram ſynodum in loco qui *Portus* cognominatur, in eccleſia S. Mariæ, die 14. kal. Maii, indictione 15. habitam fuiſſe declarant veteres ſchedæ eccleſiæ Narbonenſis.

* Circa eadem tempora memoratur *Turonenſis* ſynodus de celebrando feſto reuerſionis reliquiarum S. Martini. Vide Vincentium Bellouacenſem libro XXIV. cap. 54. ſpeculi hiſtorialis.

895. *Tiburtenſe* concilium a 22. epiſcopis, ind. 13. menſe Maio, anno 8. regis Arnulphi celebratum pro reformanda eccleſiaſtica diſciplina. Extant canones 58. cum ſubſcriptionibus.

Sequuntur *Namnetenſis* concilii canones 20. quos labente ſæculo Chriſti ſeptimo conditos fuiſſe probabiliſſimum eſt.

CXIV. CXV.

STEPHANVS VI. aliis VII. ſedit annis 4. & aliquot diebus, ſaltem ante diem 20. Auguſti, indictione 14. anni 896. qui Arnulphi imperatoris dicitur primus fuiſſe, vt conſtat ex diplomate apud Catellum, & ex priuilegio Vezeliacenſi dato

Digitized by Google

10. kalendas Februarias, indictione 15. imperante Landeberto Aug. a Deo coronato anno 897. vſque ad menſem Septembrem anni 900. indictione 4. quantum colligi poteſt ex diplomate quodam S. Vincentii ad fontes Vulturni, ac paullo poſt deceſſit, imperante Leone ſapiente apud Græcos, Italis cum Germanis de imperio decertantibus. Poſt eum ſedit ROMANVS Galeſinus menſibus 4. & diebus 20. quem alii expungunt: deinde per aliquot dies THEODORVS, Romanus, qui Stephano VI. ἀμέσως ſubiiciendus videtur, regnantibus in Francia occidentali Carolo ſimplice, in orientali vero Ludouico Arnulphi filio.

896. *Romanum* conciliabulum, in quo decretum eſt vt Formoſi papæ defuncti cadauer exhumatum tribuſque digitis mutilatum in Tiberim proiiceretur, omneſque ab eo ordinati iterato conſecrarentur. Vide concilium ſub Ioanne IX. Auxilium, Luitprandum, alioſque.

* 900. *Rhemenſis* ſynodus, in qua pridie nonas Iulii in eccleſia S. Mariæ Rhemis lecta eſt excommunicatio aduerſus interfectores Fulconis Rhemenſis archiep. coram ſucceſſore eius Heriueo, Vvidone Rotomagenſi, aliiſque epiſc. Vide tom. II. *hiſt.* Franciæ ab A. Ducheſnio editorum.

CXVI.

IOANNES IX. Tiburtinus, Rampoaldi filius, Romanam cathedram obtinuit per annos 5. ab anno 901. aut præcedenti, vſque ad annum 905. quo obiit, Francos regente Carolo ſimplice, in Græcia imperante Leone ſapiente, Berengario & Ludouico Boſonis filio inter ſe decertantibus de Italia: Germaniam enim & regnum Lotharienſe regebat Ludouicus Arnulphi filius. Lambertum Vuidonis filium alii tum deceſſiſſe volunt, alii adhuc fuiſſe ſuperſtitem. X. Chriſti ſæculum.

I. Epiſtola ad Heriueum archiepiſcopum Rhemenſem. II. ad Stylianum epiſcopum Neocæſarienſem.

901. *Ouetenſe* concilium, in quo ex conceſſione Ioannis IX. papæ epiſcopi 18. eccleſiam Ouetenſem metropolitica dignitate auxerunt, æra 939. menſe Iunio.

901. aut aliquo ex ſequentibus, *Romanum* concilium, in quo acta ſynodi ſub Stephano VI. contra Formoſum habitæ reſciſſa ſunt & improbata, & ſolius Lamberti coronatio tanquam citra vim legitime facta confirmatur, abdicata Berengariana.

901. aut aliquo ex ſequentibus, *Rauennate* concilium celebratum a

74. epiſcopis, imperante Lamberto, in quo cauſa Formoſi & Stephani Romanorum pontificum pertractata eſt, & approbata præcedens Romana ſynodus.

CXVII. CXVIII. CXIX. CXX.

BENEDICTVS IV. Romanus, per aliquot tantum menſes ſedit: tum LEO V. Ardeatinus, diebus duntaxat 40. deinde CHRISTOPHORVS Romanus, Leonis filius, menſibus 7. quem in carcerem coniecit SERGIVS III. ex ſtirpe comitum Tuſculanorum, qui ante kalendas Auguſti anni 906. ſedem Romanam iam occupauerat, tenuitque annis circiter 4. vſque ad annum 910. regnantibus in Græcia Leone, in Gallia Carolo, in Germania Ludouico. Lambertus Vuidonis filius dicitur hoc anno 910. in venatione occiſus ab Hugone comite Mediolanenſi.

Leges eccleſiaſticæ confirmatæ ab Eduardo ſeniore Angliæ rege Aluredi filio, & Guthurno Danorum in Eaſtanglia rege, anno circiter 906.

909. *Trosleianum* concilium in agro Sueſſionico celebratum, ind. 12. ſub Sergio III. papa, die 26. Iunii, ab Heriueo Rhemenſi archiepiſcopo eiuſque ſuffraganeis. Huius extant præfatio cum adlocutione Heriuei, & 15. capita bene longa.

Guillelmi comitis Aruernorum & Aquitaniæ ducis teſtamentum, ſeu diploma, quo prima Cluniacenſis monaſterii fundatio inſtituta eſt, anno Chriſti 910. Caroli ſimplicis poſt obitum Odonis regis 13. indict. 13. Madalberto Bituricenſem metropolim adminiſtrante, cui Gerontius paullo poſt ſucceſſit.

CXXI. CXXII. CXXIII.

ANASTASIVS III. Romanus, Luciani filius, ſedit annis 2. totidemque menſibus, ab anno 910. ad 912. quo obiit, eique ſucceſſit LANDO Sabinus, Trani ſeu Tarni filius, quem eodem anno 912. die 28. Decembris defunctum fuiſſe memorant. Hunc ſubinde excepit IOANNES X. ex Rauennatenſe eccleſia tranſlatus in Romanam ſedem die 24. Ianuarii, ad annos 15. cum tribus circiter menſibus. Deceſſiſſe quippe conſtat anno 929. vel vi, vel animi angore, dum principatu priuatus ſub cuſtodia detineretur: regnantibus in oriente Conſtantino cum ſocero Romano Lecapeno eiuſque filiis, in Italia Hugone, in Gallia Radulfo, in Germania Henrico Saxone.

Digitized by Google

Caroli ſimplicis Galliæ regis epiſtola ad epiſcopos regni ſui aduerſus Hilduinum eccleſiæ Tungrenſis peruaſorem, quem etiam anno 922. papa excommunicauit, ordinato in eius locum Richario.

Herimanni archiepiſcopi Colonienſis ad Richarium abbatem epiſtola.

I. Ioannis X. papæ epiſtola ad Herimannum archiepiſcopum Colonienſem. II. ad Carolum III. regem.

Confluentinum concilium ex male intellectis aut corruptis apud Iuonem numeris a Binio aliiſque collocatur anno 912. cum tamen certo certius ſit epiſcopos illos octo, qui apud Confluentiam edixerunt, ne Chriſtiani intra ſeptimum gradum cognationis matrimonium contrahere præſumerent, non potuiſſe iuſſu Caroli & Henrici regum congregari anno illo, cum Henricus Saxo, Auceps dictus, anno demum 919. regiam fuerit, Conrado mortuo, dignitatem adeptus: quare pro 912. legendum arbitror 921. aut DCCCCXXI. pro DCCCCXXII. Qua de re iam monui in vtroque chronico technico atque hiſtorico, in quibus quoque plura reperies de pacto prope Bonnam in medio Rheni inter Carolum Franciæ & Henricum Germaniæ reges inito, ind. 9 feria 3. die 7. Nouembris.

Conſtitutiones numero 14 ex concilio Galteri archiepiſcopi Senonenſis, qui obiiſſe anno 923. perhibetur.

915. aut circiter, *Cabilonenſe* concilium in eccleſia S. Marcelli in ſuburbio celebratum a tribus archiepiſcopis totidemque epiſcopis, in quo Rodulfus comes Matiſconenſis, cum res illius eccleſiæ peruaſiſſet, intentatæ, ni pareret, excommunicationis metu, ablata reſtituere coactus eſt.

917. In pago Rhæciæ *Altahein* dicto, ſub Conrado I. Germaniæ rege celebratum eſt concilium, præſente Ioannis pap. X. apoſtolico nuncio.

921. *Troſleiana* ſynodus, in qua Erlebaldus comes Caſtricenſis rerum eccleſiaſticarum peruaſor a vinculo excommunicationis, quam incurrerat, obnixe flagitante rege abſolutus eſt poſt mortem ab Heriueo archiepiſcopo Rhemenſi, vt docet in vtroque opere Flodoardus.

923. aut ſequenti, *Rhemenſe* concilium incerti loci, anno Seulfi archiepiſcopi Rhemenſis ſecundo, in quo pœnitentia indicta eſt iis, qui bello Sueſſionico inter Carolum ac Robertum reges interfuerant.

924. *Troſleianum* concilium in agro Sueſſionico, Octobri menſe celebratum, in quo, vt teſtatur Flodoardus in chronico, Iſaac comes præſente Heriberto vadatus argenti libras centum, rediit in gratiam cum Stephano Cameracenſi epiſcopo.

926. *Carilocenſe* concilium, præſide Anſcherico Lugdunenſi archiepiſcopo, in quo eccleſiæ decem monaſterio Cariloci diuerſis locis ablatæ reſtitui iuſſæ ſunt, vt conſtat ex eius tabulario.

927. *Troſleianum* concilium, in quo Herluinus comes ad pœnitentiam venit pro vxore quam duxerat, alia viuente, vt habet Flodoard. in chron.

Digitized by Google

917. *Duisbergenſe* concilium, in quo illi qui Bennonem Metenſem epiſcopum excæcarant, excommunicati ſunt.

CXXIV. CXXV.

Leo VI. Chriſtophori primicerii filius, Romanus, cui ſucceſſit Stephanvs VII. Romanus, Theudemundi filius, per annos 2. menſem 1. & dies 15. obiitque die 8. Decembris anni 931. iiſdem qui ſupra regnantibus.

928. aut circiter, *Grateleanum* concilium ab Athelſtano rege Anglorum & Vulphelmo archiepiſcopo habitum. Extant capitula 9. quæ ex alia verſione repræſentantur numero 13.

CXXVI. CXXVII.

Ioannes XI. Alberici frater, e comitibus Tuſculanis, matris ſuæ & vitrici Guidonis Tuſciæ marchionis potentia intruſus, ſedit 4. annis & 10. menſibus, ab exeunte anno 931. ad 936. quo obiit, nactus ſucceſſorem quemdam Dei ſeruum Leonem VII. Romanum, qui ab anno 936. vixit vſque ad annum 939. quo naturæ conceſſit, vel a die 6. Iunii, vel, vt alii, menſe Maio, poſt ſedem annorum trium cum dimidio, regnantibus in oriente Conſtantino Porphyrogenito, in Italia Hugone, in Germania Othone, in Francia Ludouico Tranſmarino.

932. *Erphordienſe* concilium in cauſa diſciplinæ eccleſiaſticæ, anno Henrici regis 14. indict. 5. kalendis Iunii. Extant capitula 5.

933. *Ad caſtellum Theodorici* concilium habitum a quibuſdam Franciæ Burgundiæque præſulibus, cum Rodulfus rex Francorum dictum caſtellum obſideret: in quo Artaldus Rhemenſis archiepiſcopus Hildegarium Beluacenſem ordinauit epiſcopum, vt teſtis eſt Flodoardus.

935. *Apud ſanctam Macram* concilium ſeptem epiſcoporum, in quo prædones & eccleſiaſticarum rerum peruaſores ad correptionem venire vocati ſunt, inquit idem auctor.

* 938. menſe Ianuario, labente indictione 11. Leo VII. Romanus pontifex ſcripſit epiſtolam ad Hugonem Francorum ducem, & monaſterii S. Martini Turonenſis abbatem.

CXXVIII.

Stephanvs VIII. Germanus, opera Othonis imperatoris, cui Romani gratificari voluerunt, creatus pontifex,

Digitized by Google

ſedit annis 3. menſibus 4. diebus 5. ab anno 939. ad initium anni 943. iiſdem qui ſupra dominantibus.

940. Leges eccleſiaſticæ numero 40. Hoëli principis totius Vvalliæ.

940. *Narbonenſe* concilium celebratum apud *Fontem coopertum*, de finibus diœceſeos inter Vrgellitanum & Pallatienſem epiſcopos controuerſis, vt docet Ioannes Mariana lib. 8. hiſtoriæ Hiſpanicæ.

941. *Sueßionenſe* concilium, Ludouici Transmarini Galliæ regis 5. anno celebratum, in eccleſia SS. Criſpini & Criſpiniani: cuius decreto Hugo Heriberti comitis filius, qui olim pene infans ad archiepiſcopatum Rhemenſem fuerat euocatus, iam ceteris ordinibus initiatus, deiecto Arraldo conſecratus eſt epiſcopus apud S. Remigium, vt ex vtroque Flodoardi opere compertum eſt.

942. Præceptum Adelberonis Metenſis epiſcopi de monachis in cœnobio S. Arnulfi clericorum loco conſtitutis, actum Metis publice, ſub die idus Martii, indictione 15. concurrente 5. anno 13. adeptionis pontificatus.

CXXIX.

MARINVS II. quibuſdam dictus Martinus III. Romanus, ſedit annis 3. menſibus 6. diebus 13. ab anno 943. ſaltem ante 2. nonas Februarii, indictione 1. quo die confirmatum eſt priuilegium Vezeliacenſe, ad 946. quo obiit die, vt quidam volunt, 14. Maii, regnantibus in Græcia Conſtantino, in Gallia Ludouico, in Germania Othone, in Italia Hugone eiuſque filio Lamberto, ſed aduerſus Berengarium iuniorem decertantibus.

943. aut circiter, conſtitutiones 40. Odonis ſeu Odæ Cantuarienſis archiepiſcopi, latæ tempore Edmundi regis, cum epiſtola eiuſdem ad epiſcopos ſibi ſuffraganeos.

944. aut circiter, leges eccleſiaſticæ vndecim Edmundi regis (a ſæcularibus ſegregatæ) præſentibus Oda, Vulſtano, aliiſque præſulibus latæ Londini, ipſo ſolemni paſchatis feſto, in frequenti tam eccleſiaſticorum quam laïcorum cœtu. Earumdem ſubiicitur priſca verſio.

944. *Trenorchiana*, ſeu *Tornuſiana* ſynodus, Giſalberti ducis Burgundiæ euocatione congregata, decreuit præſidentibus Guidone Lugdunenſi, & Goffrido ſeu Gytofredo Veſontionenſi, vt ſacræ illius monaſterii reliquiæ, quæ ad S. Portiani oppidum apud Aruernos exportatæ fuerant ante triennium, miſſa legatione expoſcerentur, vt pluribus habes apud San-Iulianum in originibus Trenorchianis.

944. *Conſtantinopolitanum* conciliabulum, in quo Tryphon patriar-

cha CP. depoſitus eſt, ſubſtituto in locum eius Theophylacto Romani imperatoris filio, vt docet Ioannes Scylitza.

CXXX.

AGAPETVS II. Romanus, ſedit annis 9. menſibus 7. & diebus 10. ab anno 946. ad exeuntem annum 955. quo obiit, dominantibus in Græcia Conſtantino Porphyrogenneta, in Germania Othone, in Francia Lothario Ludouici filio.

947. *Virdunenſe* concilium circa medium menſis Nouembris collectum, in quo, vt ex Flodoardo liquet, ſedes Rhemenſis Artaldo adiudicata eſt.

948. *Moſomenſe* concilium celebratum menſe Ianuario in eccleſia ſancti Petri ante proſpectum caſtri Moſomi, in quo, vt idem auctor fuſius enarrat, Hugo Heriberti filius, qui ad duas ſynodos euocatus, venire contempſerat, a communione & regimine Rhemenſis epiſcopii iuſſus abſtinere, donec ad vniuerſalem ſynodum ſe purgaturus occurreret.

948. *Ingilenheimenſe* concilium celebratum Ludouici IV. Franc. regis, qui præſens aderat, & Ottonis Germaniæ regis anno 13. ind. 7. die 7. Iunii, in eccleſia S. Remigii confeſſoris, in pago Nagauni, præſidente Marino ſedis apoſtolicæ legato, in quo reſtituta ſedes Rhemenſis Artaldo, Hugo comes regis perduellis excommunicatus, ſtatutique canones 10.

948. *Laudunenſis* ſynodus in eccleſia S. Vincentii, in qua Tetbaldus excommunicatus, vocatuſque Hugo princeps ad emendationem pro malis, quæ contra regem & epiſcopos egerat, vt docet idem qui toto hoc fere ſæculo regnat, Flodoardus.

948. *Treuirenſe* concilium, in quo, vt diſcimus ex actorum breuiario apud Flodoardum, excommunicatus iterum Hugo Ludouici regis perduellis cum Tetbaldo, Iuone, atque epiſcopis ab Hugone Rhemenſi pſeudo-archiepiſcopo ordinatis, vocatuſque Hildegarius Bellouacenſis epiſcopus, qui illicitæ prædictorum ordinationi interfuerat.

948. *Londonienſe* concilium ſub Edredo rege totius Angliæ, in natiuitate B. Virginis, præſentibus Vulſtano archiepiſcopo Eborum, Odone archiepiſcopo Doroberniæ, aliiſque, in quo actum de negotiis regni, & priuilegium cœnobio Croylandenſi confirmatum, ex Ingulpho.

949. *Romanum* concilium apud S. Petrum, in quo Agapetus papa damnationem Hugonis epiſcopi Rhemenſis factam apud Ingulenheim confirmauit, excommunicans etiam Hugonem principem, donec Ludouico regi ſatisfaceret.

950. *Landauenſis* ſynodus in eccleſia Mainuon congregata a Patre epiſcopo, in qua Nougui rex propter ſacrilegium factum, & refugium violatum veniam ac pœnitentiam accepit, &c.

952.

Digitized by Google

952. *Augu?anum* concilium ind. 10. habitum anno Ottonis I. regis 16. ſub die 7. idus Auguſti, cuius extant capitula vndecim.

953. *Apud ſanctum Theodoricum* in territorio Rhemenſi concilium celebratum, Arraldo Rhemenſi archiepiſcopo præſidente, aduerſus Ragenoldum comitem rerum eccleſiaſticarum inuaſorem.

CXXXI.

IOANNES XII. Alberici filius, e comitibus Tuſculanis, Octauianus antea dictus, ſuggerentibus Romanis, quibus poſt obitum patris præerat, pontifex efficitur annum agens 18. anno Chriſti 955. primuſque nomen mutaſſe reperitur. Sedit annos nouem decemve, vſque ad diem 14. Maii anni 964. quo miſere periit, ſub Nicephoro Phoca & Ottone I. quem in imperatorem coronauerat die 13. Februarii anni 962. ac rege Franciæ Lothario.

Epiſtola Ioannis XII. papæ ad S. Dunſtanum Cantuarienſem archiepiſcopum, de conceſſione pallii.

Diploma Ottonis imp. de confirmatione iurium Romanæ eccleſiæ, cuius autographum aureis literis exaratum dicitur aſſeruari Romæ in caſtello S. Angeli.

962. Concilium *ad Matronam* fluuium in pago Meldenſi, ſub medium Aprilem celebratum ab epiſcopis 13. prouinciarum Rhemenſis ac Senonenſis, in quo poſt mortem Arraldi die 31. Auguſti anni 961. defuncti, nihil de Hugonis cauſa inconſulto pontifice Romano ſtatuendum cenſuere, immo, vt ait Hugo Flauiniacenſis a nobis editus, a Vindone Sueſſionenſi epiſcopo Odolricus inthronizatus, &c.

963. *Romanum* conciliabulum, in quo, præſente Ottone I. imperatore Ioannes XII. papa depoſitus eſt, & in eius locum LEO, qui VIII. a pleriſque ſcriptoribus dictus reperitur, factione Germanorum ſubrogatur, ex appendice ad Luitprandum. In actis illius ſunt duæ Ottonis ad Ioannem papam epiſtolæ, & vna huius ad illum.

963. *Conſtantinopolitanum* concilium celebratum in cauſa Nicephori Phocæ imp. Græcorum, qui Theophanen Romani imp. relictam duxerat in vxorem, cuius filium in baptiſmare ſuſcepiſſe dicebatur.

964. *Romanum* concilium celebratum in eccleſia S. Petri, die 26. Februarii, indictione 7. anno imperii Ottonis 3. in quo Ioannes XII. papa & plures epiſcopi Leonem VIII. ſchiſmaticum eſſe pſeudo-papam declararunt, & acta Othoniani conciliabuli reprobarunt. Extant actiones tres.

Brandanfordenſe concilium ab Edgaro rege conuocatum, in quo Edvvini regis decreta reſciſſa, ablata eccleſiis reſtituta, & S. Dunſtanus ab

exilio reuocatus. Huius Edgari extat priuilegium datum anno 958. quo confirmat Dorobernienſem eccleſiam matrem eſſe & dominam aliarum eccleſiarum regni ſui.

CXXXII.

BENEDICTVS V. Romanus, & ex Romanæ eccleſiæ diacono, ſucceſſit Ioanni XII. anno 964. & ſequenti deceſſit in exilio, ab Othonianis Roma eiectus, & relegatus Hamburgum, vbi ſanctè obiit vel die 10. Iunii, vel 4. Iulii, imperantibus Ottone I. & Nicephoro Phoca, rege Franciæ Lothario.

964. *Romanum* conciliabulum, in quo per Leonem VIII. Romanæ ſedis inuaſorem ſchiſmaticum & verum antipapam Benedictus V. exauctoratus eſt, & in Germaniam Hamburgum ad Albim fluuium deportatus. In chronico Hildensheimenſi mendoſe anno præcedenti collocatur.

Edgari regis Anglorum charta de Oſvvaldes-lauu, hoc eſt de eiiciendis clericis coniugatis, & introducendis monachis.

CXXXIII.

IOANNES XIII. Romanus, Ioannis filius, ex Narnienſi epiſcopo, a Romanis conſenſu imperatoris in locum Benedicti & Leonis ſuffectus anno 965. ſedit annos 6. menſes 11. & dies 5. vſque ad diem 16. Septembris anni 972. quo migrauit e vita, ſub imperatoribus Ioanne Tzimiſca & Ottone I. ac rege Francorum Lothario.

I. Epiſtola ad clericos citerioris Britanniæ, vt Arduino archiepiſcopo Turonenſi debitam reuerentiam exhibeant. II. ad Edgarum regem Anglorum de expellendis clericis ex Vintonienſi epiſcopatu, & introducendis monachis.

Charta ſeu priuilegium datum a rege Edgaro nouo Vvintoniæ monaſterio, quod Hydam vocant, capitibus 23. definitum, cum ſubſcriptionibus. Extat & alia eiuſdem regis charta.

967. *Rauennate* concilium circa paſchales ferias, præſentibus Ioanne XIII. papa, & Ottone I. imp. celebratum, vbi multa ad vtilitatem ſanctæ eccleſiæ adinuenta, &c. ex appendice ad chronicon Reginonis.

967. Leges eccleſiaſticæ regis Edgari ex Saxonico libro, & a Lambardo verſæ, cum antiqua verſione & canonibus 67. aliiſque de confeſſione & modo imponendi pœnitentiam, ac ſatisfactione, de magnarum pœnitentia, &c. necnon eius oratione aduerſus clericos coniugatos, &c.

969. ***Anglicum*** concilium a S. Dunſtano Dorobernenſi archiepiſcopo celebratum, tum aduerſus clericos coniugatos, tum ob alia.

970. vel ſequenti, ***Londonienſe*** concilium, in quo ab Edgaro rege conceſſa priuilegia Glaſtonienſi cœnobio confirmata ſunt. Extat quoque diploma Ioannis XIII. in eamdem rem, & charta illius regis cum ſubſcriptionibus.

971. ***Romanum*** concilium in confirmationem priuilegiorum monaſterio S. Mariæ Glaſtoniæ conceſſorum.

CXXXIV.

DONVS II. ſeu Domnio, aut Domnus, Romanus, ſedit tantum menſibus circiter 3. a die 20. Septembris ad diem 19. Decembris anni 972. quo obiit, imperantibus iiſdem Tzimiſca & Othone I. ac Lothario Francorum rege.

972. ***Ingelenheimenſe*** concilium ad componendas res eccleſiaſticas habitum, in quo S. Vdalricus epiſcopus Auguſtanus vetitus eſt relicto epiſcopatu monaſticam profiteri vitam.

CXXXIV.

BENEDICTVS VI. Romanus, filius Hildebrandi, ſedit anno 1. menſibus 3. & diebus aliquot, a die 20. Decembris anni 972. vſque ad annum 974. quo a Francone quodam impio homine coniectus in carcerem, ibique ſtrangulatus eſt. Tunc Franco tyrannice ſedem Romanam inuaſit, dictus BONIFACIVS VII. imperantibus in oriente Tzimiſca, in occidente Othone II. in Francia vero Lothario.

973. ***Mutinenſe*** concilium, in quo controuerſia inter diſſidentes germanos proceres Petrum & Lambertum compoſita fuit, præſide Honeſto archiepiſcopo Rauennate.

973. ***Apud montem S. Mariæ*** in pago Tardanenſi concilium celebratum, in quo a comprouincialibus epiſcopis confirmatum eſt decretum Adalberonis Rhemenſis archiepiſcopi, qui, vt ex appendice ad Flodoardum diſcimus, monachos in cœnobio Moſomenſi pro canonicis collocarat. Huic decreto ſuſcriptiones epiſcoporum ſubiungemus ex mſ. cod.

974. Charta Edgari regis, qua indicat ſe eiectis clericis ſæcularibus in cœnobium Malmeſburienſe monachos vitæ regularis induxiſſe.

CXXXVI.

BENEDICTVS VII. antea Sutrinus epiſcopus, e comitibus Tuſculanis, eiecto Bonifacio VII. ſeu Francone, anti-

papa, ſedit annis 9. vt conſtat ex inſcriptione ſepulchri, a die 11. Maii anni 975. ad diem 10. Iulii anni 984. quo abiit e viuis, imperantibus Ottone III. ſeu Ruffo, ac fratribus Baſilio & Conſtantino Romani iunioris filiis, regnante in Gallia eodem Lothario cum filio Ludouico.

975. *Conſtantinopolitanum* concilium, quo Baſilius patriarcha depoſitus fuit, ſubſtituto Antonio Studita.

975 *Rhemenſe* concilium, in quo Theobaldus Ambianenſis eccleſiæ vſurpator excommunicatus eſt, præſidente Stephano diacono Benedicti VII papæ legato, vt patet ex aculeata plane Adalberonis Rhemenſis archiepiſcopi, quæ etiamnum extat, epiſtola.

Nec plura R. P. Iacobus Sirmondus Ricomagenſis Aruernus in tomis tribus conciliorum Galliæ exhibuit, ſummarum virtutum & raræ eruditionis vir, vt appellauit paucis ante obitum annis vir clariſſ. Hugo Grotius in ſparſione florum in totum ius Iuſtinianeum. Nos quæ ad tertiam regum noſtrorum dynaſtiam ab Hugone Capeto anno 987. coronato inchoatam ſpectant concilia, partim ex ipſius ſchedis, hinc inde diſperſis quæ ſuperſunt, partim noſtro, cuius ſpecimen aliquod extitit ſynopſis hiſtorica anno 1646. excuſa, aliorumque ſtudio ac labore collecta ſubiiciemus.

Vvintonienſe concilium ſub S. Dunſtano Cantuarienſi archiepiſcopo, in confinio regnorum Edgari & Edvvardi martyris, in quo controuerſia pro monachis aduerſus clericos dirempta eſt, ex Vvillelmo Malmeſburienſi, Florentio Vvigornienſi, Rogerio Houedeno, Matthæo Vveſtmonaſterienſi, aliiſque.

977. *Kyrtlingtonienſe* in Eaſtanglia concilium habitum poſt paſcha, præſentibus Edvvardo rege, Dunſtano archiep. Cantuarienſi, aliiſque.

Calne villæ concilium ſub S. Dunſtano habitum, anno 4. S. Edvvardi, in quo decidente ſolario omnes proceres præter Dunſtanum corruerunt, & multi occiſi, vel læſi: ex Vvillelmo Malmeſb. Henrico Huntingdonienſi, aliiſque.

977. *Ambresbyrienſe*, ſeu in vrbe Ambroſii pago Vviltonienſi concilium celebratum.

Leges numero 56. preſbyterorum Northumbrenſium, cum ad mores eorum corrigendos, tum ad ipſorum miniſteria promouenda.

980. indictione 8. *Senonenſe* concilium, præſide Seuino archiepiſcopo, ex chronico S. Petri.

983. *Romanum* concilium in cauſa Giſeleri Magdeburgenſis epiſcopi, qua de re Ditmarus, Adam chronographus, alii.

CXXXVII. CXXXVIII.

IOANNES XIV. antea Petrus dictus, ex epiſcopo Tici-

nenſi & Ottonis II. archicancellario, Romanus pontifex anno 984. creatus, anno ſequenti a Bonifacio VII. ſeu Francone antipapa ex oriente Romam reuerſo coniectus in carcerem fuit ad molem Hadriani, ibique fame enectus eſt. Succeſſit IOANNES XV. Romanus, Leonis preſbyteri filius, extincto Francone tyranno electus anno 985. quem Creſcentius, qui conſulatum aſſumpſerat, vrbe eiecit, eumdemque ſequenti anno reuocatum honorifice excepit. Sedit annos 10. menſes 4. dies 12. vſque ad diem 7. Maii anni 996. quo obiit, imperantibus Ottone III. iiſdemque in oriente fratribus, rege vero Galliæ Hugone Capeto cum Roberto filio.

Epiſtola huius Ioannis XV. extat apud Vvillelmum Malmeſburium ad omnes fideles de pace concilianda inter Ethelredum regem Angliæ, & Richardum Normanniæ ducem.

982. *Landauenſis* ſynodus præſide Gucauno epiſcopo, aduerſus Arthmailum regem Guentiæ filium Nougui, qui fratrem ſuum occiderat.

* 988. aut circiter, certe ante annum 990. quo exeunte Hugo Engoliſmenſis epiſcopus obiit, *Karrofenſe* apud Pictauos concilium kalendis Iuniis celebratum, præſide Guntbaldo Burdegalenſi archiepiſcopo. Conſule ſis pag. 764. tomi II. bibliothecæ nouæ mſſ. librorum, vbi etiam edidimus in lucem *Pictauenſe* quoddam concilium pro reſtauratione eccleſiæ celebratum idibus Ianuarii, conuocante Guillelmo duce, præſide Siguino Burdegalenſi archiepiſcopo, in quo præcedentis Karrofenſis fit mentio.

989. *Romanum* concilium in cauſa S. Adelberti epiſcopi Pragenſibus, quos deſeruerat valde ſibi contrarios, reſtituendi, qui poſtea Stephano rege baptizato dictus eſt Hungarorum apoſtolus.

* 989. Electio Arnulphi Rhemenſis archiepiſcopi, regis Lotharii filii.

* Libellus fidelitatis ſub ſpecie chirographi editus ab Arnulpho archiepiſcopo.

* Arnulphi archiepiſcopi Rhemenſis commonitorium & anathema in prædones Rhemorum.

990. Oratio inuectiua epiſcoporum Rhemenſis diœceſeos vice decreti habita *Siluanectis* in concilio, præſide eodem qui ſupra, Arnulpho, cum anathemate in reos, hoc eſt fautores Caroli Lothatingiæ ducis, qui Rhemis ſacra profanarant, templa expilarant, &c.

* Epiſtolæ duæ Hugonis Francorum regis ad Ioannem XV. papam, aduerſus Arnulphum Rhemenſem archiepiſcopum.

* Ad eumdem epiſtola epiſcoporum Rhemenſis diœceſeos in eadem cauſa.

Digitized by Google

* Electio Gerberti Rhemorum archiepiſc. cum eius profeſſione fidei.

991. *Rhemenſe* concilium apud S. Baſolum, in quo Arnulphus Rhemorum archiepiſcopus abdicare coactus eſt, celebratum menſe Iunio, indictione 4. Acta illius interpolata & aucta refert Gerbertus in aculeata aduerſus pontificem apologia, quam Rhemis poſtea deiectus ſcripſit. Videndus quoque Aimoini continuator anonymus, qui ex Senonenſibus chronographis iſta mutuatus eſt.

993. *Romanum* concilium pro canonizatione S. Vdalrici Auguſtæ Vindelicorum epiſcopi, pridie kal. Februarii, in palatio Lateranenſi, vt conſtat ex epiſtola Ioannis XV. papæ.

*994. Diploma regum Hugonis & Roberti, quo confirmatur fundatio Burguliacenſis cœnobii facta ab Emma Pictauenſi comitiſſa, ſorore Odonis comitis, anno regum 8. ind. 7.

* 994. aut circiter, *Narbonenſe* concilium aduerſus nobiles viros, qui eccleſiaſticorum bona rapiebant, iiſque vim ſæpe inferebant, præſide Ermengaudo archiepiſcopo Narbonenſi, aliiſque epiſcopis ac principibus viris Raymundo comite Ruthenenſi, Rogerio comite Carcaſſonenſi, &c. vt pluribus Catellus in commentariis Landgothicis.

* 995. *Moſomenſe* concilium iuſſu Ioannis papæ XV. celebratum, die 2. Iunii, indictione 8. in quo coram Leone abbate S. Bonifacii pontificis legato Gerbertus perorauit, & ab eodem a miſſarum celebratione iuſſus eſt abſtinere.

995. *Rhemenſe* concilium kal. Iuliis, præſidibus Leone abbate, & Siguino Senonenſi archiepiſcopo legatis pontificiis, in quo poſt conteſtatam litem illam celeberrimam Gerbertus archiepiſcopatu Rhemenſi ſponte ceſſit, eductuſque e carcere Aurelianenſi Arnulphus, cui pallium paullo poſt a pontifice attulit Abbo Floriacenſis abbas.

Nec multo poſt contigit ſynodus *apud ſanctum Dionyſium*, eodem Siguino præſide, de qua pluribus agit Aimoinus in vita abbatis ſui ſancti Abbonis, quam habes in bibliotheca Floriacenſi Ioannis a Boſco.

CXXXIX.

GREGORIVS V. Germanus, Bruno antea nominatus, Ottonis III. imp. conſanguineus, ſedit annis 2. menſibus 8. diebus 6. a die 13. Iulii anni 996. quo electus eſt, ad diem 18. Februarii anni 999. quo obiit, imperantibus iiſdem Othone III. Baſilio & Conſtantino, atque Roberto.

996. *Romanum* I. concilium, quo conſtitutum fuit vt imperator deinceps a ſeptem electoribus Germaniæ principibus eligatur, inquit Binius ex Baronio, qui ea de re diffuſe agit: & nos ſuo loco.

*998. *Romanum* II. concilium, in quo de Roberti regis, qui conſan-

Digitized by Google

guineam duxerat, diſſoluendo matrimonio actum eſt in baſilica S. Petri, a Gregorio V. papa, præſente Ottone III. imp. Extant capitula 8. quibus poſt pontificem ſubſcripſit Gerbertus Rauennenſis archiepiſcopus, aliique plures. Quatuor ex iis, quæ res Aquitanicas ſpectant, vulgauimus pag. 765. tomi II. bibl. nouæ mſſ. librorum.

CXL.

Silvester II. Aquitanus, monachus Auriliacenſis in Aruernis, Gerbertus dictus, primum Rhemenſis, tum Rauennatenſis archiepiſcopus, ac deinde Romanus pontifex a die 2. Aprilis dominica anni 999. qua electus eſt: ſedit annis 4. & menſibus 2. aut 3. vſque ad diem 12. Maii anni 1003. quo obiit, indictione 1. vt ex eius epitaphio diſcimus in Lateranenſi baſilica a Sergio papa appoſito: imperantibus in oriente fratribus Baſilio Bulgaroctono & Conſtantino iuniore Porphyrogenito, regnantibus in Germania Henrico, in Francia Roberto.

* Epiſtolas plures Gerberti, ſed nondum papæ, ediderunt magno hiſtoriæ Francicæ emolumento Maſſonus & Ducheſnius: nos duas exhibebimus eiuſdem, poſtquam creatus eſt pontifex; I. ad Azelinum Laudunenſem epiſcopum, quæ in collectione regia excuſa eſt: II. ad Arnulphum Rhemenſis eccleſiæ archiepiſcopum.

999. *Romanum* concilium, in quo teſte Ditmaro, cum accuſatus Giſelerus Magdeburgenſis archiepiſcopus quod duas parochias teneret, venire ob paralyſim non potuiſſet, res ad concilium prouinciale Germaniæ repoſita eſt.

* 1002. Non vnico, ſed pluribus *Galliæ* locis habita fuiſſe concilia monuit Glaber Radulfus libro III. hiſtoriæ cap. 3. in quibus quæſitum de ieiuniis ante pentecoſtem, de cantu hymni Te Deum, & de feſto annunciationis dominicæ. An ad illum annum reuocandum *Pictauenſe* illud, quod ſupra cum Karrofenſi commemorauimus? XI. Chriſti ſæculum.

CXLI. CXLII.

Ioannes XVI. dictus XVII. ob Ioannem XVI. antipapam, a Creſcentio intruſum, Romanus, cognomento Siccus, ſedit menſibus 5. & diebus aliquot, a die 7. Iunii anni 1003. eique ſucceſſit Ioannes XVII. dictus XVIII. cognomento Faſianus vel Faſano, ad annos 5. menſes 7. & dies 28. a die 20. Nouembris ad diem 18. Iulii anni 1009. quo obiit, ſub iiſdem imperatoribus & regibus.

Digitized by Google

1005. *Tremonienſe* concilium pro reformanda eccleſia celebratum auctoritate & hortatu S. Henrici Germaniæ regis, die nonarum Iulii, ex Ditmari libro VI.

1006. *Francofordienſe* concilium de eccleſia Bambergenſi in cathedram epiſcopalem erigenda, præſide Vuillegiſo antiſtite Moguntino, ex eodem Ditmaro.

* 1008. *Kalenſe* concilium, in quo a Roberto Franc. rege donata plurima monaſterio S. Dionyſii martyris auctoritate Lethetici Senonenſis, Hugonis Turonenſis, Fulberti Carnotenſis, aliorumque epiſcoporum confirmata ſunt die *16.* kal. Iunii.

1009. aut circiter, *Ænhamenſe* concilium hortatu Ælfeagi Dorobernenſis & Vulſtani Eboracenſis archiepiſcoporum ab Æthelredo rege indictum & celebratum in die ſanctæ pentecoſtes. Extant capitula 32. & ex alio exemplari ſynodalia decreta 28.

CXLIII.

SERGIVS IV. Romanus, antea Petrus dictus, & teſte Ditmaro cognominatus Bucca-porci, ſedit annis 2. menſibus 8. diebus 13. a die 31. Auguſti anni 1009. ad diem 13. Maii anni 1012. quo obiiſſe creditur, iiſdem impp. & regibus.

1009. qui eſt ſeptimus annus Henrici regis, a creatione mundi ſecundum Hebraïcam veritatem 4965. ſecundum interpretes 6708. ſermo ſynodalis, ex codice mſ. monaſterii Neresheimenſis.

1011. *Bambergenſe* concilium de controuerſiis quibuſdam epiſcoporum apud Ditmarum, & præſertim Theodorici Metenſis epiſcopi, cui ab omnibus interdictum eſt, vt ante purgationem canonicam canere miſſam non auderet.

1012. aut circ. leges eccleſiaſticæ 7. Æthelredi apud Habam conditæ.

CXLIV.

BENEDICTVS VIII. e progenie comitum Tuſculanorum, Portuenſis epiſcopus electus, a Gregorio quodam antipapa contra canones intruſo Roma eiectus ad Henricum Germaniæ regem confugit, teſte Ditmaro Merſpurgenſi epiſcopo, huius æui ſcriptore. Sedit annis decem vndecimve, ab anno 1012. aut, vt alii numerant, 1013. ad diem 27. Februarii anni 1024. quo mortuus eſt, imperantibus S. Henrico claudo, qui eodem anno obiit, & Baſilio ac Conſtantino.

* Epiſtola ad epiſcopos Burgundiæ, Aquitaniæ & Prouinciæ pro Cluniacenſi monaſterio.

Priui-

Digitized by Google

Priuilegium Henrici imp. quo patrimonia eccleſiæ Romanæ ab anteceſſoribus piis eccleſiis quondam collata Benedicto pontifici gratitudinis ergo & pietatis in principem apoſtolorum amore confirmauit.

Diploma Canuti regis Angliæ, quo eccleſiam Saluatoris in Dorobernia confirmat eſſe omnium eccleſiarum regni Anglicani matrem & dominam.

1012. *Legionenſe* concilium celebratum die 8. kal. Auguſti, æra 1050. coram Alfonſo V. rege, & Geloira regina. Extant canones 7.

* 1020. aut circiter, *Airiacenſe* concilium, præſente Roberto rege, & archiepiſcopis Gauzlino Bituricenſi & Leoterico Senonenſi, ex chronico S. Petri Viui. Meminit quoque ſynodi apud *Aireyas*, præſente Roberto rege, auctor hiſtoriæ S. Bercharii Deruenſis abbatis, in promptuario antiquitatum Trecenſium Nicolai Camuſatii. Quod vero Airiacam villam quidam collocant in tractu Bituricenſi, a veritate aberrant: corrigenda quoque ſic eſt pag. 146. tomi IV. Ducheſniani; venerunt ad aquam, quæ Armantio dicitur, antequam ad caſtrum S. Florentini acceſſiſſent.

1021. *Vvintonienſe* concilium ſub Canuto Anglorum, Danorum & Norvvegarum rege habitum, in ſancto Domini natali.

* 1022. *Aurelianenſe* concilium contra nouos Manichæos hæreticos in illa vrbe detectos, præſentibus Roberto rege & Conſtantia regina: de quo non tantum Glaber libro III. cap. 8. quem citat ex Baronio Binius, ſed & nos alias plura, partim ex Ademari Chabanenſis hiſtoria, partim ex libro Aganonis, vt vocant, mſ codice cœnobii S. Petri in valle prope Carnotum, cuius pericopen edidimus iam ab anno 1650. in miſcellaneis curioſis, ac poſt illum annum Puteani, San-marthani, Dacherius, aliique.

1022. *Rhemenſe* concilium ab Ebalo archiepiſcopo celebratum, cui cum aliis interfuit Gerardus Cameracenſis & Atrebatenſis epiſcopus, ex veteri catalogo Rhemenſium præſulum.

1022. *Salegunſtadienſe* concilium in cauſa diſciplinæ eccleſiaſticæ celebratum die 12. Auguſti, indictione 5. anno Henrici II. regis 21. imp. 6. præſide Aribone Moguntino archiepiſcopo. Extant capitula 20. cum appendice.

1022. *Aquiſgranenſe* concilium, in quo terminata fuit controuerſia inter Piligrinum archiepiſcopum Colonienſem & Durandum epiſcopum Leodienſem, de ſubiectione monaſterii Buccitani, qua de re Baldricus cap. 35. libri III. chronici Cameracenſis.

1023. *Moguntinum* concilium in cauſa Ortonis comitis ab Haniſteim, præſide Aribone archiepiſcopo, de quo ex vitæ ſancti Gothardi cap. 22. aliiſque plura noſter Nicolaus Serarius in Moguntina hiſtoria.

CXLV.

IOANNES XVIII. dictus XIX. Gregorii comitis Tu-

ſculani filius, poſt fratrem Benedictum VIII. ſedit annis 9. & menſibus 8. a die 30. Aprilis, vel, vt alii volunt, 19. anni 1024. ad diem 8. Nouembris anni 1033. quo obiit, imperantibus Romano Argyro Zoës Conſtantini filiæ marito, & Conrado Salico, rege vero Galliæ Henrico I. Roberti filio.

* Vvillelmi Diuionenſis abbatis epiſtola ad Ioannem XVIII. papam aduerſus Græcos primatum affectantes, ex Hugonis Flauiniacenſis chronico pag. 172. tomi I. nouæ bibliothecæ mſſ. librorum.

* Huius vero Ioannis videtur eſſe epiſtola ad S. Odilonem, quæ edita eſt tomo II. ſpicilegii. Integra quoque circumfertur epiſtola de apoſtolatu S. Martialis, de qua in concilio Lemouicenſi anno 1031. celebrato.

* 1025. *Anſanum* concilium in eccleſia S. Romani celebratum, præſide Burchardo Lugdunenſi archiepiſcopo, in quo iudicatum eſt non licuiſſe archiepiſcopo Viennenſi monachos apud Cluniacum ordinare ſine permiſſu epiſcopi Matiſconenſis Gauſleni aduerſus ſanctum Odilonem Cluniacenſem abbatem conquerentis, editum primo a Seuertio.

Eo tempore fuit concilium factum *Pictanis* de fide catholica, rege Roberto concedente, vt per omnes ciuitates fierent concilia. Inter ceteras ergo accidit, vt in *Pictana* vrbe concilium ageretur duce Vvillelmo, & Iſamberto vrbis ipſius epiſcopo, Iordane Lemouicenſi, &c. Statuerunt vt ſi quis homo res ſanctæ Dei eccleſiæ fraudulenter ac violenter poſſederit, &c. ex chronico Malleacenſi pag. 207. tomi II. biblioth. nouæ mſſ. librorum.

1028. *Karroſenſe* concilium epiſcoporum & abbatum ſtudio Guillelmi ducis Aquitaniæ conuocatorum, propter extinguendas hæreſes, quæ vulgo a Manichæis diſſeminabantur, ex Ademari monachi chronico.

1029. *Lemouicenſe* I. concilium, præſide Gauzleno archiepiſcopo Bituricenſi, in cauſa controuerſa apoſtolatus S. Martialis illis temporibus per Aquitaniam, totamque adeo Galliam percelebri. Conuenerant autem anno 1028. præcedenti, die 15. kal. Nouembres, ad dedicationem baſilicæ Saluatoris plurimi epiſcopi, vt refert Gaufredus monachus & prior Voſienſis in chronico.

1029. *Aurelianenſis* epiſcoporum & abbatum conuentus, indict. 12. qui interfuerunt cum Roberto rege dedicationi eccleſiæ S. Aniani Aurelianenſis, ex Helgaldo regis illius vitæ ſcriptore ſeu potius breuiatore.

1031. Canuti regis Angliæ, Danamarchiæ, Norvvegiæ, & partis Suauorum, epiſtola ad archiepiſcopos, epiſcopos, primates, & toti genti Anglorum, tam nobilibus quam plebeiis, Roma miſſa anno regni ſui 15. ex Vvillelmo Malmeſburienſi. Idem ſequentis anni edidit chartam, qua omnes cauſas inſulæ Glaſtoniæ abbatis ſupponit iudicio, ceteris excluſis poteſtatibus.

Digitized by Google

* 1031. Concilia diuerſis locis edita, in quibus pax ſiue treuga Domini conſtituta, & feriæ ſextæ ac ſabbati religio ſancita, ex cap. 5. lib. IV. hiſtoriæ Glabri Rodulfi. De eadem autem treuga ſeu treuia Dei plura ex Hugone Flauiniacenſi abbate, Baldrico Nouiomenſi epiſcopo, aliiſque dicemus in additionibus.

* 1031. Aymo de genere Borboniorum comitum Gauzleno mortuo Bituricenſem menſe Martio obtinuit patriarchatum, ac de controuerſia apoſtolatus S. Martialis, aliiſque ad deprauatos mores reformandos neceſſariis, concilium *Bituricenſe* celebrauit, inchoata iam indictione 15. ex veteri more, ſi quidem, vt ſcribunt acta, habitum ſit kal. Nouembribus; vel adhuc labente 14. ſi eam vſque ad kalendas Ianuarias perducere velis.

In eo concilio mentio fit epiſtolæ Ioannis papæ ad epiſcopos, abbates, reliquoſque totius Galliæ fideles miſſæ, vt B. Martialis in numero apoſtolorum, tam in litaniis, quam in omnibus diuinis officiis computetur. Extat integra in actis Lemouicenſis concilii.

1031. *Lemouicenſe* II. concilium, præſide eodem Aymone Bituricenſi metropolitano, & ob eamdem S. Martialis cauſam, celebratum eſt die 18. Nouembris eiuſdem anni, quo obierat die 20. Iulii optimus rex Robertus, eique ſucceſſerat filius eius Henricus. Editum fuit integrum illud concilium ex mſ. codice biblioth. Thuanæ, tum tom. XXV. editionis regiæ, vbi ex male digeſta Baronii ac Binii chronologia reuocatur ad annum 1034. & tempora Benedicti IX. papæ, tum pag. 766. tomi II. bibliothecæ mſſ. librorum, vbi eum ſuo anno conſignauimus.

Neque vero hoc loco pigebit admonere lectorem ἀκρισίας Binii, Colueneríi, & aliorum, qui ex male perceptis concilii illius verbis, vbi de *Belliloci* monachis loquitur, commenti ſunt neſcio quod Bellouacenſe ſeu Beluacenſe concilium ſub Benedicto IX. poſt 15. dies a Bituricenſi celebratum, eodem præſide Aymone, iiſque ipſius ſuffraganeis epiſcopis, ac eadem de cauſa. Verum hac de re plura alias iam diximus, necnon de Maſciacenſi Abbatia.

Hoc tempore, inquit Sigebertus, iuſſu imperatoris regali & ſynodali conuentu apud *Triburias*, inter cetera epiſcopi nonnihil decernere voluerunt de ieiunio primi menſis, Gerardo Cameracenſi, & paucis cum eo antiquam conſuetudinem obtendentibus.

1032. Leges eccleſiaſticæ 26. Canuti regis Anglorum, Danorum, & Norvvegienſium, e Saxonico tranſlatæ. Item aliæ 27. ex duplici verſione. Præterea 24. e ſæcularibus collectæ.

1032. *Pampilonenſe* concilium, præſide Pontio Ouetenſi archiepiſcopo, de ſede epiſcopatus illius vrbis, quæ ob incurſiones barbarorum in monaſterium Leirenſe, quod ſitum eſt in montibus Pyrenæis, tranſlata fuerat, priſtino loco reſtituenda.

CXLVI.

BENEDICTVS IX. Alberici Tuſculani comitis filius, Benedicti VIII. & Ioannis XVIII. nepos, Theophylactus dictus, ætatis anno vel 10. vel 12. vel 18. vt alii, pontificatum adeptus ſedit ab exeunte annò 1033. vſque ad annum 1044. quo vel a Romanis reiectus eſt, vel perſuaſione Bartholomæi abbatis Cryptæ ferratæ ceſſit pontificatu, ſubſtituto SILVESTRO III. quem poſtea expulit: dum IOANNES XIX. dictus XX. Romanus archipreſbyter, eamdem inuaderet ſedem: ſicque fœdiſſimo ſchiſmate tres eodem tempore dicerentur papæ: quod contigit imperante Conſtantino Monomacho, regnantibus in Germania Henrico III. in Francia Henrico I.

1034. *Landauenſis* ſynodus ſub Ioſepho epiſcopo, in qua Mouricus ob violatum refugium SS. Dubricii, Teliani & Oudocei anathematizatur.

1035. *Triburienſe* concilium, vt teſtatur Hermannus in chronico Caniſianæ editionis, Baldricus in chronico Cameracenſi, aliique.

1040. *Venetum* concilium in eccleſia S. Marci, ſub Vrſo patriarcha celebratum, in cauſa diſciplinæ eccleſiaſticæ, fauente Dominico Flabanico Venetiarum duce.

* 1040. De fundatione Vindocinenſis monaſterii in honorem SS. Trinitatis a Gaufredo comite Andegauenſi, eiuſque vxore Agnete facta, diploma Arnulfi archiepiſcopi Turonenſis, indict. 8. Henrici Francorum regis anno 9. ipſo die dedicationis monaſterii confectum.

CXLVII.

GREGORIVS VI. Romanus, dictus antea Ioannes Gratianus, excluſis, aut ſponte cedentibus Benedicto IX. Silueſtro III. & Ioanne XX. qui ſe Romanos pontifices appellabant, vnanimi omnium conſenſu electus papa, valde commendatur a Glabro Radulfo, extremo hiſtoriæ ſuæ libro 5. Sedit annos 2. & menſes 8. vſque ad annum 1046. quo Henrici III. Germaniæ regis factione eiectus eſt, ſubrogato Clemente II. & in Germaniam abductus, quo eum comitatus eſt Hildebrandus eius diſcipulus, S. R. E. ſubdiaconus.

1046. *Sutrinum* concilium, in quo non longe ab vrbe Roma, præſente Henrico rege baculo paſtorali priuatus eſt Gregroius VI. qui & Gratianus.

Digitized by Google

CXLVIII.

CLEMENS II. Germanus, Suidgerus antea appellatus, facta in Sutrina ſynodo Gregorii VI. abdicatione, ex Bambergenſi epiſcopo factus pontifex Romanus, Henricum regem eiuſque coniugem imperiali benedictione inſigniuit, & cum eodem Roma profectus, ex hac vita migrauit vltra montes, die 9. Octobris anni 1047. nono a ſua promotione menſe, & Bambergæ ſepultus eſt: quibus auditis BENEDICTVS IX. tertio Romanam ſedem occupauit ad 8. menſes, vſque ad DAMASI II. factam anno 1048. electionem, imperantibus Conſtantino Monomacho & Henrico III. regnante apud Francos Henrico I.

Epiſtola Clementis II. ad Ioannem ex Peſtano epiſcopo Salernitanum archiepiſcopum, cui pallium concedit.

1047. *Romanum* concilium ad reformandum eccleſiæ ſtatum, & ſimoniacam labem ab eccleſia exterminandam, vt docet Petrus Damiani epiſtola ad Henricum archiepiſcopum Rauennatem.

CXLIX.

DAMASVS II. Poppo antea dictus, patria Bauarus, ex epiſcopo Brixinenſi Romanus pontifex, anno 1048. conſecratus die 17. Iulii, ſedit dies tantum 23. defunctus Præneſte, & in eccleſia S. Laurentii extra muros Romanæ vrbis ſepultus, iiſdem imperantibus.

* 1048. *Senonenſe* concilium a Gilduino archiepiſcopo conuocatum, in quo Rex Henricus I. cum epiſcopis, Theobaldi Trecenſis comitis precibus, fundationem S. Aygulfi Pruuinenſis monaſterii confirmauit.

CL.

LEO IX. Bruno antea dictus, ex Daſburgenſibus comitibus, Hugonis comitis Engisheimenſis & Heluidæ filius, epiſcopus Tulli Leucorum, ſedit annis 5. menſibus 2. diebus 7. a die 12. Februarii dominica prima quadrageſimæ, qua omnium conſenſu Romæ conſecratus eſt anno 1049. vſque ad diem 19. Aprilis anni 1054. quo Beneuento reuerſus Romam obiit, & in baſilica S. Petri ſepultus eſt, iiſdem dominatum in oriente & occidente obtinentibus.

Digitized by Google

I. Epiſtola ad Michaëlem patriarcham CP. prolixiſſima, & in 41. capita diſtincta. II. ad epiſcopos Venetiæ & Iſtriæ. III. ad Thomam epiſcopum Africanum. IV. ad Petrum & Ioannem epiſcopos. V. ad Petrum epiſcopum. VI. ad Michaëlem patriarch. CP. VII. ad Conſtantinum Monomachum imp. VIII. ad Petrum Damiani eremitam. IX. ad Francos de rebus in concilio Rhemenſi geſtis. Diploma eiuſdem de conceſſa baſilicæ Vaticanæ decima oblationum. X. ad Auximanos. XI. ad Ioannem epiſcopum Salernitanum. Diploma eiuſdem de corpore S. Dionyſii, merito Gallis ſuſpectum. Commemoratio breuis rerum a legatis apoſtolicæ ſedis geſtarum Conſtantinopoli aduerſus Michaëlem, &c. anno 12. Conſtantini Monomachi, indictione 7. XII. ad principes Britanniæ. XIII. ad Eduvardum regem Anglorum. Eiuſdem epiſtola ad Francos, vt S. Remigii epiſcopi, cuius eccleſiam Rhemis conſecrauerat, feſtum celebrent kal. Octobris, vbi eum vocat gentis Francorum prædicatorem & apoſtolum: de qua poſtea in concil. Rhem.

Leges eccleſiaſticæ Maccabæi regis Scotorum.

Canones 35. Ælfrici ad Vulfinum epiſcopum.

Capitula 45. incerti auctoris, loci & temporis, ad eccleſiæ regimen congeſta.

Leges 22. S. Eduvardi regis, quas in Anglia tenuit, quas Vuillelmus heres & cognatus eius poſtea confirmauit.

Leges aliæ Eduvardi regis Nortmannico idiomate expreſſæ.

1049. *Romanum* I. concilium, præſente Leone IX. contra ſimoniacos, ex Hermanno celebratum in hebdomada poſt albas. Vide Petrum Damiani iam ſupra citatum.

1049. *Papienſe* concilium ab eodem Romano pontifice habitum in hebdomada pentecoſtes, ex eodem; qui addit inde per montem Iouis in Galliam veniſſe.

* 1049. *Rhemenſe* concilium celebratum præſente Leone IX. papa, menſe Octobri, in baſilica S. Remigii, de quo plura Baronius ex veteri ſcriptore, qui & 12. canones repræſentat, cum eiuſdem papæ epiſtola ad Francos. De eodem hæc Ordericus libro V. hiſt. eccleſ. Eccleſiam S. Remigii kalendis Octobris dedicauit, & inter reliqua eccleſiæ commoda quæ inſtituit, preſbyteros arma ferre & coniuges habere prohibuit, &c. quæ ſuis locis inſerentur.

1049. *Moguntinum* concilium celebratum præſente Henrico imp. a 42. epiſcopis, aduerſus ſimoniam aliaque cleri vitia, ex Hermanno & Adamo.

* 1050. aut circiter, *Rothomagenſe* concilium a Malgerio Rothomagenſi archiepiſcopo celebratum. Extant apud nos canones 19. cum epiſtola ſynodica ad comprouinciales epiſcopos.

* 1050. *Pariſienſe* concilium iuſſu regis Francorum Henrici coactum, 17. kal. Nouembris, aduerſus Berengarium, cuius hæreſis damnata cum

Digitized by Google

codice Ioannis Scoti, ex quo ea ſumpta videbatur, additumque, vt niſi reſipiſceret eiuſmodi peruerſitatis auctor cum ſequacibus ſuis, ab omni exercitu Francorum præeuntibus clericis quæſiti vbicumque conueniſſent, eo vſque obſiderentur, donec aut conſentirent catholicæ fidei, aut meritas pœnas luituri caperentur. Hæc Durandus abbas Troarnenſis: vnde maiorum noſtrorum in ſacramentarios hæreticos zelus eluceſcit. Longè vero alius eſt Durandus ille, cuius ad eumdem Henricum regem epiſtola edita eſt in fine tomi III. bibliothecæ veterum patrum.

1050. ***Romanum*** II. concilium a Leone IX. papa celebratum fuit poſt paſcha, aduerſus Berengarium Ioannem Scotum extollentem, ac Paſchaſium Ratbertum damnantem, & communi de euchariſtia fidei aduerſa ſentientem, quem Lanfrancus in commentario de ſacramento altaris contra eum conſcripto aſſerit per ſententiam ſynodalem priuatum fuiſſe communione ſanctæ eccleſiæ, quam priuare ſancta eius communione ſatagebat. Huius concilii meminit auctor chronici Benigniani, vbi agit de Halynardo.

1050. *Vercellenſe* concilium eodem præſente Leone papa, aduerſum eumdem hæreticum congregatum, menſe Septembri, ad quod vocatus venire noluit Berengarius, vt Lanfrancus, Guitmundus, aliique narrant.

1050. *Coyacenſe* concilium in diœceſis Ouetenſis caſtro celebratum, æra 1088. ſub Ferdinando I. Caſtellæ rege, qui cognominatus eſt magnus, & Sancia regina Adefonſi Legionenſis regis filia, pro reformandis eccleſiæ moribus. Extant capitula 13.

1051. ***Romanum*** III. concilium congregatum in cauſa Gregorii Vercellenſis epiſcopi de adulterio accuſati, eorumque qui a ſimoniacis fuerant ordinati, ex Hermanno.

1053. ***Romanum*** IV. concilium de canonizatione S. Gerardi Leucorum epiſcopi, & de limitibus diœceſis inter Aquileienſem & Foroiulienſem epiſcopos controuerſis.

* 1053. aut aliquo ex præcedentibus, ſub Leone IX. præſules Galliæ plurimi dicuntur iuſſu Henrici I. Francorum regis conueniſſe ad ***monaſterium ſancti Dionyſii***, vt præſentes adeſſent cum legatis imp. Henrici detectioni reliquiarum B. Dionyſii primi Pariſiorum epiſcopi: quod pluribus narrat Rigordus.

CLI.

VICTOR II. Gebehardus antea dictus, ex epiſcopo Eiſtetenſi, Romanus pontifex, ſedit annis 2. menſibus 3. diebus 15. a die 13. Aprilis, feria 5. in cœna Domini, diem hanc Viridium vocitant Germani, qua Romæ ordinatus eſt anno 1055. vſque ad diem 28. Iulii anni 1057. qua Florentiæ obiit, ac in diuæ Reparatæ virginis templo conditus eſt, imperante

Digitized by Google

apud Græcos Michaële Stratiotico, regnante in Germania Henrico IV. in Francia Henrico I.

1055. *Florentinum* concilium præſentibus Victore II. papa, atque Henrico III. imp. celebratum, in quo decretum fuit conſtitutum de bonis eccleſiæ non alienandis, & Berengariana hæreſis condemnata.

1055. Concilium, in quo Simoniacus epiſcopus Spiritus ſancti nomen proferre non potuit, ab Hildebrando S.R.E ſubdiacono, Victoris II. papæ in Gallia legato, celebratum, vt conſtat ex epiſtola 9. Petri Damiani ad Nicolaum papam: appellatur a Binio aliiſque *Lugdunenſe*, leui ſane coniectura ex verbis Nicolai Aragonii ducta, qui non Lugduni, ſed in prouincia Lugdunenſi habitum fuiſſe narrat.

1055. *Turonenſe* concilium, in quo præſide Hildebrando Berengarius reſipiſcens, eiurata teterrima hæreſi, quæ inſtar multicipitis hydræ in varias poſtea ſectas diſſecta eſt, catholicam fidem profeſſus eſt, teſtibus Lanfranco & Guitmundo.

* 1055. *Heduenſe* ſiue *Augustodunenſe* concilium celebratum contra Robertum Burgundiæ ducem, qui Haganoni epiſcopo aliiſque eccleſiaſticis moleſtus erat, ex Hugone monacho auctore vitæ S. Hugonis abbatis Cluniacenſis.

1056. *Colonienſe* concilium, quo auctoritate Victoris papæ Balduinus & Godefridus comites Flandriæ Henrico IV. Germaniæ regi quinquennali conciliati fuerunt, ex Sigeberti chronico.

1056. *Landauenſis* ſynodus ſub Hergualdo epiſcopo, in qua familia regis Catgucauni excommunicata eſt ob vim illatam medico & nepoti epiſcopi in feſto natiuitatis Domini.

1056. *Toloſanum* concilium ſub Pontio Toloſano comite, ab epiſcopis 18. die 13. Septembris, iuſſu Victoris papæ celebratum, aduerſus ſimoniam & alia cleri ac plebis vitia, præſidibus Rambaldo Arelatenſi, & Pontio Aquenſi archiepiſcopis, apoſtolicæ ſedis vicariis. Extant capitula tredecim.

1056. *Compoſtellanum* concilium ad diſciplinam eccleſiaſticam reſtaurandam celebratum a Creſconio archiepiſc. ex ſchedis Ant. Auguſtini.

CLII.

STEPHANVS IX. aliis X. antea Fredericus dictus, frater Godefridi Lotharingiæ ducis, S.R.E. archidiaconus, & poſt reditum e Græcia monachus ſeu abbas Caſſinenſis, electus Romanus pontifex a Romano clero die 2. Auguſti anni 1057. Is cum ſediſſet menſes ferme octo, Florentiam profectus vt S. Ioannem Gualbertum inuiſeret, ibi deceſſit 4. kal.

Digitized by Google

kal. Aprilis anni 1058. ſub iiſdem principibus.* Audita eius morte IOANNES Mincius, Tuſculani comitis filius, Velitrenſis epiſcopus, ambitione & malis artibus obtruditur pontifex, dictus Benedictus X. ad nouem menſes, de quo Leo Oſtienſis & alii plura.

Epiſtola Stephani papæ IX. non ad Vvillelmum, vt habet in omnibus editionibus, etiam regia, Seuerinus Binius; ſed ad Geruaſium archiepiſcopum Rhemenſem, in qua inter cetera meminit concilii *Rhemis* de regis conſenſu habendi, & cauſæ Bituricenſis archiepiſcopi, necnon ſynodi *Romæ* quinto die poſt ſanctum paſcha celebrandæ, cui ipſum eiuſque ſuffraganeos auctoritate apoſtolica abſque ineuitabili neceſſitate iubet intereſſe.

CLIII.

NICOLAVS II. ante Gerardus dictus, natione Allobrox, Florentinus epiſcopus, Romam a Godefrido marchione ductus, pulſo inuaſore Benedicto, menſe Ianuario anni 1059. conſecratus eſt. Sedit annis 2. & menſibus 6. vſque ad diem 3. Iulii, vel, vt alii, ad 6. kal. Auguſti anni 1061. quo obiit, imperante Conſtantino Duca, regnantibus in Germania Henrico IV. in Gallia Philippo I. Henrici I. filio.

I. II. III. & IV. epiſtolæ ad eumdem Geruaſium Rhemenſem archiepiſcopum. Priuilegium monaſterio S. Felicitatis conceſſum. V. ad Eduardum Anglorum regem. * Geruaſii Rhemorum archiepiſcopi ad Nicolaum papam epiſtola. * Nicolai papæ epiſtola ad epiſcopos Galliæ, Aquitaniæ, Vaſconiæ. * Eiuſdem ad R. comitem Rutenenſem. * Eiuſdem ad A. reginam Galliæ.

1059. *Sutrinum* concilium, in quo Benedictus X. ſiue Ioannes Mincius, ſedis apoſtolicæ inuaſor, depoſitus, omnique ſacerdotali officio priuatus eſt, vt pluribus Nicolaus Aragonius cardinalis, a Baronio laudatus.

1059. *Romanum* concilium, in quo a 113. epiſcopis in baſilica Conſtantiniana ſtatuti canones 13. & decretum contra ſimoniacos. In eodem Berengarius, hæreſi ſua tertium iam abiurata, fidem catholicam tertio profeſſus eſt, ex formula ab Humberto Siluæ candidæ epiſcopo cardinale condita, praui dogmatis libros a ſe conſcriptos flammis exuſſit, &c. Ibidem quoque de electione Romani pontificis conſtitutio edita fuit. Videndus canon, Ego Berengarius, &c. De conſecratione apud Gratianum diſt. 2. Lanfrancus, Guitmundus, Algerus, &c.

* 1059. *Turonenſe* concilium a Stephano cardinale Nicolai II. papæ

legato celebratum, dominica ante mediam quadrageſimam, cuius extat mentio in monimentis eccleſiæ S. Martini Turonenſis.

* Eiuſdem Stephani legati epiſtola ad Ioannem Dolenſis eccleſiæ dictum archiepiſcopum.

1059. *Amalphitanum* in Apulia concilium a Nicolao II. papa habitum, in quo Tranenſis epiſcopus throno depoſitus.

1059. *Rhemenſis* conuentus epiſcoporum 22. plurimorumque abbatum, qui ad Philippi regis ſeptennis adhuc pueri inaugurationem conuenerant, quando Rhemis præſente Henrico patre, anno regni 32. coronatus eſt die pentecoſtes 23. Maii, indictione 12. a Geruaſio archiepiſcopo, in maiore eccleſia, ante altare S. Mariæ. Vide Ducheſnium, Robertum, alioſque, qui minus profecto accurate concilium *Pariſienſe* vocitant.

1060. *Iacca* in vetuſto Vaſconum oppido celebratum concilium, præſide Auſtindo Auxirano archiepiſcopo, in quo inter cetera ſtatutum, vt qui Oſcæ erat epiſcopatus, in Iaccam transferretur. Acta & decreta commemorat Hieronymus Surita pag. 25. indicis rerum ab Aragoniæ regibus geſtarum.

CLIV.

ALEXANDER II. dictus antea Anſelmus de Bedagio, Lucenſis epiſcopus, electus fuit Romanus Pontifex anno 1061. ſeditque annis 11. menſibus 6. & diebus 22. vſque ad diem 22. Aprilis anni 1073. quo Romæ obiit, imperante Michaële Duca Parapinacio, regnantibus in Germania Henrico IV. in Gallia Philippo I.

I. Epiſtola ad Mediolanenſes conterraneos ſuos. II. ad Haraldum Noruegiæ regem. III. fragmentum ad Suenonem regem Danorum. IV. ad Petrum Dalmatiæ & Slauoniæ archiepiſcopum. V. ſynodica ad omnes epiſcopos. VI. ad Geruaſium Rhemenſem archiepiſc. Conſtitutiones præſcriptæ Mediolanenſibus a ſedis apoſtolicæ legatis. VII. ad epiſcopos Daniæ. VIII. fragmentum ad Vvillelmum regem Anglorum. IX. ad S. Annonem archiepiſcopum Colonienſem. X. ad Vvillelmum regem Anglorum. XI. ad Landulfum. XII. vſque ad XX ad Geruaſium Rhemenſem archiepiſcopum. XXI. ad archiepiſcopos Galliæ. XXII. XXIII. XXIV. XXV. ad Geruaſium Rhemenſem archiepiſcopum. Sequuntur fragmenta quædam epiſtolarum. * Epiſtola eiuſdem papæ ad Odricum abbatem Vindocinenſis monaſterii. * Ad Guillelmum Petracoricenſem, & Durannum Toloſanum epiſcopos, atque ad Hugonem abbatem, ex Iuone Carnotenſi, parte X. cap. 127. vbi non ſecus atque apud Binium corrupte dicitur Richardus

Digitized by Google

Tolotenſis epiſcopus. * Ad Vvidonem epiſcopum Ambianenſem, vt deſiſtat ab inquietatione abbatis & monaſterii Corbeienſis, &c. * Geruaſii eiuſdem ad eumdem papam epiſtola non integra de nuptiis reginæ cum Radulfo comite, &c.

1061. *Baſileenſe* conciliabulum in cauſa electionis pontificiæ celebratum, ex Petro Damiani, aliiſque.

1062. *Osborienſe* concilium celebratum auctoritate S. Annonis Colonienſis archiepiſcopi, quo in præſentia Henrici IV. regis Cadalous pſeudo-papa condemnatus eſt, & Alexandri II. legitime facta electio confirmata, ipſo feſto SS. Simonis & Iudæ apoſtolorum.

Diſceptatio ſynodalis inter regis aduocatum & Romanæ eccleſiæ defenſorem.

1062. *In Aragonia* apud S. Ioannem Rupenſem celebratum ſub Ramiro rege concilium, de quo Hier. Blanca in commenr. regum Aragonum.

1063. *Cadomenſe* in Neuſtria concilium ſub Maurilio archiepiſcopo.

1063. *Romanum* I. concilium aduerſus ſimoniacos celebratum a centum & amplius epiſcopis, occaſione Petri Florentini epiſcopi de hæreſi ac ſimonia accuſati. Extant capitula 12.

* 1063. *Cabilonenſe* concilium a Petro Damiani ſedis apoſtolicæ legato & epiſcopis tredecim celebratum, aduerſus Drogonem epiſcopum Matiſcenſem, qui Cluniacenſis monaſterii priuilegia violarat. Meminit illius Alexander II. epiſtola data ad Geruaſium Rhemenſem archiepiſcopum, quæ eſt vigeſima-tertia, vbi ait Aurelianenſem ſimoniace epiſcopatum obtinere, & ad obtegendam reatus ſui prauitatem periurium in ſynodo Cabilonenſi incurriſſe.

1064. *Mantuanum* concilium, in quo Cadalous peudo-papa iterum condemnatus, & Alexander II. ab obiectis ſibi criminibus expurgatus.

1064. *Barcinonenſe* concilium, in quo leges Gothicæ, quibus Catalani vtebantur, penitus ſunt abrogatæ, nouæque ſancitæ, præſente Hugone cardinale, S. R. E. legato.

1065. *Romanum* II. concilium aduerſus inceſtuoſorum hæreſim celebratum, de gradibus conſanguinitatis ab eccleſia computari ſolitis, non ex legibus ciuilibus, ſed ex ſacris canonibus.

1065. *Romanum* III. concilium, in quo iidem inceſtuoſi excommunicati, teſte Petro Damiani libro de contemptu ſæculi.

1066. *Vveſtmonaſterienſis* conuentus ſub rege Edvvardo confeſſore habitus, in natali Domini, indict. 3. regni eiuſdem anno 25. & vltimo, in quo actum de iuribus eccleſiæ S. Petri Vveſtmonaſterienſis. Extant tres chartæ eiuſdem regis cum Leonis IX. & Nicolai II. pontificum Romanorum ad eum epiſtolis duabus.

* 1068. *Toloſanum* concilium pro diſciplina eccleſiaſtica, præſide Hugone Candido cardinale legato, præſentibus Guillelmo Auſcenſi & Ay-

mone Bituricenſi archiepiſcopis, ex Catello lib. V. commentar. hiſtoriæ Landgothicæ.

* 1068. *Auſcenſe*, ſiue Auxitanum concilium, præſide Hugone Albo S. R. E. cardinale, cum Auſtindo archiepiſcopo.

* 1069. *Redonenſe* in minori Britannia concilium, præſide Radulfo Turonenſi archiepiſcopo.

1069. *Moguntinum* I. concilium præſide Sigefrido archiepiſcopo celebratum, in cauſa Henrici IV. regis, qui Bertam vxorem, quam ante biennium duxerat, repudiare volebat: ex Lamberti chronico.

1070 *Vvintonienſe* concilium, in quo per legatum ſedis apoſtolicæ a latere miſſum Srigandus Cantuarienſis eccleſiæ inuaſor deponitur, vt pluribus Rogerus, aliique Anglicanæ hiſtoriæ ſcriptores.

1071. *Moguntinum* II concilium, in cauſa Caroli Conſtantienſis epiſcopi, quem clerici eiuſdem eccleſiæ ob crimen ſimoniæ & ſacrilegii deponi ſede ſua vrgebant: ex eodem Lamberto.

1072. *Anglicanum* concilium anno regni Vvillelmi regis ſexto, de primatu, quem Lanfrancus Dorobernenſis archiepiſcopus ſuper Eboracenſem eccleſiam iure eccleſiæ ſuæ proclamabat, vt ait Vvillelmus Malmeſburienſis. Vide ſubiectam Lanfranci epiſtolam ad Alexandrum II. papam, quem vocat totius Chriſtianæ religionis ſummum ſpeculatorem.

1072. *Auguſtodunenſe* a quibuſdam huic anno accommodatur, quod nos anno 1055. ſub Victore II. collocauimus. Ex ætate Haganonis Æduenſis, Humberti Lugdunenſis, Hugonis Biſuntinenſis, Accardi Cabilonenſis, Drogonis Matiſcenſis præſulum qui adfuerunt, tempus illius concilii accuratius ſuo tempore definiemus.

1072. anno minus bene collocatur a quibuſdam *Cabilonenſe* concilium de exemptione monaſterii Cluniacenſis: cui tum præerat non S. Odilo defunctus anno 1049. vt ex chronicis aliiſque liquido conſtat; ſed ſanctus Hugo, qui anno demum ſalutis humanæ 1109. pia morte deceſſit.

1072. *Rothomagenſe* concilium celebratum in eccleſia B. Mariæ, præſente Guillelmo conquæſtore Angliæ rege, & Normanniæ duce, præſide vero Ioanne Rothomagenſi antiſtite, de fide ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, & ſanctorum patrum inſtitutis ſeruandis, paſtorum incuria neglectis. Extant eius canones 24. apud Ordericum Vitalem Angligenam cœn. S. Ebrulfi, ſiue Vticenſem monachum lib. IV. hiſt. eccleſ.

1073. *Erphordienſe* conciliabulum, celebratum die 10 Martii, auctoritate Sigefridi Moguntini archiepiſcopi, in cauſa decimationum Thuringiæ: ex Lamberto.

* 1073. *Apud S. Maxentium* in Pictonibus concilium habuit Goſcelinus ſiue Ioſſelinus Burdegalenſis præſul, aduerſus Berengarii fautores.

1073. Concilium in *Nouempopulania* habitum pro collapſis cleri moribus, præſide Girardo cardinale, legato, epiſcopo Oſtienſi: cuius vi-

Digitized by Google

detur meminiſſe Euſebius epiſcopus Andegauenſis in ſua ad Berengarium epiſtola.

* 1073. Alexander papa Giraldum Oſtienſem, qui Petro Damiani ſucceſſerat, ad Gallias deſtinauit, & vices ſuas ei per Franciam & Burgundiam commiſit. At ille ex præcepto papæ concilium apud *Cabilonem* inſtituit, cui præerat Roclenus epiſcopus, inquit Hugo Flauiniacenſis abbas.

* Eodem quoque Giraldo Oſtienſi epiſcopo, S. R. E. legato, præſide celebratum eſt *Pariſienſe* concilium, de quo tabulæ Vindocinenſes.

* 1073. Hoc anno, inquit auctor chronici Rothomagenſis editi I. part. bibliothecæ nouæ mſſ. librorum pag. 367. inuaſerunt monachi S. Audoëni Ioannem Rothomagenſem archiepiſcopum miſſam celebrantem in feſtiuitate eiuſdem ſancti, cum armata manu virorum; vnde iudicatum eſt in concilio in eadem ciuitate congregato, præſidente rege Anglorum Vvillelmo, monachos huius criminis reos per abbatias in carceribus retrudi. Idem quoque meminit *Rothomagenſis* concilii anno ſeq. 1074.

CLV.

GREGORIVS VII. antea dictus Hildebrandus, Soanenſis e Tuſcia, parente Bonitio fabro, Cluniacenſis monachus, & S. R. E. cardinalis, eodem die quo Alexander II. obiit 22. Aprilis anni 1073. indictione & luna XI. feria 2. electus in Romanum pontificem, omnium cardinalium conſenſu & ſubſcriptione, totiuſque populi & cleri approbatione, ſedit annis 12. & menſe vno, vſque ad diem 25. Maii, quo Salerni obiit anno 1085. & in eccleſia S. Matthæi, quam dedicarat paullo ante, ſepultus eſt, imperantibus Alexio Comneno & Henrico IV. rege vero Franciæ Philippo I.

Extat eius epiſtolarum regiſtrum in vndecim libros diſtinctum.

In I. libro regiſtri continentur epiſtolæ 85. in II. 77. in III. 21. in IV. 28. in V. 23. in VI. 40. in VII. 28. in VIII. 23. in IX. 34. Liber X. vacabat in mſ. exemplari: in XI. duæ tantum leguntur. Appendix epiſtolarum tres omnino complectitur: I. ad Lanfrancum archiepiſcopum Cantuarienſem: II. ad monachos Vallis vmbroſæ: III. ad Ottonem Conſtantienſem epiſc. Poſſemus & plures adiungere, ſi opus eſſet.

* 1073. Giraldus Oſtienſis epiſc. celebrato *Cabilone* concilio Romam rediens, cum apud *Dienſes* hoſpitaretur, depoſito Lancelino ſimoniaco epiſcopo, in eius locum Hugonem Lugdunenſem camerarium ſubſtituit, vt pluribus exponit Hugo Flauiniacenſis tom. I. nouæ biblioth.

* 1074. *Rothomagenſe* concilium, eodem præſide Ioanne, cuius extant canones 14. in codice S. Mariæ de Fontaneto.

V iij

Digitized by Google

1074. *Romanum* I. concilium celebratum a Gregorio VII. pro reformando eccleſiæ ſtatu: ex Lamberto, aliiſque. Extant capitula 14. præmiſſo apologetico inſtar prologi.

1074. *Apud S. Geneſium*, quod caſtrum a ciuitate Lucana non multum diſtat, celebratum eſt concilium in cauſa S. Anſelmi Lucenſis epiſcopi, contra canonicos Lucenſes.

1074. *In Anglia* conciliabulum, in quo iniuſte depoſitus eſt ſede ſua S. Vulſtanus, quem Deus poſtea ſedi ſuæ ingenti miraculo reſtituit.

1075. *Romanum* II. concilium pro reformanda eccleſia celebratum, indictione 13. exeunte Februario.

1075. *Moguntinum* concilium, in quo Romanæ ſynodi decretum contra clericos concubinarios, iuſſu Gregorii papæ promulgatum eſt, teſte Lamberto.

1075. *Londonienſe* concilium, anno 9. Guillelmi regis, in eccleſia B. Pauli apoſtoli, auctoritate Lanfranci archiepiſcopi Cantuarienſis habitum pro reformandis eccleſiaſticis conſtitutionibus & moribus eccleſiæ.

* 1075. Hugo Flauiniacenſis a pag. 196. tomi I. nouæ noſtræ bibliothecæ multa refert de Hugone epiſcopo Dienſi, apoſtolicæ ſedis legato, qui primum concilium celebrauit apud *Anſam*, ſecundum apud *Clarummontem*, in quo Durannus abbas Caſæ-Dei conſecratus eſt Aruernorum epiſcopus: terrium *Diuione*, iugem in omnibus aduerſus ſimoniacos & perpetuum exercens conflictum.

* 1075. De concilio apud *S. Maxentium*, præſide Goſcelino archiepiſcopo Burdegalenſi, 7. vel 8. kal. Iulii, videſis chronicon Malleacenſe tomo II. nouæ biblioth. pag. 212.

* Eiuſdem quoque Goſcelini cura ac præſidio celebrata memorantur concilia apud *Mediolanum Santonum*, & apud *Burdegalam*.

* 1076. *Pictauis* concilium fuit idibus Ianuarii, præſide Giraudo legato, de corpore & ſanguine Domini, in quo Berengarius ferme interemptus eſt, inquit auctor dicti chronici Malleacenſis.

1076. *Vvintonienſis* ſynodus, indict. 14. kal. Aprilis, præſidibus Lanfranco Cantuarienſi, & Thoma Eboracenſi archiepiſcopis, celebrata dicitur, quæ pleriſque ſuſpecta eſt.

1076. *Vvormatienſe* conciliabulum, quo ſchiſmatici epiſcopi, iuſſu Henrici IV. regis Germaniæ, Gregorium VII. pontificatu amouendum eſſe cenſuerunt: ex Lamberto, Hildesheimenſi chronico, aliiſque.

1076. *Romanum* III. concilium in eccleſia S. Saluatoris celebratum, in quo Henricus rex Germaniæ, Sigefridus Moguntinus, & quidam alii præſules excommunicati ſunt: ex Lamberto, Domnizone, &c.

1076. *Papienſe* conciliabulum, in quo epiſcopi ſchiſmatici Henricianis partibus adhærentes, anathema ſibi a pontifice inflictum in eumdem retorquere conati ſunt: ex Guillelmo bibliothecario.

Digitized by Google

* 1077. *Auguſtodunenſe* concilium, quartum fuit ab Hugone Dienſi celebratum, ad quod conuenerunt ex Francia & Burgundia multi illuſtres viri, epiſcopi, &c. vt pluribus proſequitur Hugo Flauiniacenſis. Vide & Gratianum XIX. q. 3. c. 1.

* Manaſſæ Rhemenſis archiepiſcopi ad Gregorium VII. papam epiſtola ſcripta poſt concilium *Auguſtodunenſe*, ſed ante *Pictauenſe*.

* Hugonis Dienſis epiſcopi epiſtola ad Gregorium VII. papam, in qua mentio fit concilii *Pictauis* celebrandi 18. kal Februarias.

* 1078. Celebrauit & quintum concilium Hugo Dienſis epiſcopus apud vrbem *Pictauorum*, cuius mentionem & ipſe facit Gregorius epiſtolis 8. & 40. libri VI. Nec mirum quod in codice S. Albini Andegauenſis ponatur anno 1077. cum mediante Ianuario, 18 kalendas Februarias celebratum ſit. Contra vero in chronico Malleacenſi habetur anno 1079. Hugonem epiſcopum Lugdunenſem & legatum Romanæ eccleſiæ tenuiſſe concilium *Pictauis*, primo die apud S. Petrum, & alio die apud S. Hilarium. Huius concilii extant canones 10. quos Baronius, Binius, aliique eorum aſſeclæ male tribuerunt Pictauienſi concilio anni 1100.

* Decretum, quod in codice mſ. S. Vincentii Metenſis extat, poſt canones huius concilii Pictauenſis.

* 1078. *Sueſſionenſe* concilium celebratum, præſide Manaſſe archiepiſcopo Rhemenſi, cuius meminiſſe perhibetur Baldricus Nouiomenſis in chronico Cameracenſi.

1078. *Romanum* IV. concilium, in quo ab epiſcopis fere centum Guibertus Rauennas & alii ſchiſmatici præſules excommunicati ſunt.

1078. *Romanum* V. concilium pro reſtauratione S. eccleſiæ celebratum 13. kalendas Decembris, indict. 2. Ex decretis pauca ſuperſunt.

1079. *Romanum* VI. indictione 2. menſe Februario, anno Gregorii VII. ſexto celebratum, in quo Berengarius ſæpe ad pœnitentiam vocatus, ſæpe relapſus, hæreſim ſuam denuo abiurauit, fidemque catholicam profeſſus eſt. Extat iuſiurandum Berengarii, & alia.

1079. *Britannicum* concilium dicitur a Binio, quod in *minori* dumtaxat *Britannia*, hoc eſt Gallica Aremorica, celebratum eſt, præſide Amato Oleronenſi epiſcopo, S. R. E. legato, ad falſas pœnitentias & abſolutiones proſcribendas. Vide Gregorium libri VII. epiſt. 10. conquerentem.

* 1079. *Burdigalenſe* concilium, præſide Amato eodem Oleronenſi epiſcopo, ſanctæ ſedis apoſtolicæ legato, cum Hugone Dienſi epiſcopo, aliiſque. Eius fieri dicitur mentio in charta quadam S. Ioannis Angeriacenſis apud Beſlyum. In chronico Malleacenſi habetur anno 1080. fuiſſe concilium *Burdigalæ*, in quo Berengarius reddidit fidei ſuæ rationem, & Hugo abbas S. Leodegarii fuit depoſitus.

1080. *Romanum* VII. concilium, indictione 3. anno Gregorii VII.

papæ, in quo regnum Germaniæ Henrico IV. ex ſolemni formula excommunicato abrogatum, collatum fuit Radulfo, ea conſtitutione addita, ne deinceps inueſtituræ beneficiorum a laïcis conferantur, vel accipiantur.

1080. *Brixienſe*, ſeu potius *Brixinenſe* in Noricis coactum eſt conciliabulum, in quo 30. ſchiſmatici epiſcopi Gregorium VII. papam ſede depoſuerunt, & Guibertum Rauennatem archiepiſcopum ſæpius execratum ditiſque deuotum, eidem antipapam ſubrogarunt, vt ex infami Bennone narrat Conradus abbas Vrſpergenſis ſæculi XIII. ſcriptor.

1080. *Lugdunenſe* concilium, ſextum ab Hugone Dienſi epiſcopo celebratum, pro quibuſdam negotiis, quorum diſcuſſionem ei papa impoſuerat, ac præſertim aduerſus Manaſſem Rhemenſem archiepiſcopum, de quo legenda epiſtola 17. libri VIII. Gregorii VII. ad clerum populumque Rhemenſem, & aliæ ad regem Galliæ, comitem Campaniæ, &c.

* 1080. *Auenione* ſeptimum coëgit concilium Hugo Dienſis, in quo Achardo depoſito Gibilinus factus eſt Arelatenſis archiepiſcopus, S. Hugo in Gratianopolitanum epiſcopum electus, &c. de quibus Hugo Flauiniacenſis, & Guigo Cartuſianus in vita S. Hugonis.

* Electio Vvalteri Cabilonenſis epiſcopi anno 1080.

1080. *Lingonenſe* concilium, eodem præſide Hugone, aduerſus inueſtituras laïcorum celebratum fuiſſe dicitur. Verum huius non meminit Hugo noſter Flauiniacenſis. In chartis additis chronico Beſuenſi fit mentio plenariæ ſynodi *Lingonenſis*, ſed diœceſanæ dumtaxat anno 1080. ind. 3. ſub Rainardo epiſcopo.

1080. *Meldenſe* concilium, eodem præſide, aduerſus Vrſionem Sueſſionenſem epiſcopum, in cuius locum ſuffectus eſt S. Arnulfus, & die 18. Decembris conſecratus ex abbate S. Medardi, vt habetur cap. 1. lib. II. vitæ eius a Liſiardo conſcriptæ, & apud Sigebertum, alioſque.

* 1080. *Senonenſe* concilium, menſe Octobri, in quo depoſitus eſt Niuernenſis antiſtes, vt pluribus Tauellus.

* 1080. *Iuliebonenſe*, quod minus emendate Lilebonenſe, vel Illebonenſe concilium, dicitur a quibuſdam, celebratum fuit in feſtiuitate pentecoſtes à Vvillelmo Anglorum rege cum epiſcopis & proceribus Normanniæ, anno Gregorii VII. 8. Philippi Francorum regis 21. Extant eius canones 47. apud Ordericum Vitalem libro V. eccleſiaſticæ hiſtoriæ. Habemus quoque eiuſdem concilii capitula, ſeu canones numero 13. archipræſule Vvillelmo Rothomagenſi, &c.

* 1080. *Santonenſe* concilium, in quo Squirs ſiue Regulæ cœnobium Floriacenſibus eſt adiudicatum, aduerſus epiſcopum Vaſatenſem, qui de eo contendebat. Subſcribunt Amarus qui præſidebat, Ioſcelinus, &c. ex tabulis Regulenſibus. Huius quoque concilii mentio apud Innocentium III. qui teſtatur in hac ſynodo pro Turonenſi eccleſia contra Dolenſem fuiſſe pronuntiatum.

* 1081.

Digitized by Google

1081. *Romanum* VIII. concilium in cauſa Arelatenſis & Narbonenſis archiepiſcoporum, Henrici regis, & aliorum.

* 1081. *Apud Exoldunum* caſtrum in Biturigibus celebratum 15. kal. Aprilis, præſide eodem Hugone Dienſi, de controuerſiis ad Dolenſem abbatiam ſpectantibus, vt ex Iuonis Carnotenſis epiſtolis 180.204. 268. ex chronicis S. Petri Viui Senonenſis, & Autiſſiodorenſi Roberti monachi S. Mariani ordinis Præmonſtratenſis, aliiſque monimentis colligi poteſt. Vide & epiſtolam Vrbani papæ II. pro S. Martino apud Baronium anno 1096. Quid vero ſi fuerint duo vel plura?

* 1082. *Apud Carrofum* monaſterium S. Saluatoris in diœceſi Pictauenſi, celebratum menſe Nouembri, in quo depoſitus Boſo epiſcopus Santonenſis, & eius loco ſubſtitutus Ramnulfus in concilio *Santonis* anno ſequenti: ex chronico Malleacenſi.

* 1082. *Meldenſe* concilium menſe Octobri, in quo Hugo Dienſis in locum Vvalterii epiſcopi defuncti ordinauit in eadem vrbe antiſtitem Robertum abbatem cœnobii Reſbacenſis: quod ægre tulit Richerius archiepiſcopus Senonenſis, vt diſces ex chronicis Senonenſi & Autiſſiodorenſi. Eiuſdem quoque mentio in epiſtolis Gregorii, & in tabulis Deruenſibus.

1083. *Romanum* IX. concilium, anno Gregorii VII. vndecimo, die 12. kal. Decembris, aduerſus Henrici tum Romam obſidentis tyrannidem, de fidei forma & Chriſtianæ religionis conuerſatione, &c.

1084. *Romanum* X. concilium, in quo Gregorius papa in Guibertum antipapam & hæreſiarcham, & Henricum Germaniæ regem, omneſque eius fautores iterum ſententiam anathematis promulgauit: ex Bertholdo.

* 1085. *Compendienſe* concilium, in quo præſide Raynaldo metropolitano Rhemenſi, indictione 8. probata dicitur monaſterii ſancti Cornelii Compendienſis ad Iſaram fluuium exemptio a iuriſdictione Sueſſionenſis epiſcopi, anno Philippi I. regis 24.

1085. *Quintilineburgenſe* concilium, præſente Hermanno rege, in ipſa paſchali hebdomada, aduerſus Henricianam & Vvecilianam hæreſim, præſente legato papæ, &c. ex Bertoldo.

1085. *Moguntinum* conciliabulum, quo ſchiſmaticorum fautores Gregorium rite depoſitum, ac iuſte in eiuſdem locum ſubrogatum fuiſſe Guibertum cenſuerunt: ex eodem, aliiſque.

CLVI.

VICTOR III. Beneuentanus, Deſiderius antea dictus, ex abbate Caſſinenſi Romanus pontifex electus inuitus die pentecoſtes, 24. Maii anni 1086. tum Capuæ anni ſeq. die 21. Martii dominica palmarum, electione firmata, poſt ſeptem fere menſes obiit, die 16. menſis Septembris, in Caſſinenſi

X

Digitized by Google

cœnobio, in ipſa capituli apſide ſepultus. In epitaphio apud Leonem Oſtienſem dicitur deceſſiſſe, *bis ſex luſtra gerens*, & a conſecratione,

Quatuor & ſemis vix menſibus ante peractis,

nimirum ab eo tempore numerat, quo aſſiſtentibus plurimis eccleſiaſtico more ſacratus, & in apoſtolica ſede locatus eſt die 9. Maii.

1087. *Capuanum* concilium, in quo Victor III. reſumptis, quæ præter voluntatem electus, reſignauerat, pontificalibus inſignibus, cruce ſcilicet & purpura, electionem firmauit, vnde Caſſinum deductus, ibi paſcha celebrauit, inquit Leo Oſtienſis.

1087. *Beneuentanum* concilium, in quo Guibertus antipapa cum adhærentibus ſchiſmaticis communione priuatus eſt, menſe Auguſto, a Victore papa & epiſcopis Apuliæ & Calabriæ, teſte eodem Leone. Ibidem quoque præceptum eſt, vt ab Hugone Lugdunenſi archiepiſcopo & Richardo Maſſilienſi abbate omnes abſtinerent, &c.

* 1087. *Toloſanum* concilium, præſente Bernardo archiepiſcopo Toletano celebratum, cui adſedere Narbonenſis archiepiſcopus & Galliæ Gothicæ epiſcopi: ex Roderici Toletani libro VI. de rebus Hiſpaniæ cap. 26. Hieronymi Suritæ indice rerum ab Aragoniæ regibus geſtarum, aliiſque. Verum in annum ſequentem & tempora Vrbani II. differendum eſſe concilium illud docet ſeries narrationis Rodericianæ, vbi & multa leges de officio Gallicano in locum Toletani ſubſtituto. Idem Rodericus paullo poſt, hoc eſt capite 30. vbi narrauit Garſiam ſepultum fuiſſe Legione anno 16. regni fratris ſui Adelphonſi, æra 1117. ſubiicit: interfuit etiam Renerius legatus & Romanæ eccleſiæ cardinalis, ibidemque celebrato concilio cum Bernardo Toletano primate, multa de officiis eccleſiæ ſtatuerunt, & etiam de cetero omnes ſcriptores omiſſa litera Toletana, quam Gulfilas Gothorum epiſcopus adinuenit, Gallicis literis vterentur. Hinc vero patet erraſſe Hermannum Conringium, qui concilium illud Toletanum vocat, & anno 1116. affigit, æram Hiſpanicam cum annis æræ Chriſtianæ confundens, præſertim cum Renerius ille, qui tum erat legatus apoſtolicæ ſedis, ab anno 1099. ad 1118. obtinuerit Romanum pontificatum, dictus Paſchalis II. Videndus quoque Mariana libri X. cap. 6.

CLVII.

VRBANVS II. Gallus e Caſtellione ad Matronam fluuium, Odo ſeu Otto de Lageriaco antea dictus, Oſtienſis epiſcopus, cum poſt mortem Victoris III. Romana ſedes 5.

Digitized by Google

menſibus & 16. diebus paſtore viduata fuiſſet, electus eſt die 12. Martii anni 1088. ſedit annis 11. menſibus 4. diebus 18. obiitque die 29. Iulii anni 1099. iiſdem imperatoribus, ac rege Philippo.

I. Epiſtola ad omnes fideles. II. ad Bernardum archiepiſcopum Toletanum. III. ad archiepiſcopum Tarraconenſem. IV. ad Anſelmum Mediolanenſem archiepiſcopum. V. ad Eliam epiſcopum Barenſem. VI. ad Rogerium ducem & Boamundum fratres, cum inſtrumenro donarionis factæ de ciuitate Tarraconenſi Romanæ eccleſiæ a Berengario comite Barcinonenſi. VII. ad Berengarium Auſonenſem epiſcopum. VIII. ad clerum & plebem Carnotenſem de Iuonis epiſcopi conſecratione. IX. ad Rogerium Senonenſem archiepiſcopum. Oratio eiuſdem papæ ad Iuonem epiſcopum a ſe conſecratum habita. X. ad Petrum abbatem Cauenſem. XI. ad clerum Turonenſem. XII. ad canonicos S. Martini Turonenſis. XIII. ad Rogerium comitem Siciliæ, ſeu priuilegium monarchiæ Siciliæ. XIV. ad Rodulfum comitem. XV. ad clerum populumque Salernitanum. XVI. ad Alexium CP. imperatorem. XVII. ad Lucium præpoſitum S. Iuuentii apud Ticinum. XVIII. ad Alphanum Salernitanum archiepiſc. XIX. ad Piſtorienſem & Ruſticum Vallis vmbroſæ abbates. XX. ad Richerium Senonenſem & ceteros Francorum epiſcopos. XXI. ad Hugonem archiepiſcopum Lugdunenſem.

* Iis vero addi poterunt tum aliæ, tum quæ ſequuntur.

* I. ad Guichardum Conſtanrienſem epiſc. * II. ad Robertum totius Flandriæ ſtrenuum milirem. * III. ad Lamberrum Atrebatenſem epiſcopum, ſiue priuilegium Atrebatenſis eccleſiæ. * IV. & V. ad Rainoldum Rhemenſem archiepiſcopum. * VI. & VII. ad clerum & populum Atrebatenſem. * VIII. ad eumdem Rainoldum. * IX. ad Lambertum Atrebatenſem epiſc. * X. ad eumdem Rainoldum. * XI. ad illum eiuſque ſuffraganeos. * XII. ad Alardum Atrebatenſem, &c. * XIII. ad abbates & abbatiſſas. * XIV. ad Robertum Flandrenſium comitem. * Hugonis Lugdunenſis archiepiſcopi epiſtola ad Robertum comitem Flandrenſium. * XV. ad Gualcherum Cameracenſem electum. * XVI. ad Robertum Flandriæ comitem. * XVII. ad Pibonem Tullenſem epiſcopum, ſuper quæſtionibus variis. * XVIII. decretum Rotgerio Sueſſionenſi abbati, vt in parochianis eccleſiis canonici ordinentur.

1089. ***Romanum*** I. concilium ſub Vrbano II. in quo res Gregorii VII. & Victoris III. contra Guibertum anripapam & Henricum IV. regem, alioſque ſchiſmaticos geſtæ, fuerunt a 115. epiſcopis confirmatæ, teſte Bertoldo.

Digitized by Google

* 1089. *Santonenſe* concilium die 4. Nouembris, in quo Amatus electus eſt archiepiſcopus Burdegalæ, vt verbis vtar chronici San-Maxentini, quod paſſim dicitur Malleacenſe. Alii ad annum præcedentem referunt.

1089. *Troianum* I. concilium in Apulia collectum, in quo ab epiſcopis fere 75. actum de coniugiis conſanguineorum diſſoluendis. Huius fragmentum ſeruauit Iuo Carnotenſis.

1090 *Toloſanum* concilium circa pentecoſtem, in quo coram pontificis Vrbani II. legatis & variarum prouinciarum epiſcopis Bertoldus docet multa in eccleſiaſticis cauſis emendata, Toloſanum epiſcopum de illatis criminibus canonice purgatum, & legationem pro reſtauranda chriſtianitate in Toletana ciuitate rege Hiſpanorum Alfonſo ſupplicante deſtinatam.

1090. *Melphitanum* concilium in Apulia celebratum, præſide Vrbano. II. indictione 13. menſe Septembri, cuius extant canones 16. Addit Romualdus Salernitanus archiepiſcopus in chronico, Rogerium a pontifice terram per vexillum cum ducatus honore accepiſſe, hominemque ligium effectum, &c.

1091. aut potius 1092. *Pariſienſe* concilium, in quo a Manaſſe Rhemenſi, Ricardo Bituricenſi, aliiſque epiſcopis lata eſt excommunicatio in perua ſores bonorum abbatiæ Compendienſis, vt patet ex diplomate Philippi regis dato anno 1092.

1091. *Beneuentanum* concilium, in quo teſte Bertoldo ſententiam anathematis ſuper Guibertum hæreſiarcham & omnes eius complices ſynodali iudicio confirmauit Vrbanus.

* 1092. *Stampenſe* concilium, præſide Richerio Senonenſi archiepiſc. de quo Iuo Carnotenſis epiſt. 12. ad Vrbanum papam magni ab eo tempore in Gallia nominis epiſcopus.

* 1092. *Sueſſionenſe* concilium a Rainaldo Rhemenſi archiepiſcopo, in quo Roſcelinus clericus hæreſim ſuam circa perſonas SS. Trinitatis in eo concilio eiurauit. Videndi S. Anſelmus, qui nondum fuerat creatus archiepiſcopus Cantuarienſis, lib. II. epiſt. 41. ad Fulconem epiſcopum Belluacenſem, & cap. 1. libri de incarnatione, Iuo Carnotenſis epiſt. 7. ad ipſum Roſcelinum ad vomitum priſtinaſque inſanias reuerſum, Petrus Abaillardus epiſt. ad Gaufredum epiſcopum Pariſienſem, &c. Errant ergo qui Sueſſionenſe iſtud concilium differunt in annum 1112. cum iam a tribus annis occubuiſſet S. Anſelmus.

* 1092 aut circiter, *Briuatenſe* concilium, cui præfuit Hugo Lugdunenſis archiepiſcopus, cum Auxienſi & Narbonenſi metropolitanis, &c. ex mſ. codice Maioris monaſterii.

* 1092. *Rhemenſe* concilium, præſide Rainaldo Rhemorum archiepiſcopo, aduerſus Robertum Barbatum Flandriæ comitem, qui morientes

Digitized by Google

clericos exhæredabat, &c. Extant apud nos mſſ. epiſtolæ ad eam cauſam ſpectantes Vrbani II. papæ & cleri Flandrenſis.

1092. *Rothomagenſe* concilium, itemque aliud anno ſequenti celebratum quidam memorant.

* 1093. *Burdegalenſe* concilium, præſide Amato Burdegalenſi archiepiſcopo, & S. R. E. legato: ex chronico Malleacenſi.

1093. *Troianum* II. concilium centum pene epiſcoporum, in quadrageſima, pro diuerſis eccleſiarum neceſſitatibus: ex Bertoldo & Romualdo.

1094. *Conſtantienſe* concilium, præſide Gebehardo illius eccleſiæ epiſcopo celebratum, in hebdomade maiori ante paſcha: qua de re plura dabit Bertoldus.

1094. *Auguſtodunenſe*, ſiue *Heduenſe* concilium celebratum 17. kal. Nouembres, præſide Hugone Lugdunenſi archiepiſcopo, ſedis apoſtolicæ legato, in quo actum de nuptiis Philippi regis Francorum, qui poſt repudiatam Bertam Florentii comitis Hollandiæ filiam, cum Bertrada vxore Fulconis Andium comitis coniugium inierat; de ſimoniaca hæreſi, de fautoribus Guiberti antipapæ, de incontinentia ſacerdotum, de monachis parochias inuadentibus, &c. Bertoldus in chronico: *In Galliarum ciuitate, quam Oſtionem*, ſiue Oſtunem, *vulgariter dicunt*, (ſic Germanus ſcriptor reddidit noſtrum *Autun*) congregatum eſt generale concilium a venerando Hugone, &c. Quibus ex verbis praue admodum intellectis Binius, Coriolanus, aliique architectati ſunt monſtrum quoddam, *Oſtionenſis* concilii, & Simon Starouolſcius in nupera conciliorum epitome, *Oſtienſis*, quod plurimos in fraudem induxit. Eiuſdem *Eduenſis* concilii meminerunt Hugo Flauiniacenſis, mſ. codex Maioris monaſterii, aliique.

* 1094. *Dolenſis* colloquii poſt Eduenſe concilium habiti coram primatibus & legatis Hugone & Amato, meminit idem codex mſ. Maioris monaſterii.

* 1094. *Rhemenſe* concilium, de quo Iuo Carnotenſis epiſt. 35. & chronicon Senonenſe: congregauit Philippus rex archiepiſcopos & epiſcopos regni ſui in Rhemenſi vrbe, & obtinuit ab archiepiſcopo Richerio magnis precibus, vt Rhemis ad concilium non dedignaretur ire, &c.

1094. *Placentinum* in media Longobardia ab Vrbano papa collectum concilium, circa mediam quadrageſimam, in quo & de Praxede ab Henrico imperatore repudiata, & de Philippo rege Galliarum, & de Alexio CP. imp. auxilium aduerſus Saracenos petente actum eſt. Bertoldus refert etiam canones in eo conſtitutos, & plura adiungit.

1095. *Claromontanum* concilium celebratum, præſide Vrbano II. in octaua S. Martini, die 17. Nouembris, præſentibus tredecim archiepiſcopis, compluribuſque epiſcopis, vſque ad 200. vel 300. In eo ſtatuta Placentinæ ſynodi confirmauit, & Philippum regem excommunicauit,

Digitized by Google

&c. Extant canones 32. cum variis mſſ. a nobis conferendi. Multa in eo fuiſſe peracta diſces ex Bertoldo, Petro diacono, Vvillelmis Gemeticenſi, Malmeſburienſi & Tyrio, Orderico Vitale lib. IX. hiſtoriæ eccleſiaſticæ, aliiſque.

Synodalis concio Vrbani papæ: ex Tyrio libri I. cap. 15.

Sermo alter eiuſdem in concilio Claromontenſi: ex codice Vaticano.

* Decreta data in Aruernenſi concilio 4. kal. Decemb. ex codice mſ.

Appendix ad concilium Claromontanum in duas partes tributa.

I. Decretum Vrbani II. & ſynodi Claromontanæ, de primatu Lugdunenſi, cum diſſertatione illuſtriſſimi & reuerendiſſimi Petri de Marca nunc archiepiſcopi Toloſani de primatu Lugdunenſi & ceteris primatibus.

II. Notæ ad canones I. II. VII. & XXVIII. concilii Claromontani.

1095. ***Anglicanum*** concilium, præſide S. Anſelmo Cantuarienſi archiepiſcopo, tertia ſeptimana quadrageſimæ: ex Edinero, qui & expulſionem S. Anſelmi e regno, & alia commemorat.

* 1096. *Rothomagenſe* concilium menſe Februario, præſide Guillelmo archiepiſcopo, aliiſque epiſcopis & abbatibus, in quo capitula ſynodi Claromontanæ ab iis qui interfuerunt, delata, lecta & promulgata a Giſleberto Ebroicenſi epiſcopo, qui pro ſua proceritate cognominabatur Grus, & Fulberto Rothomagenſi archidiacono, dein corroborata & approbata, atque inſuper ſtatuta octo, de quibus Ordericus Vitalis lib. IX. hiſtoriæ eccleſiaſticæ.

1096. *Turonenſe* concilium menſe Martio, ad tertiam quadrageſimæ hebdomadam, vt habet Bertoldus, vel ex chronico Senonenſi, ad 17. kal. Aprilis, in eccleſia S. Martini, in quo confirmata decreta ſynodi Claromontanæ, & priuilegia eccleſiæ S. Martini. Vide ſis Iuonis epiſt. 159. Ordericum Vitalem, chronicon Turonenſe, &c.

Idem Bertoldus teſtatur Philippum regem tandem domino papæ, dum adhuc in Galliis moraretur, ad ſatisfactionem veniſſe, & abiurata adultera in gratiam receptum fuiſſe: quod contigit in ſequenti concilio.

* 1096. *Nemauſenſe* concilium in menſe Iulio congregatum, teſte fragmento Floriacenſi hiſtoriæ Francicæ, a Roberto rege, &c. in quo etiam de expeditione Syriaca deliberatum. Chronicon Malleacenſe docet Vrbanum remeaſſe *Nemauſum*, ibidem tenuiſſe concilium, & reconciliaſſe Philippum. Extant canones 16. nondum editi.

* Idem meminit *Santonenſis* concilii, in quo imperatum eſt omnibus vigiliis apoſtolorum ieiunare. Charta S. Ioannis Angeriacenſis teſtatur anno 1096. die quo canitur, Lætare Ieruſalem, habitum fuiſſe concilium apud *Santonas* ab Amato archiepiſcopo Burdegalenſi, S.R.E. legato, cum epiſcopis numero 43. Charta Vindocinenſis monaſterii priuilegia confirmans, addit diem 6. nonas Martii, & indictionem 4.

1097. *Barenſe* concilium in Apulia celebratum, in quo S. Anſelmus

Cantuarienſis archiepiſcopus doctiſſime diſputauit aduerſus Græcos, eorumque errores refutauit, teſtibus Ediuero, Malmeſburienſi, aliiſque.

1098. ***Romanum*** II. concilium tertia hebdomada paſchæ celebratum, in quo Vvillelmo Rufo Anglorum regi conceſſæ ſunt induciæ ad reſipiſcendum vſque ad feſtum S. Michaëlis archangeli: ex Malmeſburienſi, Edinero, &c.

* 1098. ***Burdegalenſe*** concilium, indictione ſexta, 3. nonas Octobris, eodem præſide Amato: ex tabulis Angeriacenſibus.

1099. ***Romanum*** III. concilium, in eccleſia S. Petri, pridie kal. Maii, vel, vt Bertoldus habet, tertia hebdomade poſt paſcha, præſide Vrbano II. papa cum 150. epiſcopis, in quo de Guiberto iterum excommunicato, & itineris Hieroſolymitani negotio ſtatuti ſunt canones 18

* 1099. ***Audomarenſe*** concilium, pridie idus Iulii, apud S. Audomarum, in baſilica B. Mariæ, in quo petente Roberto iuniore Flandrenſium comite, recitata & confirmata eſt a Manaſſe Rhemenſi archiepiſcopo & ſuffraganeis pacis forma, quæ quinque capitulis conſtat: ex codice Igniacenſi.

* 1099. *Stampenſe* concilium Daimberti archiepiſcopi Senonenſis, de quo Iuo Carnotenſis, qui adfuit cum aliis, epiſt. 79. ad Philippum Tricaſſinum epiſcopum.

1099. ***Hieroſolymitanum*** concilium, in quo Theobertus Piſanus archiepiſcopus & apoſtolicæ ſedis legatus in patriarcham Hieroſol. electus eſt.

CLVIII.

PASCHALIS II. Tuſcus, antea dictus Rainerius, ſedit annis 18. menſibus 5. & diebus 4. ab idibus Auguſti anni 1099. ad 15. vel 12. kalendas Februarii anni 1118. quo obiit, imperantibus Alexio Comneno & Henrico V. rege vero Galliæ Ludouico Craſſo Philippi filio.

I. epiſtola ad exercitum in Palæſtina militantem. II. ad Albericum abbatem noui monaſterii in Cabilonenſi parochia ſiti, hoc eſt Ciſtercii, quod pauci aduertunt. III. ad Anſelmum Cantuarienſem. IV. ad Bernardum archiepiſcopum Toletanum. V. ad archiepiſcopum Panormitanum. VI ad archiepiſcopum Poloniæ. VII. ad Robertum Flandrenſium comitem. Epiſtola Leodienſium aduerſus Paſchalem papam anno circiter 1107. VIII. ad clerum populumque Bambergenſem. IX. ad Henricum regem Angliæ. X. ad Didacum epiſcopum Compoſtellanum. XI. ad epiſcopos Anagniæ & Campaniæ. XII ad Gebehardum Conſtantienſem & Odericum Pat auienſem epiſcopos. XIII. & XIV. ad Auguſtanum clerum & plebem. XV. ad clerum & plebem Arelatenſem. XVI. ad Anſelmum Cantuarienſem archiepiſcopum.

Digitized by Google

XVII. ad Gerardum archiepiſcopum Eboracenſem. XVIII. ad Balduinum regem Hieroſolymitanum. XIX. ad Gibelinum Hieroſolymitanum patriarcham. XX. ad Bernardum Antiochenum patriarcham. XXI. ad Didacum Compoſtellanum epiſcopum. XXII. ad Henricum V. imperatorem. XXIII. ad Ioannem Tuſculanum & Leonem Vercellenſem epiſcopos & cardinales. XXIV. ad Guidonem Viennenſem epiſcopum. XXV. ad Auguſtanæ eccleſiæ clerum. XXVI. ad Arnoldum archiepiſcopum Moguntinum. XXVII. ad canonicos Auguſtanæ eccleſiæ. XXVIII. ad Bernardum Antiochenum patriarcham. XXIX. ad Balduinum regem Hieroſolymitanum. XXX. ad epiſcopos Angliæ. XXXI. ad Henricum regem Angliæ. XXXII. ad Pontium Cluniacenſem abbatem.

* Hiſce epiſtolis plures, Deo dante, ſubiungemus vice appendicis, ex hiſtoriæ Vezeliacenſis libro I. quinque, ex ſpicilegio aliquor, & ex noſtris ſcriniis.

* 1100. *Valentinum*, ex verbis Hugonis Flauiniacenſis, quæ ſubiicio: aduenerunt miſſi ad Gallias legati S. R. E. Ioannes & Benedictus: a quibus concilium primo apud Eduam deſignatum, apud vrbem *Valentinam* inſtitutum eſt pridie kal. Octobris, ad quod conuenerunt, &c.

* 1100. *Pictauenſe* I. concilium aggregatum in eccleſia S. Petri, die octauarum S. Martini, epiſcoporum & abbatum numero octoginta, præſidibus iiſdem legatis Ioanne & Benedicto. In eo actum de Philippo rege, qui Bertradam reuocarat. Nos plura cum ex Hugone noſtro Flauiniacenſi, Iuonis epiſt. 84. 95. 100. 134. 211. 212. chronicis Malleacenſi, Senonenſi, aliiſque, vitis beatorum abbatum Vitalis, Roberti, &c. Hildeberti epiſt. 19. qua ſe excuſat, &c.

* Proferemus quoque decreta *Pictauenſis* concilii numero 16. ex præcepto domni Paſchalis papæ II. die 9. kal. Decembris: neque enim ſanciti ſunt in eo concilio decem illi ſiue vndecim canones, quos ex Vaticano codice vulgauit Baronius, & ex eo mutuati ſunt Binius, Coriolanus, Baillius, ſimileſque.

* 1100. aut ſequentis initio, *Anſanum* concilium ab archiepiſcopis 5. & epiſcopis 9. habitum, de Hieroſolymitano itinere, quod paullo poſt ſuſcepit Hugo Lugdunenſis archiepiſcopus. Alterum quoque *Anſanum* reuocatur ad annum circiter 1112. cuius mentionem fecerit Iuo epiſt. 238. quam ſuo tempore excutiemus.

XII. Chr. ſæculum. 1102. *Lateranenſe* I. concilium circa kalendas Februarii indictum, ſed tranſacta media quadrageſima celebratum, a Paſchale II. aduerſus Henricum IV. Germaniæ regem, cum formula anathematiſmi. Plura Vrſpergenſis, Petrus diaconus, aliique.

1102. *Londinenſe* I. concilium, in quo incontinentes clerici depoſiti ſunt, & ordinati quidam epiſcopi: ex Malmeſburienſi, &c.

1102.

1102. *Londinenſe* II. in eccleſia S. Petri, circa feſtum S. Michaëlis, præſide S. Anſelmo Cantuarienſi archiepiſcopo, annuente Henrico rege, de quo plura Malmeſburienſis, qui canones exhibet.

* 1104. *Trecenſe* I. concilium celebratum 5. kal. Aprilis, ind. 12. præſide Richardo Albanenſi epiſcopo, S. R. E. legato: ex chronico Senonenſi. Legendæ Iuonis Carnotenſis epiſtolæ 141. & 258. vita S. Godefridi Aurelianenſis epiſcopi, & literæ Hugonis comitis Trecenſis de libertate conceſſa domibus canonicorum eccleſiæ Trecenſis, multiſque conceſſis abbatiæ Moliſmenſi, ſi tamen ex omni ex parte ſinceræ ſunt, in quibus numerantur plerique epiſcopi.

* 1104. *Balgentiacenſe*, ſic enim Latine nominandum fuit, non Baugencienſe, celebratum die 30. Iulii, præſide eodem Richardo cardinale legato, ad ſedandam de nuptiis Philippi regis controuerſiam.

* 1105. Philippi regis Francorum epiſtola ad Lambertum Atrebatenſem epiſcopum. Item eiuſdem Lamberti Atrebatenſis epiſcopi literæ ad Paſchalem papam de conceſſa Philippo regi ac Bertradæ Pariſiis abſolutione, præſentibus Daimberto, Rodulfo, Iuone, aliiſque præſulibus, 4. nonas Decembres, anno Dei Chriſti 1105. Paſchalis II. papæ quinto. Vide pag. 31. ſpeciminis nouæ bibliothecæ mſſ. librorum.

1105. *Florentinum* concilium 340. epiſcoporum, ſi qua fides hiſtoricis quibuſdam, aduerſus Fluentium epiſcopum Florentinum, qui iam tum natum eſſe dicebat Antichriſtum.

1105. *Quintilineburgenſe*, ſeu potius *Northuſunenſe* concilium in Thuringia celebratum 4. kal. Iunii, pro reformandis eccleſiæ moribus, vt teſtantur Otto Friſingenſis, ſynchronus ſed anonymus auctor apud Conradum Vrſpergenſem, chronicon Hildesheimenſe., Trithemius, &c.

1105. *Moguntinus* totius regni Teutonici conuentus, factus in natali dominico, in quo Henricus IV. rex a pſeudo-papa Clemente III. coronatus, imperio priuatus eſt, mediante Henrico iuniore, vt pluribus Vrſpergenſis Conradus refert in ſuo chronico, aliique.

* Ad eadem tempora refertur concilium *incerti loci* in hoc Galliæ regno, præſide S. Brunone Signienſi epiſcopo, Paſchalis II. papæ legato, de quo Petrus diaconus in chronico Caſſinenſi lib. IV. cap. 33. niſi forte idem ſit cum ſequenti, vt arbitratus ſum in ſynopſi hiſtorica.

* 1106. *Pictauienſe* concilium die 7. kal. Iunii celebratum, in quo interfuit Boamundus dux, quem Bruno legatus S. R. E. adduxiſſe dicitur ad inuitandam & confortandam viam ſancti ſepulcri, vt auctor eſt monachus ſiue San-Maxentinus, ſiue Malleacenſis in chronico. Adfuiſſe teſtatur ſe huic concilio Sugerius in vita Ludouici Craſſi, quod quidam minus appoſite reuocant ad annum circiter 1118.

* 1106. *Exilidunenſe*, ſiue Exoldunenſe concilium, cui ſe interfuiſſe tradit Iuo Carnotenſis epiſt. 181.

Digitized by Google

* 1106. *Lexonienſe* concilium celebratum menſe Octobri, præſente rege Anglorum Henrico: apud Ordericum libro XI.

1106. *Guaſtallenſe* concilium in Longobardia ad Padum fluuium celebratum hebdomada quarta Octobris, in loco qui Vvaſtallis dicitur, de ſchiſmaticis epiſcopis ac clericis in vnionem eccleſiæ aſſumendis: ex Vrſpergenſi, Domnizone, Vdalſcalco, aliiſque.

Galonis S. R. E. cardinalis conſtitutiones 10. & Vvillelmi Pariſienſis epiſcopi 17. quæ ad aliud tempus pertinent, ſimul iunctas inſeruit huic loco Binius.

1107. *Hieroſolymitanum* I. concilium, in quo Ebremaro depoſito Daibertus ſedi ſuæ reſtitutus eſt patriarcha Hieroſolymitanus: ex Tyrio.

1107. *Floriacenſe* concilium, ex Iuonis Carnotenſis epiſtola 218. In eo leuatum aiunt ſancti Benedicti corpus, quod centum poſt annis ſcimus factum a S. Guillelmo archiepiſcopo Bituricenſi.

* 1107. *Anſanum* concilium, Ioanne archiepiſcopo Lugdunenſi præſide, de quo Iuo Carnotenſis epiſt. 228.

* 1107. aut 1108. indict. 1. ex Orderico Vitale libro VIII. *Rothomagenſe* concilium, præſide Guillelmo metropolitano, de neceſſariis eccleſiæ rebus celebratum.

*1107. *Trecenſe* concilium, idibus Maii, ſiue circa aſcenſionem Domini, præſente ſummo pontifice Paſchale II. vbi inter multa, inquit Vrſpergenſis, quæ pro tempore & neceſſitate correxit, ſententiam de libera paſtorum electione, & de coërcenda laïcorum in eccleſiaſticas dignitates præſumptione, iuxta prædeceſſorum ſuorum decreta promulgauit. Chronici Senonenſis auctor ait, mentionem maximam fuiſſe de Hieroſolymitano itinere, & de treuia Dei. Addit chronicon Malleacenſe, vt per nullam guerram incendia domorum fierent, nec oues aut agni raperentur. Videndi quoque Iuo epiſt. 176. Sugerius in vita Ludouici Craſſi, &c.

1108. *Londinenſe* III. concilium kal. Auguſti celebratum, de inueſtitura a laïcis non accipienda: ex Rogerio, Matthæo vtroque, ſcilicet Pariſio & Vveſtmonaſterienſi, aliiſque.

1108. *Beneuentanum* I. concilium celebratum Octobri menſe, de inueſtitura beneficiorum eccleſiaſticorum a laïcis non ſumenda: ex chronicis Caſſinenſi & cœnobii S. Vincentii ad fontes Vulturni.

* 1109. *Pictauenſe* II. concilium, ad reformandos eccleſiæ mores, kalendis Decembris habitum a cardinalibus Ioanne & Benedicto dicitur a Binio, Coriolano, Baillio, Staronolſcio, ac ſimilibus ſcriptoribus, ſed falſo, vt pluribus alias oſtendemus. Canones enim illi 16. pertinent ad Pictauenſe anno 1100. celebratum.

* 1109. *Trenortianum* concilium, præſidente Guidone Viennenſi archiepiſcopo, S. R. E. legato, cum Gauceranno Lugdunenſi & aliis, in-

Digitized by Google

dictum pro controuerſia inter canonicos S. Ioannis & S. Stephani Veſontionenſis, quam Paſchalis papa Guidoni legato commiſerat.

1109. *Rhemenſe* concilium frequenti concurſu epiſcoporum ac procerum habitum, in cauſa Godefridi Ambianenſis epiſcopi, aduerſus monachos S. Valerici in Vinemaco pago, vt pluribus Nicolaus monachus eius vitæ ſcriptor.

1109. *Lateranenſe* concilium celebratum indictione tertia, nonis Martii, præſidente Paſchale papa: ex chronico S. Petri Viui Senonenſis.

* 1110. *Toloſanum* & *Claromontanum* diſcimus ex verbis chronici Senonenſis S. Petri Viui, vbi ſic loquitur Richardus Albanenſis epiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus: Toloſam ad concilium properantes, Claromontem venimus, & epiſcopum ſynodum celebrantem inuenimus, &c.

* 1110. *Floriacenſe* concilium kalendis Octobris, præſide eodem Richardo celebratur in monaſterio S. Benedicti ſuper Ligerim, in quo adfuerunt 4. metropolitani, &c. quæ dabit idem chronicon Senonenſe. Eiuſdem concilii mentio apud Iuonem epiſt. 216. ad Richardum legatum.

1111. *Hieroſolymitanum* concilium, quo per epiſcopum Præneſtinum Cononem legatum anathemate condemnatus eſt Henricus V. imperator: quod etiam idem præſtitit in Græcia, Borealibuſque prouinciis, cum eas munere legationis luſtraret, quinque celebratis conciliis, quæ enumerat ipſe Paſchalis papa apud Vrſpergenſem, in Græcia nimirum, Hungaria, Saxonia, Lotharingia, & Francia.

1112. *Lateranenſe* II. concilium 5. kal. Aprilis celebratum, in baſilica Conſtantiniana, in quo a centum ferme epiſcopis priuilegium illud, quod de concedendis ſibi beneficiorum inueſtituris Henricus V. a Paſchale papa per vim extorſerat, reuocatum eſt, & in ipſum imperatorem anathematis ſententia promulgata. Extant acta, ex codice Nicolai Aragonii, cui iungendi Petrus Caſſinenſis, Malmeſburienſis, Vrſpergenſis, aliique.

Ioannis Tuſculani epiſcopi agentis vices papæ vincti Iesv Christi, ad Richardum Albanenſem epiſtola.

Epiſtola Paſchalis papæ ad Henricum imperatorem.

1112. *Viennenſe* concilium 17. kal. Octobris, indictione 5. in quo Henricus V. imp. ob extortas per vim ac fraudem inueſtituras excommunicatus eſt, præſide Guidone archiepiſcopo, S. R. E. legato, aſtantibus SS. Godefrido Ambianenſi & Hugone Gratianopolitano epiſcopis. Plura Iuretus in notis ad Iuonis Carnotenſis epiſtolas.

* Guidonis illius, & eorum qui concilio adfuerunt, epiſtola ad Paſchalem papam, cum reſcripto Paſchalis dato Laterani 13. kal. Nouembris, quod apud Binium deeſt.

1112. *Stampenſe* concilium celebratum menſe Decembri, præſide Daimberto Senonenſi archiepiſcopo: ex epiſtola 131. Iuonis Carnotenſis, qui interfuit.

1113. *Beneuentanum* II. concilium, in cauſa Caſſinenſi monaſterii: ex eodem Caſſinenſi chronico.

1114. *Apud Cyperanum* in Calabria concilium a Paſchate II. papa celebratum, in quo Caſſinenſis monachus, qui inuitus in monaſterium fuerat intruſus, a voto abſolutus eſt, & Guillelmus dux Apuliæ Calabriæque conſtitutus, ex eodem chron. cui iungendum Beneuentanum.

1114. *Beluacenſe* concilium 8. idus Decembris, præſide Cônone Præneſtino epiſcopo, S. R. E. legato, vbi actum de inueſtituris laïcorum, de Thoma de Marla eccleſias & monaſteria vexante, de receſſu S. Godefridi Ambianenſis epiſcopi ad Cartuſianos, &c. Nos Sigeberti auctario & Nicolao monacho adiungemus Sugerium in vita Ludouici Craſſi, qui generalem Gallicanæ eccleſiæ conuentum vocat. Videndæ quoque Iuonis epiſtolæ, &c.

1115. *Syriacum* concilium in cauſa Arnulphi patriarchæ Hieroſolymitani: ex Tyrio.

1115. *Troianum* in Apulia concilium Auguſti menſis tempore, die 9. kal. Septembris celebratum, in cauſa treguæ Dei: ex Petro diacono, auctore chronici Beneuentani, qui aderat, aliiſque.

1115. *Rhemenſe* concilium die 5. xalendas Aprilis, in quadrageſima, dominica Lætare Ieruſalem, in quo Cono Præneſtinenſis epiſcopus, legatus, eumdem Henricum imp. damnauit: ex mſ. Montis Dei, chronico Senonenſi, &c. Frequentiſſimam ſynodum vocat vita Godefridi Ambianenſis epiſcopi lib. II. cap. 11.

1115. *Trecenſe* concilium die 4. nonas Aprilis: ex antiquitatibus Tricaſſinis Nicolai Camuſatii.

* 1115. *Colonienſe* concilium celebratum in templo S. Gereonis, præſide eodem Conone, circa paſchales ferias, aduerſus Henricum imp. eiuſque ſequaces: ex mſ. Montis Dei.

1115. *Catalaunenſe* concilium, eodem præſide, iiſdemque de cauſis, die 4. ſeu potius 5. idus Iulii habitum, ex chronicis Senonenſi & Montis Dei. Frizonius ex Gallico Andreæ Ducheſnii minus perite reddidit Cabilonenſe, quod quibuſdam aliis fucum fecit.

1116. *Colonienſe* concilium alterum auctoritate Theoderici cardinalis & apoſtolicæ ſedis legati indictum, in natiuitate Domini, ob promulgandam excommunicationem, quæ in Henricum imperatorem Romæ prolata erat: ex Vrſpergenſi & Trithemio.

1116. *Lateranenſe* III. pridie nonas Martii, ordinationis Paſchalis anno 18. celebratum per ſex dies, quarum prima fuit ſecunda feria tertiæ hebdomadæ quadrageſimalis, vt pluribus Vrſpergenſis, qui ſingula ſigillatim exponit.

* 1116. *Romanum* concilium mediante quadrageſima habitum, in cauſa Cluniacenſis & Caſſinenſis abbatum collocant hoc anno Binius, Co-

Digitized by Google

riolanus, Starouolſcius, alii: ex cap. 62. libri IV. Caſſinenſis chronici; ſed non eſt neceſſe Romanum iſtud a præcedente Lateranenſi diſtinguere, cum præſertim certum ſit Pontium Cluniacenſem abbatem illi interfuiſſe.

* 1116. *Lingonenſis* ſynodi poſt paſcha, & alterius poſt collectionem frugum celebratæ mentionem reperies in chronico S. Petri Viui Senonenſis.

CLIX.

GELASIVS II. patria Caietanus, Ioannes antea dictus, monachus Caſſinenſis, & cardinalis, ſedit annum 1. & dies 4. a die 2. Ianuarii anni 1118. vſque ad diem 29. Ianuarii anni ſequentis, quo in Cluniacenſi monaſterio obiit, imperantibus Ioanne Comneno & Henrico V. rege vero Galliæ Ludouico VI.

I. Epiſtola ad Gallos. II. ad Bernardum Toletanum epiſc. III. ad clerum & plebem Romanam. IV. ad Gualterum Rauennatem archiepiſcopum. V. ad exercitum Chriſtianorum Cæſaraugustam obſidentium. Epiſtola Petri Cæſaraugustani epiſcopi ad omnes fideles.

1118. *Capuanum* concilium, in quo Henricus V. imp. vna cum idolo ſuo ſcilicet Mauritio Burdino antipapa, qui ſe Gregorium VIII. nominabat; excommunicatus eſt a Gelaſio papa: teſte Vrſpergenſi.

1118. *Colonienſe* concilium ex eodem auctore celebratum, cum Teutonicis, a Conone Prænestino epiſcopo adhuc legatione Gelaſii functo, aduerſus Henricum imperatorem, in quo S. Nortbertus nouiter conuerſus in peregrino habitu, in multis accuſatus, prudenter ſe excuſauit. De iiſdem Anſelmus abbas Gemblacenſis, Vrſpergenſis, & alii.

1118 *Frideſlarienſe* ab eodem Conone & ob eamdem cauſam: ex Conrado Vrſpergenſi.

1118. Chronicon Malleacenſe memorat habitum *Toloſæ* concilium, in quo confirmata eſt via de Hiſpania, & *Engoliſmæ* aliud, vbi archiepiſcopus Turonenſis & alii duo confirmati ſunt.

1118. indictione 12. nonis Octobris, *Rothomagi* concilium congregatum eſt, vbi rex Henricus de pace regni tractauit cum Radulfo Cantuariæ archiepiſcopo, &c. quæ diſces ab Orderico Vitale lib. XII.

1119. anni initio, apud *Viennam* ſynodum celebrauit Gelaſius papa, qui paullo poſt obiit in monaſterio Cluniacenſi die 29. Ian. ex Conrado Vrſp. qui etiam de Triburienſi conuentu nonnulla habet, cui imp. interfuit.

CLX.

CALLISTVS II. Guido antea nuncupatus, frater Ste-

Digitized by Google

phani Burgundiæ comitis, filius Guillelmi, qui Caput-audax cognominatus eſt, in cœnobio Cluniacenſi electus Romanus pontifex kal. Februariis anni 1119. ſedit annis 5. menſibus 10. diebus 13. vſque ad diem 13. Decembris B. Luciæ ſacrum, anno 1124. quo obiit, ſub iiſdem impp. ac rege.

I. Epiſtola ad Adalbertum Moguntinum archiepiſcopum. II. ad Stephanum abbatem Ciſtercienſem. III. ad canonicos Viennenſes. IV. ad epiſcopos & clerum Galliæ. V. ad Henricum imp. VI. ad Pelagium Bracarenſem epiſcopum. VII. & VIII. ad Ottonem Bambergenſem epiſc. Pomeranorum apoſtolum. * Item ad Ludouicum regem Francorum & alios.

* 1119. *Toloſanum* concilium die 8. idus Iunii, præſente Calixto papa celebratum (quod minus recte Catellus, aliique vulgo ex Bernardo Guidonis, faſciculo temporum, ſimilibuſque ſcriptoribus referunt ad annum 1120. vel 1124.) vbi inter cetera damnati hæretici, & depulſi ab eccleſia, qui religionis ſpeciem ſimulantes, dominici corporis & ſanguinis ſacramentum, baptiſma infantium, ſacerdotium, & omnes eccleſiaſticos ordines damnabant. Vide chronica Malleacenſe & Mauriniacenſe prope Stampas, &c. ex quibus iter, quod pontifex triuit, perſcrutari licebit. Nos canones inſuper quatuor nunquam editos in lucem proferemus.

1119. *Rhemenſe* concilium ab eodem papa celebratum menſe Octobri, die 12. kal. Nouembris, præſente Ludouico VI. Francorum rege, pluribuſque epiſcopis. Iis quæ ex Baronio congeſſit pro more Binius, plura ſubiiciemus, tum ex aliis illius æui ſcriptoribus & mſſ. codicibus, tum maxime ex Orderico Vitale libro XII.

* 1119. *Rothomagenſe* concilium tertia menſis Nouembris hebdomada, a Goiffredo archiepiſcopo coactum eſt, poſtquam ex Rhemenſi rediiſſet, teſte eodem Orderico Vitale lib. XII. pag. 866.

* 1120. *Bellouacenſe* concilium die 15. kal. Nouembres, præſide Conone, qui trium prouinciarum legatus fuit Rothomagenſium, Senonenſium, & Rhemenſium.

1120. *Sueſſionenſe* concilium, cui præſedit Cono epiſcopus Prænestinus, accitus a Radulfo Rhemenſi archiepiſcopo, contra Petrum Abailardum, qui librum, quem de Trinitate ſcripſerat, propria manu igni dare coactus eſt ab epiſcopis, vt narrat ipſemet capp. 9. & 10. hiſt. calamitatum ſuarum. Videndus quoque S. Bernardus, Otho Friſingenſis, &c.

1120. *Apud Neapolim* vrbem Samariæ concilium a Guaremundo patriarcha Hieroſolymitano celebratum, ad reformandos eccleſiæ mores, præſente Balduino rege, aliiſque pluribus: ex Tyrio.

1121. *Romanum* I. concilium, in quo teſte auctore chronici Caſſinenſis lib. IV. cap. 80. Oderiſius Caſſinenſis abbas conſecratus eſt.

Digitized by Google

LATERANENSE I. generale, ſiue œcumenicum nonum, in quadrageſima anni 1112. vt vulgo ex Baronio aſſerunt, vel potius anni ſequentis, celebratum a trecentis & amplius epiſcopis, pro pace & concordia inter eccleſiam & imperium ineunda.

Epiſtolæ Calliſti papæ ad Gallos & ad Henricum imperatorem ſcriptæ præcedunt.

Sequuntur canones 22.

Reſtitutio inueſtiturarum ab imp. Henrico facta.

Conceſſio Calliſti papæ II. Henrico imp. facta.

1123. *Romanum* II. concilium, in quo ob reſtitutum in comitiis Vvormatienſibus ab imperatore per vim ac fraudem extortum inueſtiturarum ius, & vt loquitur Sigeberti continuator anonymus, exſeſtueatum, pax inter imperium & ſacerdotium inita confirmata eſt.

1124. *Toloſanum* concilium falſo hic a Binio eiuſque ſequacibus intruditur ex faſciculo temporum Vverneri Rolleuinckii, celebratum auctoritate Calliſti papæ, contra quoſdam hæreticos monachos in bona eccleſiæ & ſacramenta blaſphemos. Nec ficti illi religioſi dici debuerant monachi. Vide ſupra anno 1119. concilium Toloſæ a Calliſto congregatum.

* 1124. Chronicon Malleacenſe quatuor memorat in Galliis celebrata concilia, de quibus altum apud ceteros ſilentium: I. *Carnoto*: II. *Clermundo*, vt loquitur, hoc eſt Claromonte in Aruernia: III. *Beluago*: IV. *Vienna*.

CLXI.

HONORIVS II. Bononienſis, dictus antea Lambertus de Fagnano, ſedit annis 5. menſe vno & diebus 17. à die 14. vel 21. Decembris anni 1124. vſque ad diem 14. vel 24. Februarii anni 1130. quo obiit, imperante Ioanne Comneno, regnantibus in Germania Lothario Saxone, & in Gallia Ludouico Craſſo.

I. Epiſtola ad Petrum Cluniacenſ. abbatem. II. ad Tyrios. III. ad Guaremundum Hieroſolymitanum archiepiſcopum. IV. ad regem Daniæ. * Aliæ ad alios ex editis & mſſ. codicibus ſubiicientur.

1125. *Londonienſe* I. concilium apud Vveſtmonaſterium, in eccleſia B. Petri, Septembris die 9. celebratum, præſide Ioanne de Crema cardinale legato, coram archiepiſcopis Cantuar. & Eboracenſi. Extant capitula 14. ex continuatore Florentii Vvigornienſis, Matthæo Pariſio, &c.

* 1127. *Namnetenſe* concilium menſe Octobri, cui præſedit Hildeber-

Digitized by Google

tus Turonenſis archiepiſcopus. Illius acta explicantur in epiſtola 65. Hildeberti ad Honorium papam, confirmantur vero ab Honorio epiſtola ſequenti, quæ eſt 66. Tempus autem illius diſcimus ex catalogo Leonenſium epiſcoporum, in quo Vvallo dicitur huic interfuiſſe concilio menſe Octobri anni 1127. quod fruſtra alibi reperias. *Senonenſe* eidem anno affigitur, aut ſequenti, præſide Henrico archiepiſcopo. Ab eo diſtinctum arbitror *Aurelianenſe* illud, ad quod inuitatus Goffridus abbas Vindocinenſis ab Humbaldo archiepiſcopo, apoſtolicæ ſedis legato (ſub Honorio, vt docet epiſtola 22. S. Bernardi) excuſauit ſe libri I. epiſt. 29. quod ad concilia legatorum venire non debeat.

1127. *Londonienſe* II. concilium in monaſterio S. Petri ad vrbis occiduam partem ſito celebratum, præſide Guillelmo Dorobernenſi archiepiſcopo & legato apoſtolicæ ſedis, die 3. idus Maii, pro reformandis eccleſiæ moribus. Extant capitula 10.

* 1128. In ſolemnitate S. Hilarii (vnde non mirum Gallicano more annum 1127. a pleriſque chronologiæ noſtratis cum Romana comparandæ ignaris aſſignari) *Trecenſe*, ſeu Tricaſſinum concilium celebratum eſt, in quo Templariis militibus, anno inſtitutæ ſuæ religionis nono, præſcripta eſt regula cum albo habitu, præſide Matthæo cardinale, epiſcopo Albanenſi, S. R. E. legato, præſentibus archiepiſcopis Rhemenſi & Senonenſi cum ſuffraganeis ſuis, Stephano Ciſtercienſi, Bernardo Clarauallenſi, aliiſque abbatibus. De eo Guillelmus Tyrius, Ioannes Michaëlenſis ſcriba concilii, aliique. Alias teſtimonium produximus beati Humberti ordinis prædicatorum generalis magiſtri, ſermone 36. ex hiſtoria quadam tranſmarina: *Milites Deo deuoti in manu patriarchæ deuouerunt ſe viam publicam defenſuros, nec fuerunt a principio niſi decem. Poſtea autem apud Cratas* (corrige, Trecas) *celebrato concilio anno Domini* 1128. *ordo iſte confirmatus eſt ad pugnandum contra Saracenos*, &c.

Regula pauperum commilitonum Chriſti templique Salomonici poſt prologum, capitibus 72. definita.

1128. *Rauennate* concilium, in quo præſide Petro cardinale tituli ſanctæ Anaſtaſiæ, Aquileienſis & Venetiarum patriarchæ depoſiti ſunt.

CLXII.

INNOCENTIVS II. Romanus, Gregorius Papareſcus antea dictus, ſedit annis 13. menſibus 7. diebus 20. a die 14. vel 24. anni 1130. quo electus eſt in ſchiſmate cum Petro Leonis, qui dictus eſt Anacletus II. vſque ad diem 24. Septembris anni 1143. quo obiit, imperante poſt patrem Manuele Comneno, regnantibus in Germania Conrado III. & in Gallia Ludouico iuniore.

I. Epiſtola

I. Epiſtola ad Rainaldum Rhemenſem, &c. II. ad Lotharium & Richizam. III. ad Arronem epiſcopum Piſtorienſem. IV. & V. ad Vvillelmum Hieroſolymitanum patriarcham. VI. ad Gerardum Tripolitanum, &c. VII. ad Radulfum patriarcham Antiochenum. VIII. ad Balduinum Berytenſem, &c. IX. ad Rogerium Siciliæ regem. X. ad Henricum Senonenſem, &c. XI. ad Samſonem Rhemenſem archiep. XII. ad Stephanum S. Memmii abbatem. * Eiuſdem ad Ludouicum VI. regem, ad Gaufredum Carnotenſem epiſcopum, ad Stephanum Pariſienſem epiſcopum, ad Hugonem Arrebatenſem archidiaconum, ad Hugonem Rothomagenſem archiepiſcopum, ad Petrum venerabilem abbatem Cluniacenſem, & alios.

1130. *Claromontanum* concilium, indictione 8. menſe Nouembri, præſente Innocentio II. papa celebratum, in quo Anacletus antipapa cum ſuis ſectatoribus damnatus. Vide Petrum Cluniacenſem abbatem lib. II. de miraculis cap. 16. Othonem Friſingenſem lib. VII. cap. 18. Bernardum Guidonem in libello de conciliis, &c.

1130. *Podienſe*, ſiue Anicienſe, concilium habitum, præſide Vulgrino Aquitanorum primate, qui Girardum epiſcopum Engoliſmenſem in Aquitania II. ſtantem a partibus Anacleti depoſuit. Vide Guigonem Cartuſiæ priorem in vita S. Hugonis Gratianopolitani epiſcopi. Nonnulla quoque ad eam cauſam ſpectantia reperies in patriarchio Bituricenſi tomo II. nouæ bibliothecæ mſſ. librorum.

1130. *Stampenſe* concilium in cauſa Innocentii II. pontificis aduerſus Petrum Leonis antipapam: ex Sugerio in vita Ludouici Craſſi, ex Arnaldo lib. II. vitæ S. Bernardi, ex Vincentio Bellouacenſi, aliiſque.

1130. *Iotrenſe*, ſiue Iotrinum concilium conuocatum die 13. kalend. Septembris, mandato Gaufredi epiſcopi Carnotenſis, S. R. E. legati, poſt cædem Thomæ prioris S. Victoris a nepotibus Theobaldi archidiaconi Pariſienſis nefarie interfecti: ex S. Bernardo, Petro Cluniacenſi, aliiſque apud Ioannem Picardum in notis ad epiſt. 158. S. Bernardi.

Excommunicatio lata a Stephano Pariſienſi epiſcopo in homicidas, in epiſtola ad archipreſbyteros.

Epiſtola eiuſdem ad Gaufridum Carnotenſem epiſcopum.

Epiſtola Hugonis Gratianopolitani epiſcopi, & Guigonis prioris Cartuſienſium ad patres in ea ſynodo congregatos.

Innocentii II. papæ epiſtola ad metropolitanos Rainaldum Rhemenſem, Hugonem Rothomagenſem, Hugonem Turonenſem, eorumque ſuffraganeos.

* 1131. *Rhemenſe* concilium coram eodem Innocentio II. papa, menſe Octobri celebratum: de quo videndi Sugerius in vita Ludouici Craſſi, continuatores Sigeberti, chronicon Mauriniacenſe, Vrſpergenſis, Dodechinus, chronicon Turonenſe, &c. quique ſcripſerunt de geſtis ſancto-

Digitized by Google

rum Bernardi atque Nortberti: qui etiam monent Ludouicum VII. ſeu Iuuenem dictum, pro Philippo fratre ſuo paullo ante demortuo fuiſſe a papa ibidem coronatum regem Francorum, præſente eius patre. Addemus quoque ex codicibus Floriacenſi & S. Michaëlis in Tumba decreta Innocentii II. in hoc Rhemenſi concilio numero 14. eadem fere quæ poſtea ab eodem papa fuerunt edita in concilio Lateranenſi anno 1139.

1131. *Leodienſe* concilium, in quo Otto Halberſtratenſis epiſcopus ab Innocentio papa priſtino honori reſtitutus eſt: ex Stadenſi, Friſingenſi, Dodechino, Sugerio, aliiſque, ex quibus mendacii conuincitur Petrus Caſſinenſis.

1131. *Moguntinum* concilium, præſente rege Lothario, præſidente Matthæo Albanenſi cardinale legato, cum Moguntinenſi & aliis, in quo Bruno Argentinenſis epiſcopus reſignauit epiſcopatum ſuum, a clero & populo accuſatus, teſte Dodechino.

1132. *Placentinum* concilium, quod recedens e Gallia Innocentius, dum Romam pergeret, celebrauit aduerſus Anacletum antipapam: ex Petro Cluniacenſi.

1134. *Piſanum* concilium, aggregatis ab Innocentio II. totius occidentis epiſcopis, in quo iterum excommunicatus Anacletus: ex auctore libri II. vitæ S. Bernardi, Petro Cluniacenſi, continuatoribus Sigeberti, &c.

1137. *Sueſſionenſe* concilium aduerſus Petrum Abaillardum collocatur a Binio ex Othone Friſingenſi; ſed alii ad anteriora reuocant tempora. Vide ſupra annum 1120. Plura de eo Picardus ad epiſtolas 190. & 191. quæ in quibuſdam caſtiganda.

1138. *Nortamptonienſe* in Anglia celebratum in octauis paſchæ, quod erat 4. idus Aprilis, coram Stephano rege, præſide Turſtano Eboracenſi archiepiſcopo: ex continuatore Florentii Vvigornienſis.

1138. *Londonienſe* in eccleſia S. Petri apud Vveſtmonaſterium, Stephani regis anno 3. Innocentii II. papæ 9. die 13. Decembris, vbi promulgata capitula 16. præſide Alberico Oſtienſi epiſcopo, S. R. E. legato in Angliam & Scotiam, cum epiſcopis ſeptemdecim, abbatibus circiter triginta, & aliis: eodem teſte anonymo.

1139. LATERANENSE II. generale, ſiue œcumenicum X. celebratum fuit Romæ ab Innocentio II. papa, mediante quadrageſima, die 8. Aprilis, cum epiſcopis fere mille, in quo poſt multa ſalutifera decreta promulgata, ſchiſmatici, qui parti Petri Leonis fauerant, damnantur, inquit Otho Friſingenſis, qui etiam multa narrat de Arnoldo de Brixia diſcipulo Petri Abaillardi, quem ſuis coloribus egregie depinxit Guntherus Ligurinus libro III. de rebus Frederici I. imp.

Digitized by Google

Addit auctor chronici Beneuentani, in eo Rogerium Siciliæ regem eiuſque ſequaces fuiſſe excommunicationis vinculis alligatos. Extant canones 30. cum epiſtola Innocentii II. ad Samſonem Rhemenſem, & Henricum Senonenſem archiepiſcopos, ac S. Bernardum, aduerſus Petrum Abaillardum (quem minus emendate Starouolſcius, aliique Britannum ſimpliciter appellant, cum fuerit Brito Aremoricus diœceſis Namnetenſis) & Arnaldum de Brixia Italum, peruerſi dogmatis fabricatores, & catholicæ fidei impugnatores, data Laterani 17. kal. Auguſti.

1139. *Vvintonienſe* I. concilium, præſide Theobaldo archiepiſcopo Cantuarienſi, exeunte Auguſto celebratum, aduerſus Stephanum regem Angliæ, qui violata immunitate eccleſiaſtica caſtella eccleſiæ inuaſerat, nonnulloſque epiſcopos carceribus manciparat, teſte Vvillelmo Malmeſburienſi, qui & acta concilii ſubiungit, & multa in laudem congerit Henrici Vvintonienſis epiſcopi, ſedis apoſtolicæ in Anglia legati, quem nec fraterna Stephani regis neceſſitudo, nec periculi metus, a vero exorbitare cogebat.

1140. *Senonenſe*, dictum etiam quibuſdam *Rhemenſe*, celebratum coram Ludouico VII. iuniore Francorum rege, vbi præſentibus Samſone Rhemenſi, & Henrico Senonenſi archiepiſcopis, victus a S. Bernardo Petrus Abaillardus diœceſis Namnetenſis e parœcia de Paletz iuxta Cliſſonium, & damnatus, ad apoſtolicam ſedem prouocauit, factuſque dum Romam pergeret, apud S. Marcellum in ſuburbio Cabilonenſi Cluniacenſis monachus, pœnitens obiit. Vide epiſtolam 189. S. Bernardi, Friſingenſem Othonem, Gaufridum monachum, Petrum Cluniacenſem, alioſque.

Epiſtola Samſonis archiepiſcopi & trium epiſcoporum ad Innocentium papam, quæ eſt 191. inter Bernardinas, cum reſcripto Innocentii ad Henricum Senonenſem, Rainaldum Rhemenſem, eorumque ſuffraganeos, & S. Bernardum.

1142. *Vvintonienſe* II. concilium actum feria 2. poſt octauas paſchæ, præſidente Henrico Vvintonienſi epiſcopo legato, vt fuſe Malmeſburienſis, cui tum viuenti ac ſcribenti, forte etiam præſenti, certius credas quam Neubrigenſi aut Pariſio, niſi forte duo fuerint diſtincta, quod alias ſcrupuloſius expendetur.

1142. *Antiochenum* concilium pridie kalendas Decembris celebratum, præſide Alberico Oſtienſi epiſcopo legato, aduerſus Radulfum patriarcham Antiochenum, quem ſe in pueritia vidiſſe aſſerit, qui iſta memorat plenius, Vvillelmus Tyrius cap. 15. libri XV.

Digitized by Google

1142. *Latiniacenſe* concilium, præſide Iuone S. R. E. legato, occaſione diſſenſionis inter epiſcopum Atrebatenſem & monachos Marchianenſis abbatiæ, e libris miraculorum ſanctæ Rictrudis.

1143. *Hieroſolymitanum* concilium ab eodem Alberico legato celebratum, in primitiua eccleſiarum matre ſancta Sion, in quo inter cetera, teſte Tyrio, cum Maximo Armeniorum catholico, vt vocant, diſputatum de fidei articulis, in quibus diſſentire videntur a nobis Armeni.

CLXIII.

CÆLESTINVS II. Tiphernas, Tuſcus, Guido de Caſtello antea vocatus, ſedit menſibus fere ſex, a die 24. Septembris anni 1143. ad diem 8. Martii anni 1144. quo obiit, ſub iiſdem principibus.

1143. *Londonienſe* in Anglia concilium in media quadrageſima, præſente rege Stephano, anno eius 8. præſide Henrico eius fratre Vvintonienſi epiſcopo, vrbis Romanæ legato, aduerſus ſacrilegos rerum & perſonarum eccleſiaſticarum violatores, ex Rogero & Pariſio collocatur a Binio, Coriolano, eiuſque ſequacibus, ſub Cæleſtino II. verum ad tempora Innocentii II. potius pertinere videtur, qui ad Septembrem vſque menſem anni 1143. viuendo peruenit: aut certe præſcribendus annus 1144. non præcedens.

CLXIV.

LVCIVS II. Bononienſis, Gerardus antea vocatus, ex Caccianimica familia, ſedit menſibus 11, & diebus 14. a die 9. Martii anni 1144. ad diem 25. Februarii anni 1145. quo ex hac luce ſubſtractus eſt, ſub iiſdem principibus.

I. Epiſtola ad Petrum Cluniacenſem abbatem. II. ad Conradum regem. III. ad Raymundum Toletanum archiepiſcopum. * Vlgerii Andegauenſis epiſcopi duæ ad Lucium papam epiſtolæ tomo IV. pag. 769.

* 1145. *Pariſienſe* concilium ſub Lucio II. aut eius ſucceſſore Eugenio III. peractum memoratur ab Ottone Friſingenſi epiſcopo libri I. cap. 50. poſterioris operis, in quo Hugo ex Radingenſi abbate Rothomagenſis archiepiſcopus, aduerſus Gilbertum Porretanum epiſc. Pictauenſem diſputauit. Porro huius Hugonis initium epiſtolæ dedicatoriæ trium librorum aduerſus hæreticos ſui temporis, ex mſ. codice bibliothecæ collegii noſtri Claromontani inſertum alias ſynopſi noſtræ hiſtoricæ, non grauabor hoc loco repetere: neque enim mihi certa hactenus occurrit *Namnetenſis*, quod memorat, concilii epocha: *S. R. E. filio Alberico Hoſtienſi epiſcopo, quam ſæpe ſedis apoſtolicæ legato, peccator Hugo Rothomagenſis vtcumque ſacerdos: Reuerende pater, tuis obedire mandatis pro tempore*

diſtuli, non tamen illud omiſi; ſed praſta petenti veniam, cui ſoles praſtare gratiam. Digna ſedet mihi memoria reminiſci, qualiter in finibus Galliarum prope mare Britannicum ciuitate Namnetenſi meruimus aſſiſtere tibi, &c.

CLXV.

EVGENIVS III. Piſanus, Bernardus Paganellus antea dictus, ex ordine Ciſtercienſi, abbas ſancti Anaſtaſii trium fontium, ſedit annis 8. menſibus 4. diebus 13. a die 25. Februarii, quo die ob periculum imminens ab hæretici Arnaldi ſectatoribus electus eſt, vſque ad diem 8. Iulii anni 1153. quo Tiburo obiit, vno duntaxat menſe & aliquot diebus ante mortem S. Bernardi Claræuallenſis abbatis ſui olim magiſtri, quæ contigit die 20. Auguſti; imperante Manuele Comneno, regnantibus in Germania Frederico Ænobarbo, in Gallia Ludouico VII. iuniore dicto.

I. Epiſtola ad Ludouicum regem Galliarum. II. ad Theobaldum archiepiſcopum Cantuar. III. ad Hildegardem abbatiſſam. IV. ad vniuerſum clerum Romanum. V. ad archipreſbyterum titulo S. Marci. VI. ad Conradum regem Romanorum. VII. ad Egelbertum epiſcopum & canonicos Bambergenſis eccleſiæ. VIII. ad epiſcopos Germaniæ. IX. ad canonicos S. Petri Romæ. X. ad Arnoldum archiepiſcopum Colonienſem.

* 1145. *Apud Bituricas* in natali Domini conuentus fuit epiſcoporum ac optimatum regni in curia regis, vbi ſtatuitur concilii dies apud Vezeliacum, in paſſione Domini, vt docet nuper emiſſus in lucem Odo de Diogilo.

1145. imo potius 1146. circa paſchales ferias, *Vezeliacenſe* concilium, præſente Eugenio III. papa, pro terræ ſanctæ recuperatione, vt ex Friſingenſi lib. I. cap. 36. de geſtis Frederici imp. chronico Mauriniacenſi, ſcriptore vitæ Ludou. VII. Sugerio, continuatore Aimoini, aliiſque, quos in locum Platinæ, Mairii, ac Genebrardi a Binio eiuſque exſcriptoribus in medium adductis ſubſtituemus. In eo Ludouicus rex & ipſa regina Alienordis ſeu Eleonora, aliique principes & epiſcopi crucem ſumpſerunt, ſacram militiam profeſſi.

1146. tertia dominica poſt paſcha, *Carnotenſe* concilium, præſente eodem Ludouico rege, pro eadem in terram ſanctam expeditione, vt ex Othone, vita & epiſtolis S. Bernardi, epiſtolis Petri Cluniacenſis & Sugerii, aliiſque.

1147. *Apud Stampas* die 16. Februarii, in dominica ſeptuageſimæ, conuentus præſulum & procerum regni, vt idem narrat Odo de Diogilo:

& in paſchate Ludouicus rex de manu Eugenii III. papæ vexillum regium cum pera & benedictione apud S. Dionyſium accepit.

1147. *Pariſienſe* concilium, aduerſus Gilbertum Porretanum praua de diuina maieſtate ſentientem celebratum ab Eugenio III. papa, & de negotiis eccleſiaſticis: ex Othone Friſingenſi lib. I. de geſtis Frederici I. imp. per plura capita. Meminiſſe quoque videtur & *Antiſſiodorenſis* concilii, in quo prius auditus fuerat idem Gilbertus ſuam ipſe doctrinam exponens.

1148. *Rhemenſe* concilium præſente eodem Romano pontifice celebratum, media quadrageſima, die 11. kal. Aprilis, in baſilica B. Mariæ, in quo damnatæ aſſertiones Gilberti Porretani Pictauenſis epiſcopi, & firmatum a patribus fidei ſymbolum, ſtatuti canones 18. & Eudonis de Stella Armorici, qui ſe *Eum* dicebat eſſe, per quem eccleſia exorciſmorum orationes concludit, ſtulticitas repreſſa eſt, vt pluribus Otho lib. LIV. & LVI. continuatores Sigeberti, Neubrigenſis, Beluacenſis, aliique cum Goffrido Claræuallenſi, cuius extat epiſtola ad A. epiſcopum Albanenſem de rebus geſtis in cauſa Gilberti de Porreta. Huic quoque concilio nonnulla aliunde ſubiiciemus.

1148. *Treuirenſe* concilium, præſente eodem papa, menſe Februario celebratum, vbi de S. Hildegardis præpoſitæ in monte ſancti Ruperti libris & reuelationibus actum eſt, teſte Trithemio in chronico Hirſaugienſi: qui etiam profert Eugenii ad eam epiſtolam.

* 1148. *Lingacopenſe*, ſeu Lingopenſe concilium in Suecia, præſide Nicolao Anglico Eugenii III. papæ legato.

1151. vel, vt alii malunt, 1152. *Balgentiacenſe* ad Ligerim fluuium in diœceſi Aurelianenſi, pro diſſoluendo matrimonio Ludouici VII. Francorum regis & Alienoræ Guillelmi X. atque vltimi Aquitanorum ducis filiæ. *Floridi in Gallia* concilium in Biniana & regia editionibus leges, ac longe mendoſius *Floridanum* in epitome Starouolſcii, pro *Balgentiacenſi* adiectum, ex male perceptis Sugerii abbatis S. Dionyſii, qui ipſe præſens interfuit, hiſce verbis: *Die Martis, ante feſtum paſchatis floridi* (ſic enim Galli vocant dominicam in ramis palmarum) *in caſtro Baugentiaci Hugonem archiepiſcopum Rothomagenſem*, &c. Vide indicem geographicum noſtræ ſynopſi hiſtoricæ ante annos 14. ſubiunctum.

CLXVI.

ANASTASIVS IV. Romanus e regione Suburra, antea Conradus vocatus, Benedicti filius, ſedit a die 9. vel 10. menſis Iulii 1153. per annum 1. menſes 4. & dies 24. vſque ad diem 2. Dec. anni 1154. quo Romæ obiit, ſub iiſdem principibus.

* Eius epiſtola ad E. archiepiſcopum Turonenſem extat pag. 765. tomi IV, collectionis Ducheſnianæ.

Digitized by Google

CLXVII.

HADRIANVS IV. Anglus, dictus ante Nicolaus Breſkſpearre, ex abbate S. Rufi in Gallia Narbonenſi, ſedit 4. annis, 8. menſibus, ac diebus 29. a die 3. Decembris anni 1154. vſque ad kal. Septembris, vel, vt alii, pridie anni 1159. quo Anagniæ raptus eſt anginæ morbo, ſub iiſdem principibus.

I. Epiſtola ad Henricum II. Angliæ regem. II. ad Fredericum imp. III. ad epiſcopos Galliæ & Germaniæ. IV. ad Fredericum imp. Reſcriptum imp. Frederici ad Hadrianum papam. V. & VI. ad Fredericum imp. VII. ad Baſilium archiepiſc. Theſſalonicenſem. VIII. ad Vvillelmum regem Siciliæ. IX. ad rectores Romanæ fraternitatis. * Tomo IV. hiſtoricorum Franciæ collectionis Ducheſnianæ inter variorum epiſtolas occurrunt quindecim huius Hadriani IV. papæ epiſtolæ a 63. ad 77. quas non omittemus cum 57. de qua mox, aliiſque ad Alexandri III. tempora pertinentibus.

* 1155. *Sueſſionenſe* concilium celebratum die 10. Iunii, præſente rege Ludouico & archiepiſcopis Rhemenſi & Senonenſi, ad reprimendum feruorem malignantium, & compeſcendum violentas prædonum manus, vt loquitur ipſe rex epiſtola 57. diuerſorum de rebus Francicis tomo IV. Ducheſnianæ collectionis pag. 583.

* 1158 *Rhemenſe* concilium, præſide Samſone Rhemorum archiepiſcopo, pro ſedandis controuerſiis inter Gualterum epiſcopum Lugdunenſem & Hugonem abbatem Præmonſtratenſem: quæ compoſitio ab Hadriano IV. diplomate firmata eſt, vt pluribus refertur in bibliotheca Præmonſtratenſi.

CLXVIII.

ALEXANDER III. Senenſis, Rolandus antea dictus Bandinellus, ſedit annis 21. menſibus 11. & diebus 21. a die 5. vel 6. Septembris anni 1159. ad diem 27. Auguſti anni 1181. quo obiit, ſub impp. Alexio Comneno iuniore & Frederico Barbaroſſa, ac rege Francorum Philippo Auguſto.

Epiſtola I. ad Gerardum epiſcopum & canonicos Bononienſes. II. ad Arnulfum Lexouienſem epiſcopum. III. ad clerum Angliæ. IV. & V. ad Thomam Cantuarienſem archiepiſcopum. Thomæ archiepiſc. Cant. ad Alexandrum III. papam. VI. ad eumdem & reliquos Angliæ epiſcopos. VII VIII. & IX. ad eumdem. X. ad Henricum regem Angliæ. XI. ad Thomam Cant. archiepiſc. XII. & XIII. ad Gilbertum epiſcopum Londonienſem. XIV. ad Thomam archiepiſc. Cant. Thomæ Cant. archiepiſc. ad Londonienſem omneſque ſibi ſubditos An-

Digitized by Google

gliæ epiſcopos. XV. & XVI. ad Thomam Cant. arch. XVII. ad omnes epiſcopos Angliæ. XVIII. ad Thomam Cant. archiepiſcopum. XIX. ad Henricum regem Angliæ. XX. ad Ludouicum VII. regem Francorum. XXI & XXII. ad Vuillelmum & Odonem legatos. XXIII ad Thomam arch Cant. XXIV. ad Vuillelmum & Odonem legatos. XXV. ad Thomam Cant. arch. XXVI. & XXVII. ad Henricum reg. Angliæ. XXVIII. ad omnes Angliæ epiſc. XXIX. & XXX. ad Henricum regem Angliæ. XXXI. ad Thomam Cant. archiepiſc. XXXII. ad Soldanum Iconii. XXXIII. & XXXIV. ad Rogerium archiepiſcopum Eboracenſem. XXXV. ad Gilbertum epiſcopum Londonienſem. XXXVI. ad Vuillelmum archiepiſc. Senonenſem, apoſtolicæ ſedis legatum. XXXVII. ad Thomam Cant. archiepiſc. XXXVIII. ad Rogerum archiepiſcopum Eboracenſem, & Hugonem epiſcopum Dunelmenſem.* XXXIX. ad Senonenſem & Rothomagenſem archiepiſcopos. XL. ad Thomam Cant. archiepiſc. XLI. ad Henricum Angliæ regem. XLII. ad Bituricenſem archiepiſc. & Niuernenſem epiſc. XLIII. ad monachos Cantuarienſis eccleſiæ. XLIV. ad omnes fideles. XLV. XLVI. & XLVII. ad Petrum Caſſinatem, ad Cantuarienſem & ad Eboracenſem epiſcopos. XLVIII. ad Indorum regem, quem vulgo Preto-Ioannem vocant. XLIX. ad magiſtrum Hugonem. L. ad omnes epiſcopos. LI ad Vuillelmum archiepiſcopum Senonenſem. LII. ad Philippum archiepiſcopum Colonienſem. LIII. & LIV. ad clericos Alexandrinæ eccleſiæ. LV. & LVI. ad epiſcopos Scotiæ. LVII. ad Vuillelmum regem Scotiæ. LVIII. ad Caſimirum ducem Poloniæ. LIX. ad omnes principes. LX. ad omnes prælatos. LXI. ad Richardum Cant. archiepiſcopum eiuſque ſuffraganeos. LXII. ad Rogerum archiepiſc. Eboracenſem, & Hugonem epiſcopum Dunelmenſem. LXIII. ad Rogerum Vvigornienſem.

* Præter has epiſtolas vulgatas in editione regia R. P. Iacobus Sirmondus poſt Petri abbatis Cellenſis primum, tum S. Remigii Rhemenſis, ac demum Carnotenſis epiſcopi libros nouem epiſtolarum excuſos Pariſiis anno 1613. emiſit in lucem Alexandri huius III. papæ epiſtolas 56. quas & nos ſubiiciemus hoc ordine.

I. ad Bartolomæum Beluacenſem epiſc. & Petrum abbatem S. Remigii Rhemenſis. II. ad Petrum eumdem & Fulconem Rhemenſis eccleſiæ canonicum. III. ad eumdem Petrum. IV. ad eumdem & Fulconem decanum Rhemenſem. V. ad eumdem Petrum. VI. ad Petrum eumdem & Fulconem decanum Rhemenſem. VII. ad eumdem Petrum. VIII. ad Siluanectenſem epiſcopum & abbatem S Medardi. IX. & X. ad Petrum abbatem S. Remigii, & Fulconem decanum Rhemenſem. XI. ad eumdem Petrum. XII. & XIII. ad eoſdem Petrum & Fulconem. XIV. & XV. ad Ambianenſem epiſcopum & abbatem

batem S. Remigii. XVI. ad eoſdem Petrum & Fulconem. XVII. ad Henricum Rhemenſem archiepiſc. XVIII. ad Petrum abbatem ſancti Remigii. XIX. ad Vpſalenſem archiepiſc. & vniuerſos ſuffraganeos eius tam in Suecia quam in Gothia conſtitutos. XX. ad vniuerſos Dei fideles per Daciam conſtitutos. XXI. ad reges, & principes, & alios Chriſti fideles per regna Danorum, Norvvegenſium, Ouctomorum & Gothorum conſtitutos. XXII. ad Vpſellenſem archiepiſc. & ſuffraganeos eius. XXIII. ad Lingacopenſem epiſc. XXIV. ad Guillelmum Stranenſem epiſcopum. XXV. ad Vpſellenſem archiepiſcopum & ſuffraganeos eius, & Gurhermum ducem. XXVI. ad Trundenſem archiepiſcopum. XXVII. ad vniuerſos tam clericos quam laïcos Lingacopenſis epiſcopatus. XXVIII. ad Guidonem abbatem S. Nicaſii, & Radulfum canonicum Rhemenſem. XXIX. ad Petrum abbatem, & fratres S. Remigii Rhemenſis. XXX. & XXXI. ad Siluanectenſem epiſc. & abbatem S. Remigii Rhemenſis. XXXII. ad Ambianenſem & Tornacenſem epiſcopos, & ad Petrum abbatem S. Remigii Rhemenſis. XXXIII. ad abbatem & fratres Corbeienſes. XXXIV. XXXVII. & XXXIX. ad abbatem S. Remigii, & B. archidiaconum Rhemenſem. XXXV. XXXVI. XXXVIII. & XL. ad eoſdem Petrum & Fulconem. XLI. ad abbatem S. Remigii Rhemenſis, & priorem S Martini de campis. XLII. ad præpoſitum & decanum Rhemenſem. XLIII. ad abbatem & capitulum S. Remigii. XLIV. ad archiepiſc. Remorum. XLV. ad Claræuallenſis & S. Remigii abbates. XLVI. ad eoſdem Petrum & Fulconem. XLVII. ad N. XLVIII. XLIX. L. LI. ad eoſdem Petrum & Fulconem. LII. ad abbates ſancti Remigii & ſancti Dionyſii Rhemenſis. LIII. ad preſbyteros & alios clericos parochialium eccleſiarum ad monaſterium S. Petri de montibus pertinentium. LIV. ad Vvillelmum Senonenſem archiepiſc. & eius ſuffraganeos. LV. ad eoſdem Petrum & decanum. LVI. ad eumdem S. Remigii & S. Nicaſii abbates.

* Tomo IV. collectionis Ducheſnianæ hiſtoricorum Franciæ excuſum eſt volumen epiſtolarum, quas pontifices Romani, imperatores, reges, cardinales, epiſcopi, abbates, duces, comites, atque alii orbis Chriſtiani illuſtres viri ad Ludouicum VII. Franciæ regem, & alios ſcripſerunt. In quibus hæ ad noſtrum inſtitutum facere videntur.

I. Alexandri papæ ad Giſlebertum Ciſtereienſem abbatem, & reliquos eiuſdem ordinis. II. ad Bituricenſem archiepiſcopum & ſuffraganeos eius, atque abbates per eorum epiſcopatus conſtitutos. III. Petri preſbyteri cardinalis tituli S. Chryſogoni ad Alexandrum. IV. ad magiſtrum Girardum Puellam. V. ad magiſtrum G. VI. ad Petrum cardinalem S. Chryſogoni apoſtolicæ ſedis legatum. VII. ad eumdem & Hugonem S. Angeli diaconum cardinales. VIII. ad Ludunenſem ar-

Aa

chiepiſcopum apoſtolicæ ſedis legatum, & ſuffraganeos eius, omneſque abbates, & vniuerſum clerum & populum per Ludunenſem prouinciam conſtitutos. IX. ad eumdem Petrum. X. ad Lugdunenſem & Bituricenſem archiepiſcopos. XI. ad omnes fideles per Franciam conſtitutos. XII. vſque ad XVIII. ad eumdem Petrum. XIX. ad reginam Francorum. XXI. ad prælatos in Anglia conſtitutos. XXII. ad Simonem archidiaconum Pariſienſem. XXXVII. P. decani eccleſiæ S. Aniani ad Alex. XLVIII. Manuelis imp. ad Ludouicum regem Francorum. L. Frederici imp. ad N. archiepiſcopum. LIII. & LIV. eiuſdem ad E. Lugdunenſem archiepiſc. & ad Matthæum Lotharingiæ ducem. LV. & LVI. Victoris antipapæ ad Ludouicum regem Francorum. LIX. & LX. eiuſdem Ludouici regis Francorum ad Alexandrum papam. LXXVIII. & ſequentes vſque ad LXXXVI. ad Hugonem Sueſſionenſem epiſc. LXXXVII. & duæ ſequentes ad Ludouicum regem. XC. ad reginam Francorum. XCI. vſque ad XCVI. ad Ludouicum regem. XCVII. ad G. Senonenſem archiepiſc. eiuſque ſuffraganeos. XCVIII. ad Ludou. reg. XCIX. ad V. Senonenſem arch. apoſtolicæ ſedis legatum, &c. C. ad abbatem & canonicos S. Victoris Pariſ. CIV. ad capitulum S. Satyri. CVI. ad canonicos S. Victoris Pariſ. CVII. ad G. abbatem S. Victoris. CVIII. CIX. CX. ad Lud. reg. CXI. ad Sueſſionenſem epiſc. CXII. CXIII. CXIV. ad Ludouicum regem. CXV. ad Teubaldum nobilem. CXVI.. vſque ad CXXI. ad Ludouicum regem. CXXII. & CXXV. ad H. Sueſſionenſem epiſc. CXXIII. CXXIV. CXXVI. vſque ad CXXIX. & a CXXXI. ad CLXIII. & a CLXV. vſque ad CLXXIV. ad eumdem regem, interiectis vna alterave. CCLIV. ad illuſtrem Hibernorum regem, vbi mentio fit concilii conuocandi. CCCXII. Aurelianenſ. canonicorum ad Alex. pap. CCCCXI. CCCCXVIII. & CCCCXXXI. Rom. conſulum ad regem Franc. CCCCLIII. Frederici imperatoris ad H. comitem Trecarum. CCCCLXIV. & CCCCLXXX. Ludouici Franc. regis ad Alexandrum pap. DII. & DVIII. C. Bituricenſis archidiaconi ad Ludouicum regem. DXXX. Garini abbatis S. Victoris Pariſienſis ad Alexandrum pap. DXXXV. Alexandri papæ ad abbates S. Germani & S. Victoris, &c. DLVI. eiuſdem ad decanum & capitulum Pariſienſe. Appendicis ſequentis epiſtolæ XVII. ad Ludouicum regem, & XVIII. ad preſbyteros & clericos per Angliam & ciſmarinam terram regis Anglorum conſtitutos.

1160. *Papienſe* conciliabulum, in quo ſatagente Frederico imp. repudiato Alexandro III. Romanus pontificatus antipapæ & ſchiſmatico Victori III. eſt adiudicatus, vt pluribus Radeuicus libri IV. cap. 68. qui & acta repræſentat eum epiſtolis aliquot, quæ ſubiiciuntur: I. imperatoris eiuſdem Frederici de Victoris ſui electione. II. eidem concilio præ-

Digitized by Google

ſidentium epiſtola hinc inde directa. III. Bambergenſis epiſcopi. IV. canonicorum S. Petri Romæ. V. Alexandri III. ad Arnulfum Lexouienſem epiſcopum. VI. Arnulphi illius ad archiepiſcopos & epiſcopos Galliæ.

1161. *Apud nouum mercatum* in Normannia congregatum menſe Iulio, ab Henrico Anglorum rege, vbi omnes conſenſerunt Alexandro pontifici, reprobato Victore antipapa. Binius, eiuſque aſſeclæ Coriolanus, Starouolſcius, aliique minus recte vocant Anglicum, ſeu Anglicanum concilium.

1161. *Beluacenſe* in Picardia a Ludouico rege Francorum conuocatum eodem menſe Iulio, vbi tractatum eſt ab epiſcopis Franco regi ſubditis de receptione papæ Alexandri, & refutatione Victoris, vt loquitur continuator Sigeberti.

1161. *Laudenſe* in Longobardia conciliabulum, in feſto SS. Geruaſii ac Protaſii, a ſchiſmaticis & imp. Frederico collectum in gratiam Victoris antipapæ, vt narrat Otto Morena.

1162. *Londonienſe* concilium, in quo Theobaldo Cantuarienſi archiepiſc. defuncto ſubrogatus eſt S. Thomas, vt eius vitæ auctores narrant.

1163. *Turonenſe* V. concilium, indictione 11. in octauis pentecoſtes, die 4. kal. Iunii, in eccleſia S. Mauritii, quæ vulgo a S. Gratiano dicitur (neque enim admittenda Baronii, Binii, Frizonii, aliorumque intempeſtiua correctio, qui pro Mauritio Martinum ſubſtituere conati ſunt) ab Alexandro III. celebratum anno 4. ſui pontificatus, in quo interfuerunt cardinales 17. epiſcopi 124. abbates 414. & alii, qui acta Papienſis ac Laudenſis conciliabulorum in Italia conuocatorum ab imp. Frederico reſciderunt. Interfuit quoque rex Ludouicus VII. Extant poſt ſermonem a papa in illo concilio habitum, qui reperitur inter epiſtolas Arnulfi Lexouienſis epiſcopi, canones 10. ex variis editionibus & codicibus illuſtrandi.

1164. *Clarendonenſe* conciliabulum a die 8. kal. Februarii vſque ad 30. Ianuarii, in quo firmata ſunt capitula ſexdecim Anglicanarum conſuetudinum repugnantia immunitati eccleſiaſticæ & æquitati: ex Matthæo Pariſio, aliiſque. Epiſtola Alexandri papæ ad S. Thomam Cant. arch.

Conſtitutiones regiæ apud Clarendunam promulgatæ.

1164. *Northamptonienſe* conciliabulum, in quo condemnatus eſt ſanctus Thomas Cantuarienſis archiepiſcopus, quod Anglicanas conſuetudines quas iurauerat, non obſeruaſſet.

Epiſtola Alexandri papæ ad S. Thomam.

1168. *Lateranenſe* concilium, in quo Fridericus imp. excommunicatus eſt ab Alexandro papa: ex epiſtolis Ioannis Sariſberienſis, aliiſque.

* 1165. *Lumbarienſe* concilium plurium epiſcoporum, in quo Giraldus Albienſis epiſcopus tulit definitiuam ſententiam aduerſus hæreticos, qui

Digitized by Google

dicebantur Boni homines, vt fuſiſſime narrat Rogerius ab Houeden parte II. annalium pag. 555. Iidem dicti quoque reperiuntur Bonomii ſeu Bonoſii cap. 3. Guillelmi de Podio Laurentii, & alibi.

In cartulario S. Amantii de Buxia fol. 77. fit mentio concilii celebrati apud *Engoliſmam*, præſidibus Rogerio S. R. E. ſubdiacono, & Bertrando Burdegalenſi archiepiſcopo cum comprouincialibus epiſcopis, quorum vnus nominatur Ioannes Pictauenſis, qui cum dicto Bertrando & pluribus aliis interfuit dedicationi eccleſiæ S. Amantii factæ 17. kalend. Decembris anni 1170. non anni 1177 vt ex Corlæo quidam annotant, cum Robertus annum non deſignaſſet in ſerie epiſcoporum, vbi Gaudefridum pro Bertrando archiepiſcopo ſubſtituit: in abbatiis vero annum 1170. non indiligenter annotaſſet vna cum Guidone Rupefucaldio.

1171. *Caſſelanum* in Hibernia ex Rogero Houedeno celebratum a 4. archiepiſcopis & 20. epiſcopis, de ſtatutis eccleſiæ.

1172. *Abrincenſe* concilium in Normannia, præſidibus Theodino & Alberto S R. E. cardinalibus & legatis, de nece S. Thomæ archiepiſcopi Cantuarienſis, teſte Rogero, qui refert Henricum regem Angliæ coram Henrico filio & epiſcopis atque abbatibus Normanniæ die 5. kalendas Octobris in eccleſia S. Andreæ purgaſſe innocentiam ſuam, præſtito ſacramento ſuper ſanctorum reliquias & ſacroſancta euangelia, quod ipſe nec præcepit, nec voluit, &c.

Charta abſolutionis Henrici Angliæ regis.

Alberti & Theodini legatorum epiſtola ad Gilibertum Rauenn. arch.

Decreta 13. per Theodinum & Albertum cardinales apud Abrincas promulgata.

1175. *Londonienſe* concilium apud Vveſtmonaſterium celebratum die dominica ante aſcenſionem Domini, in quo ſtatuti a Richardo Cantuarienſi archiepiſcopo canones 18. ac multa alia pertractata, quæ ſigillatim narrat Rogerus Houedenus.

1176. anno conſignatur a Binio & aliis definitiua illa ſententia in Albigenſes hæreticos lata a Giraldo Albigenſi epiſcopo, de qua diximus ſupra anno 1165. ex Rogerio, quem cum aliis conciliare conabimur.

1177. *Venetum* concilium, in quo reconciliatis Alexandro papa & Frederico imperatore, depoſitoque antipapa cum iis quos ordinauerat, exeunte Iulio, & initio Auguſti, indictione 10. anno pontificatus Alexandri 18. tandem 16. kalend. Septembris, in eccleſia S. Marci, præſentibus prælatis Italis & Alemannis, pax inter eccleſiam & imperium, & pax imperatoris cum Siciliæ rege, & tregua Lombardorum communi aſſenſione roborata fuit atque firmata.

Tres epiſtolæ Alexandri papæ: I. ad Petrum Caſſinenſem abbatem & Capuanum archiepiſcopum: II. ad Richardum Cantuar. archiepiſcop. III. ad Rogerium Eboracenſem arch. & Hugonem Dunelmenſem.

Digitized by Google

Epiſtola imperatoris data 15. kal. Octobris, apud Venetias in palatio, indictione 10. ad Alexandrum papam pro confirmatione pacis.

Chriſtiani Moguntini archiepiſcopi & aliorum procerum epiſtola ad Alexandrum papam.

1179. LATERANENSE III. concilium generale, ſiue œcumenicum XI. Romæ in eccleſia Conſtantiniana celebratum ab Alexandro papa & 300. epiſcopis, die 2. Martii, indictione 12. anno pontificatus Alexandri papæ 20. pro reformanda eccleſia, & aduerſus hæreticos ac ſchiſmaticos: ex Rogero, Tyrio qui interfuit, Hugone Pictauino libro IV. hiſtoriæ Vezeliacenſis, Helmoldo, Pariſio, aliiſque.

Epiſtola Alexandri papæ III. ad epiſcopos per Tuſciam conſtitutos, data Tuſculi 11. kal. Octobris.

Capitula ſeu decreta 27. concilii Lateranenſis generalis ſub Alexandro III.

Georgii Corcyræ metropolitæ literæ ad Nectarium præpoſitum monaſterii Caſulorum, reuerſum ex concil. Lateranenſi.

Epiſtola Alexandri papæ ad Vvillelmum Senonenſem archiepiſcopum, de accuſatione aduerſus librum Petri Lombardi epiſcopi Pariſienſis: vnde quidam ex Matthæo Pariſio concilium *Pariſienſ.* huic anno illigant.

Appendix ad concilium Lateranenſe vulgata e mſ. codice a Bartolomæo Laurente, cognomento vulgari Poin, anno 1551. in titulos 47. diſtributa, atque ex reſcriptis, canonibus, & decretis Alexandri III. vt plurimum contexta.

1181. *Lancicienſe* concilium celebratum in maiori Polonia, viuente adhuc Alexandro III. papa: ex Baronio, aliiſque.

CLXIX.

LVCIVS III. Lucenſis e Tuſcia, Humbaldus Allucingulus antea dictus, ſedit annis 4. menſibus 2. diebus 18. a die 29. Auguſti, ſabbato quo electus, anno 1181. vſque ad diem 25. Nouembris anni 1185. quo Veronæ obiit, ſub impp. Iſaacio Angelo & Frederico Barbaroſſa, rege vero Franciæ Philippo Auguſto.

I. Epiſtola ad epiſcopos & clericos Scotiæ. II. ad Henricum II. regem Angliæ.

Digitized by Google

Multa quoque ex hoc, ni fallor, Lucio papa, aut certe II. decreta referuntur in appendice ad concilium Lateranenſe III.

* Literæ apoſtolicæ Lucii papæ III. directæ Benedicto eccleſiæ Reatinæ epiſcopo, ſuper terminis & finibus diœceſis Reatinæ. Datæ Veletri per manum Alberti S.R.E. preſbyteri, cardinalis & cancellarii, 4. nonas Iulii, indictione 15. anno Domini 1182. pontificatus eiuſdem Lucii anno primo: ex codice mſ. bibliothecæ Mazarinæ.

CLXX.

VRBANVS III. Mediolanenſis, dictus antea Lambertus, e genere Cribellorum, ſedit anno vno, menſibus 10. diebus 25. a die 26. Nouembris anni 1185. ad diem 20. Octobris anni 1187. qua audito a Saracenis captæ vrbis Hieroſolymitanæ nuncio, angore animi Ferrariæ mortuus eſt, ſub iiſdem imperatoribus ac rege.

I. Epiſtola ad omnes epiſcopos. II. ad Vuillelmum regem Scotiæ. III. ad Iocelinum Glaſcuenſem epiſcopum & abbates. IV. ad Balduinum epiſcopum Cantuarienſem.

1186. *Pariſienſe* concilium menſe Martio, ſub Vrbano III. præſide Petro de Corbolio Senonenſi archiepiſcopo, ad hunc annum reuocatur a Binio ex fide Roberti Gaguini, pro expeditione ſacra ſuſcipienda aduerſus Saracenos, quos vixdum vſitato per ea tempora nomine paſſim Turcas appellitant.

* 1186. *Rothomagenſe* concilium, præſide Valtero de Conſtantiis illius vrbis archiepiſcopo.

* Vrbanus papa III. inquit auctor patriarchii Bituricenſis, Henricum archiepiſcopum primum quidem Romanæ eccleſiæ cardinalem inſtituit: deinde eidem apoſtolicæ legationis officium commiſit per totam Bituricenſem prouinciam, excepto Dolenſi monaſterio, vt in ea vice ſua, quæ corrigenda eſſent corrigeret, & euelleret quæ eſſent euellenda, ac plantaret quæ noſceret eſſe plantanda. Sed & apud *Karrofium* idem dominus Henricus prouinciale concilium habiturus, ibidem fuit proceſſionaliter receptus ab archiepiſcopo Burdegalenſi, & a ſuffraganeis eiuſdem, exhibentibus ipſi omnimodam reuerentiam & obedientiam, ſicut primati ſuo; & habuit ibidem procurationem, miniſtratoreſque eius ſua feoda receperunt.

CLXXI.

GREGORIVS VIII. Beneuentanus, dictus antea Albertus Mora, ſedit 57. dies, ab exeunte Octobri, vſque ad diem 16. Dec. anni 1187. quo Piſis obiit, ſub iiſdem principibus.

Digitized by Google

I. & II. Epiſtola ad omnes Chriſti fideles. III. ad omnes prælatos eccleſiarum.

* Odonis Pariſienſis epiſcopi conſtitutiones ſynodicæ male collocantur a Binio ante Clementis III. inaugurationem, cum Odo Soliacenſis, frater Henrici Bituricenſis archiepiſcopi, vir & genere & virtute clariſſimus, non ante annum 1196. ſucceſſerit in Pariſienſi cathedra Mauricio laudatiſſimo pariter præſuli.

CLXXII.

CLEMENS III. Romanus, dictus antea Paulinus ſeu Paulus Scholaris, ſedit 3. annis, menſibus 2. & diebus 10. a die 6. Ianuarii anni 1188. ad diem 25. Martii, vel, vt alii, 10. Aprilis, anni 1191. quo Romæ obiit, ſub imp. Iſaacio Angelo, & regibus Franciæ Philippo Auguſto, ac Germaniæ & Siciliæ Henrico VI. qui Aſper cognominatus eſt.

I. Epiſtola ad epiſcopos Scotiæ. II. ad Vvillelmum regem Scotorum. III. ad Henricum regem Angliæ. IV. ad clerum epiſcopatus S. Andreæ. V. ad omnes epiſcopos. VI. ad Vvillelmum regem Scotorum. VII. ad Merſeburgenſem & Eiſterenſem epiſcopos, &c.

* 1188. *Lanciciense* in Polonia concilium de expeditione contra Saladinum, ſub Sdiſlao archiepiſcopo Gueznenſi.

1188. *Gaintingtonienſe* concilium in Anglia celebratum iuſſu Henrici regis, de cruce capienda ad Syriacam expeditionem.

1188. *Pariſienſe* concilium ad bellum contra Saracenos eorumque regem Saladinum, a quo dictæ ſunt Saladinides decimæ eccleſiaſticorum prouentuum, quas ad iter Hieroſolymitanum ſuſcipiendum Philippo regi cruce ſignato clerici conceſſerunt; qua de re videndi Rogerius, Rigordus, Guillelmus Armoricus, aliique, quibus iungenda Petri Bleſenſis archidiaconi Batonienſis epiſtola 112. ad Aurelianenſem epiſcopum.

* De *Giſortiano* conuentu die 12. kal. Februarii anni 1188. pro expeditione, præſentibus Philippo Francorum, & Henrico Anglorum regibus: vide Rogerum Houedenum, & alios.

CLXXIII.

CÆLESTINVS III. Romanus, dictus antea Hyacinthus Bobo, ex Vrſinorum familia, vt volunt, ſedit annis 6. menſibus 8. diebus 28. a die 12. Aprilis, quo electus, vel 14. quo conſecratus, ipſo ſolemnitatis paſchalis die anni 1191. vſque ad diem 8. Ianuarii anni 1198. quo obiit, ſub Alexio Angelo Græciæ tyranno, & Franciæ rege Philippo Auguſto.

Indicabimus duntaxat vbinam excuſæ ſint compilationes illæ, atque ex iis eas duntaxat ſeligemus epiſtolas, quæ vel ad conciliorum hiſtoriam pertinent, vel illuſtre quid ac memorandum ad antiquitatis ſacræ commendationem complecti nobis videbuntur, iis exceptis quas Binius inſeruit, ne quid ex ipſius labore decerpſiſſe nos, amici eius ac fautores expoſtulare poſſint.

Innocentii III. epiſtolarum ad annos 1198. 1199. & 1200. ſpectantium libri duo iam ab anno 1543. Romæ fuerunt editi, & deinde cum eius operibus Coloniæ anno 1575. apud Martinum Cholinum. Omiſit eas Binius.

Anno 1635. Toloſæ Tectoſagum prodierunt Innocentii III. papæ epiſtolarum libri quatuor, hoc eſt, regeſti XIII. XIV. XV. & XVI. ex mſ. codice bibliothecæ collegii Fuxenſis a ſodalibus eiuſdem collegii deſcripti, ac notis illuſtrati a Franciſco Boſqueto Narbonenſi IC. nunc vero Monſpelienſi epiſcopo meritiſſimo, qui geſta eiuſdem papæ, licet pluribus lacunis hiantia, adiecit.

Quaſdam ex iis epiſtolis decerptas, ſuiſque obſeruationibus ornatas ediderat iam ab onno 1615. Paulus du May Burgundici ſenatus conſiliarius, in 8. Diuione.

Tomo V. collectionis Ducheſnianæ extant plures epiſtolæ Innocentii III. papæ ad regem & principes Galliæ, & reſcripta eiuſdem ſuper negotio Albigenſium, ac ſubuentione & liberatione terræ ſanctæ.

Plurimas quoque tum huiuſce Innocentii, tum aliorum deinceps Rom. pontificum epiſtolas reperiet lector hiſtoriæ ſacræ curioſus indagator in annalibus Bzouii, Spondani, Raynaldi atque Vadingi, in quos tantum intendiſſe digitum ſufficiat in hoc veluti poſteriorum temporum limite, quem eccleſiaſticæ antiquitatis parens ac promuſcondus Cæſar Baronius non tranſmiſit, ne in ſingulis cantilenam eamdem canere ſemper cogamur.

1198. *Senonenſe* concilium celebratum ſub Innocentio III. præſide Petro Capuano S. Mariæ in via lata cardinale diacono, & S. R. E. legato, de nuptiis Philippi regis cum Agnete, & contra nouos hæreticos, qui dicebantur Populicani, ex chronico Autiſiodorenſi Roberti monachi S. Mariani: cuius auctor videtur annum 1198. pro ſequenti, vt modo putamus, ſubſtituiſſe. Certum enim eſt, interdictum ab eo legato inflictum per plures menſes anni 1200. duraſſe; ſed de iis alias accuratius.

1199. *Incerti loci* concilium a Ioanne & Simone Innocentii papæ legatis celebratum, ad plurima corrigenda in clero & populo Dalmatiæ & Diocliæ. Extant capitula 12.

* 1199. *Diuionenſe* concilium die 6. Decembris, in feſto S. Nicolai, eodem Petro cardinale & legato, in quo rex Philippus a ſententia interdicti in regnum Franciæ lata appellauit ad pontificem: quæ tamen ſententia die 15. Ianuarii ſequentis promulgata eſt, durauitque vſque ad diem 7. Septembris, cum Octauianus legatus 6. menſium, 6. hebdoma-

Bb

dum, *6.* dierum, totidemque horarum conceſſis induciis concilium Sueſſionenſe in ſequentem annum indixit. Videndi Rigordus, Brito, Rogerus, &c.

1200. *Londonienſe* concilium apud Vveſtmonaſterium, præſide Huberto Cantuarienſi archiepiſcopo celebratum, contra prohibitionem Gaufridi filii Petri comitis de Eſſexia tunc temporis ſummi in Anglia iuſticiarii. Extant capitula 14. pro reformatione eccleſiæ Anglicanæ.

Quoſdam hic in fraudem induxit Ioannes Chenutius, qui *Bituricenſe* concilium circa annum 1200. collocant, tempore Innocentii III. præſide Simone de Soliaco, qui poſt mortem Innocentii, anno demum 1219. archiepiſcopus Bituricenſis creatus eſt.

XIII. Chr. ſæculum. * 1201. aut potius ſequenti, vt exigit ſeries narrationis Rigordi, qui anno 1201. in natiuitate B. Mariæ Virginis veniſſe in Gallias Octauianum legatum docet, *Sueſſionenſe* concilium menſe Aprili celebratum, in quo poſtquam acriter in vtramque partem diſputatum per quindecim dies eſſet, tædio rex affectus, ſponte ſua rediit in gratiam cum Ingeburge regina, eamque inſalutatis, qui conuenerant, præſulibus Pariſios ſecum duxit.

* 1201. *Pariſienſe* concilium celebratum auctore monacho S. Mariani ordinis Præmonſtratenſis, in quo damnatus Ebraudus hæreticus.

* 1201. *Compendienſe* concilium celebratum die Mercurii ante Clementis.

1203 *Scoticum*, ſeu potius *Eboracenſe* dicendum concilium, occaſione mandati cuiuſdam de obſeruatione diei dominicæ: apud Rogerum II. parte annalium, vbi loquitur de Euſtachio abbate de Flay.

1207. aut circiter, in *Narbonenſi* prouincia incerti loci concilium, auctore Vincentio Bellouacenſi libro XXIX ſpeculi hiſtorialis cap. 93.

1208. *Apud Montilium* in prouincia Narbonenſi, in cauſa Raymundi comitis Toloſani Albigenſium hæreticorum patroni, præſide Milone ſedis apoſtolicæ legato, de quo illuſtriſſimus Henricus Spondanus Apamiarum epiſcopus.

* Gualæ miſeratione diuina S. Mariæ in porticu diaconi cardinalis apoſtolicæ ſedis legati extant aliquot ſtatuta, quæ ad annum 1208. reuocata vidi ab erudito viro, ſed mendoſe, ni fallor.

* 1209. *Auenionenſe* concilium celebratum anno Innocentii pap. III. decimo, die 8. (ſic enim iſta diſtinguenda) idus Septembris, ſub Hugone Regienſi epiſcopo, & Milone papæ notario, apoſtolicæ ſedis legatis, præſentibus archiepiſcopis quatuor, & epiſcopis viginti, cum multis abbatibus & aliis eccleſiarum rectoribus. Nos mſ. codicem noſtrum cum editis tomo II. ſpicilegii comparabimus.

* 1210. *Pariſienſe*, ex Vincentio Bellou. chronico S. Mariani, aliiſque, aduerſus Almaricum de Bena territorii Carnotenſis villa, eiuſque ſectatores,

Digitized by Google

* Ad eumdem annum refertur *Auenionenſis* ſynodus, Milone legato ſedis apoſtolicæ præſide: tum altera apud *villam S. Ægidii* ad Rhodanum fluuium, in qua Raymundus Toloſæ comes excommunicatus eſt denuntiatus, præſide Theodoſio Milonis iam defuncti in legatione ſocio. Verum ſynodi iſtæ ex Petro Vallium Cernaii monacho aliiſque excutientur accuratius.

1210. *Romanum* concilium, in quo Otto IV. imperator paullo poſt coronationem ab Innocentio III. Romano pontifice depoſitus eſt ab imperio: ex Vrſpergenſi, Trithemio, aliiſque.

1212. *Pariſienſe* concilium, præſide Roberto de Corceone S. R. E. cardinale S. Stephani in monte Cælio, legato, pro correctione morum, extirpatione abuſuum, reſtitutione diſciplinæ eccleſiaſticæ, &c. Statuta concilii illius, quæ habeo Sirmondi manu deſcripta, in quatuor capita diuiduntur, nimirum ad clericos ſæculares, ad viros regulares, ad moniales, & ad archiepiſcopos, epiſcopoſque.

1213. *Vaurenſe* concilium, neque enim Lauaurum Latine vrbs illa dicitur, ſed Vaurum, celebratum dicitur menſe Ianuario aduerſus Petrum Aragoniæ regem hæreticis Albigenſibus auxilia fauoremque præſtantem. Vide Petrum Vallis-cernenſis monachum in hiſtoria Albigenſium.

1214. aut potius ſequenti, *apud Montem peſſulanum* habitum eſt concilium a Petro de Beneuento apoſtolicæ ſedis legato diacono cardinale, cum quinque archiepiſcopis, 28. epiſcopis, aliiſque, in quindena dominicæ natiuitatis, contra eoſdem hæreticos, & de Simone comite Montisfortis. Vide præclara Francorum facinora, hiſtoriam Albigenſium, Bernardum Guidonem, alioſque.

1214. *Londonienſe* concilium apud S. Paulum congregatum, a Nicolao Tuſculano ſedis apoſtolicæ legato, in quo Ioannes Angliæ rex ab interdicto abſolutus eſt, vt pluribus refert Pariſius.

1215. LATERANENSE IV. concilium generale, ſiue œcumenicum XII. celebratum Romæ menſibus Nouembri & Decembri, ab Innocentio III. papa, cum 412. epiſcopis, aliiſque pluſquam 800. aduerſus Albigenſium & Amalrici hæreſes, Ioachimi abbatis errores, de morum reformatione, ac recuperatione terræ ſanctæ: ex Vrſpergenſi, Pariſio, Valliſcernaienſi, aliiſque.

Innocentii epiſtolæ ſeptem: I. ad fideles per Moguntinam prouinciam conſtitutos. II. ad archiepiſcopum, epiſcopos, abbates & priores per Viennenſem prouinciam conſtitutos. III. archiepiſcopis, ceteriſque clericis Franciæ. IV. Roberto S. Stephani in Cælio monte preſbytero cardinali, apo-

Digitized by Google

ſtolicæ ſedis legato. V. illuſtri regi Francorum. VI. patriarchæ Alexandrino. VII. Hieroſolymitano patriarchæ.

I. Sermo Innocentii papæ III. in concilio generali.

II. Sermo in eodem habitus.

Decreta ſeu capitula 70. eiuſdem concilii Lateranenſis.

Expeditio pro recuperanda terra ſancta.

Innocentii epiſtola ad Cantuarienſis eccleſiæ ſuffraganeos.

* Non ignoro Dauidem Blondellum, Rogerum Vviddringtonum, & quoſdam alios, aut hæreticos, aut de fide ſaltem ſuſpectos, in dubium reuocaſſe collectionem illam canonum Lateranenſium: ſed eos vel me tacente refutabit mſ codex maximæ dignationis deſcriptus in bombycina charta ante annos minimum quadraginta ſupra quadringentos, atque in eminentiſſimi cardinalis ducis Iulii Mazarini bibliothecam locupletiſſimam, poſt Gabrielis Naudæi mortem, a quo vtendum olim acceperam, vt iam alias monui, tranſlatus. In eo collectio illa occurrit ſuis munita titulis ſeu lemmatibus, addita e regione ac columnatim verſione Græca in gratiam Conſtantinopolitanorum, aliorumque Græcorum, qui Romano pontifici per ea tempora ſubditi, frequentes ad illud concilium cum ſuis patriarchis Conſtantinopolitano, & Hieroſolymitano, ac Antiocheni ægrotantis legato, Romam e Græcia & oriente confluxerant. Hanc ego alias non indiligenter contuli cum vulgatis canonibus in editione conciliorum generalium, & in titulis præſertim quædam annotaui paullo a ceteris diuerſa, vt ex hoc breui ſpecimine diſces, donec integram illam verſionem, aut nos ex illo quantiuis pretii mſ. exemplari exhibeamus in ampliſſimo conciliorum omnium, quod paramus, corpore; aut ex volumine typis excuſo, quod cum eruditiſſimis notis expectamus a viro illuſtriſſimo ac eruditiſſimo, cui vitam atque illuſtrationem debet tantumnon integer Innocentius III.

CAPVT I De fide catholica Firmiter credimus, &c.

II De errore abbatis Ioachim. Damnamus ergo, &c.

Horumce capitum tituli deſiderantur in codice illo perantiquo, qui pene præ vetuſtate tineis & madore conſumptus aliquot foliis preterea mutilatus eſt.

Digitized by Google

III. De hæreticis. In mſ. De excommunicatione & condemnatione hæreticorum: περὶ ἀφορισμοῦ καὶ καταδικασμοῦ αἱρετικῶν. Excommunicamus igitur, &c. ἀφορίζομεν τοίνυν.

IV. De ſuperbia Græcorum contra Latinos. Licet Græcos, &c.

V. De dignitate patriarcharum. Antiqua patriarchalium, &c.

VI. De conciliis prouincialibus. Sicut olim a ſanctis, &c.

VII. De correctione exceſſuum. In mſ. De corrigendis exceſſibus ſubditorum: περὶ τοῦ κατορθοῦσθαι τὰς ἐκστάσεις τῶν ὑπηκόων. Irrefragabili conſtitutione ſancimus, &c. ἀπαρεγβάτῳ διατάξει θεσπίζομεν.

VIII. De inquiſitionibus. In mſ. Quibus modis, & quando ſubditorum corriguntur exceſſus & prælatorum: πόσοι τρόποι καὶ πότε τῶν ὑποτεταγμένων κατορθοῦνται ὑπερβάσεις καὶ τῶν προεστώτων. Qualiter & quando debeant prælati procedere, &c. ὅπως καὶ ὅτε ὀφείλει ὁ προεστὼς προσιέναι.

IX. De diuerſis ritibus in eadem fide. In mſ. Quod prælati ſub ſe ſecundum diuerſitates rituum dominicos debent habere doctores: ὅτι οἱ προεστῶτες ὑφ᾽ ἑαυτοὺς κατὰ τὰς διαφορὰς ἠθῶν κυρίας ὀφείλουσι ἔχειν διδασκάλους. Quoniam in pleriſque partibus, &c. ἐπειδὴ ἐν πλείστοις μέρεσιν ἐντὸς τῆς αὐτῆς πόλεως καὶ χώρας ἀναμίγνυνται.

X. De prædicatoribus inſtituendis. In mſ. Quod epiſcopi ſub ſe ad docendum populum viros theologos habere debent: ὅτι οἱ ἐπίσκοποι ὑφ᾽ ἑαυτοὺς πρὸς τὸ διδάξαι τὸν λαὸν ἄνδρας θεολόγους ἔχειν ὀφείλουσιν. Inter cetera quæ ad ſalutem, &c. πρὸς τοῖς ἄλλοις τοῖς εἰς σωτηρίαν ἀφορῶσι.

XI. De magiſtris ſcholaſticis. In mſ. Vt epiſcopi magiſtros habeant, qui clericos doceant: ἵνα οἱ ἐπίσκοποι διδασκάλους ἔχωσι τοὺς διδάξοντας τοὺς κληρικούς. Quia nonnullis propter inopiam, &c. ἐπειδὴ τισὶ δι᾽ ἔνδειαν.

XII. De communibus capitulis monachorum. In ſingulis regnis, &c.

XIII. De nouis religionibus prohibitis. In mſ. Ne fiant nouæ religiones niſi fuerint approbatæ. Græcus titulus deeſt. Inc. Ne nimia religionum diuerſitas: ἵνα μὴ πλείστη τῶν θρησκειῶν διαφορὰ βαρεῖαν.

XIV. De incontinentia clericorum punienda. In mſ. de continentia clericorum: περὶ ἐγκρατείας κληρικῶν. Vt clericorum mores & actus: ἵνα τῶν κληρικῶν τὰ ἤθη καὶ τὰ πράγματα.

XV. De arcenda ebrietate clericorum. In mſ. caput hoc cum præcedente iungitur abſque nouo titulo. A crapula & ebrietate omnes clerici diligenter abſtineant: ἀπὸ κραιπάλης καὶ μέθης πάντες οἱ κληρικοὶ ἀκριβῶς ἀπεχέσθωσαν.

XVI. De indumentis clericorum. In mſ. De vita & honeſtate clericorum: περὶ ζωῆς καὶ σεμνότητος τῶν κληρικῶν. Clerici officia vel commercia ſæcularia non exerceant: οἱ κληρικοὶ ὀφφίκια ἢ κομέρκια κοσμικὰ μὴ ἐξεργαζέσθωσαν μάλιστα ἄτιμα· μίμοις καὶ γελωτοποιοῖς καὶ γλωττοπαίκταις μὴ προσεχέτωσαν.

XVII. De comeſſationibus prælatorum, & negligentia eorum ſuper diuinis officiis. In mſ. de crapula & ebrietate clericorum, & horis cum

Digitized by Google

honeſtate pſallendis: περὶ κρεπάλης καὶ μέθης κληρικῶν, καὶ τῆς σεμνότητος τῶν ψαλλόντων. Dolentes referimus quod non ſolum, &c. ἀλγεινῶς ἀναφέρομεν ὅτι οὐ μόνον τινὲς μικροκληρικοί.

XVIII. De iudicio ſanguinis & duelli clericis interdicto. In mſ. Vt clerici ſententiam ſanguinis non dictent, nec interſint forenſibus iudicibus: ἵνα οἱ κληρικοὶ ἀπόφασιν αἵματος μὴ ἐκθεθῶσιν, μηδὲ παρεστῶσι τοῖς ἐξωτέροις κριταῖς. Sententiam ſanguinis nullus clericus, &c. ἀπόφασιν αἵματος μηδεὶς κληρικός. Ceterum qui dicuntur in hoc capitulo rottarii & baliſtarii, in mſ. diſerte vocantur ruptarii, Græceque redduntur ῥηξόται καὶ ζαγγάρειοι.

XIX. Ne eccleſiæ mundanis ſupellectilibus exponantur. In mſ. Vt in eccleſiis ſupellectilia non ponantur: ἵνα ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τὰ ἀπόχρεα μὴ τεθῶσι. Relinqui nolumus incorreptum (incorrectum in editis) καταλειφθῆναι οὐ θέλομεν ἀδιόρθωτον.

XX. De chriſmate & euchariſtia ſub ſera conſeruanda. In mſ. Vt euchariſtia & chriſma fideliter conſeruentur: ἵνα μὴ εὐχαριστία καὶ τὸ χρίσμα πιστῶς φυλαχθῶσι. Statuimus vt in cunctis, &c. διατάσσομεν οὖν ὅπως.

XXI. De confeſſiòne facienda, & non reuelanda a ſacerdote, & ſaltem in paſcha communicando. In mſ. Vt omnes adultæ ætatis pœnitentiam perſonaliter agant. Librarius titulum Græce non reddidit. Omnis vtriuſque ſexus fidelis, poſtquam ad annum diſcretionis peruenerit, omnia ſua ſolus peccata confiteatur fideliter, ſaltem ſemel in anno, proprio ſacerdoti, &c. πᾶς ἑκατέρου γένους πιστὸς, μετὰ τὸ εἰς χρόνον διακρίσεως προσελθεῖν, πάντα τὰ ἴδια μόνος ἁμαρτήματα ἐξομολογησάτω πιστῶς κἂν ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ τῷ ἰδίῳ ἱερεῖ, καὶ τὴν ἐπιτεθεῖσαν αὐτῷ ἐκπληρῶν σπουδασάτω ὅση ἡ δύναμις ἐκπληρῶν μεταλαμβάνων εἰς ἔλαττον εἰς τὸ πάσχα αἰδεσίμως τὸ τῆς εὐχαριστίας μυστήριον, εἰ μὴ ἴσως τῇ βουλῇ τοῦ ἰδίου ἱερέως διά τινα εὔλογον αἰτίαν εἰς καιρὸν τῆς μεταλήψεως ἀπέχοιτο. εἰ δὲ μὴ γένοιτο καὶ ζῶν ἐκ τῆς εἰσόδου τῆς ἐκκλησίας κωλυέσθω, καὶ θανὼν τῆς τῶν χριστιανῶν ἀποστερείσθω ταφῆς.

XXII. Quod infirmi prius prouideant animæ quam corpori. In mſ. Vt medici ægros non prius curent, quam pœnitentiam agant: ἵνα οἱ ἰατροὶ τοὺς ἀῤῥώστους μὴ πρότερον θεραπεύσωσιν ἢ μετανοήσωσιν. Cum infirmitas corporalis nonnumquam ex peccato proueniat, &c. ἐπειδήπερ ἡ σωματικὴ ἀῤῥωστία ἐξ ἁμαρτίας ποτὲ προέρχεται λέγοντος τοῦ κυρίου τῷ παραλυτικῷ ὃν ἰάσατο.

XXIII. Quod eccleſia cathedralis vel regularis vltra tres menſes non vacet. In mſ. Caput XXIII. de electionibus prælatorum: περὶ ἐκλογῶν προεστώτων κεφ. κγ΄. Ne pro defectu paſtoris gregem domini lupus rapax inuadat, &c. ἵνα μὴ διὰ λεῖψιν ποιμένος τὴν δεσποτικὴν ἀγέλην ὁ ἅρπαξ λύκος λυμαίνηται.

XXIV. De electione facienda per ſcrutinium vel compromiſſum. In mſ. Item de electionibus: πάλιν περὶ ἐκλογῶν. Quia propter diuerſas electionum formas, &c. ὅτι διὰ τὰς διαφόρους τῶν ἐκλογῶν μορφάς.

XXV. Quod electio facta per ſæcularem poteſtatem non valeat. In mſ. Item de electionibus: πάλιν περὶ ἐκλογῶν. Quiſquis electioni, &c. ὅστις

Digitized by Google

τῇ περὶ αὐτοῦ γεγονυίᾳ ἐκλογῇ διὰ κοσμικῆς ἐξουσίας παρέχησιν συναινέσαι τολμήσῃ.

XXVI. De pœna indigne confirmantis electionem. In mſ. Item de electionibus: πάλιν περὶ ἐκλογῶν. Nihil eſt quod eccleſiæ Dei magis officiat, &c. οὐδέν ἐστιν ὃ τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ πλεῖον βλάπτει.

XXVII. De inſtructione ordinandorum. In mſ. De ordinibus faciendis: περὶ χειροτονιῶν γινομένων. Cum ſit ars artium regimen animarum: ἐπειδὴ τέχνη τεχνῶν ἡ κυβέρνησις τῶν ψυχῶν.

XXVIII. Quod compellantur cedere, qui poſtulauerunt licentiam cedendi. In mſ. De ceſſione prælatorum: περὶ ὑποχωρήσεως προεστώτων. Quidam licentiam cedendi, &c. τινὲς τὴν τοῦ ὑποχωρεῖν.

XXIX. Quod nullus habeat duo beneficia, cum cura annexa. In mſ. Vt nullus plures habeat dignitates, vel parochiales eccleſias: ἵνα μηδεὶς ἔχῃ πλείστας ἐξουσίας ἢ ἐνοριτίδας ἐκκλησίας. De multa prouidentia, &c. ἐκ πολλῆς προνοίας ἐν τῇ τοῦ Λατερανοῦ συνόδῳ κεκώλυται.

XXX. De idoneitate inſtituendorum in eccleſiis. In mſ. Vt epiſcopi carnalitatis affectu conſanguineis eccleſiaſtica non conferant beneficia: ἵνα οἱ ἐπίσκοποι σαρκικῇ διαθέσει τοῖς συγγενέσι τὰ ἐκκλησιαστικὰ μὴ παρέχοιεν ἀναγκήματα. Graue nimis eſt & abſurdum: βαρὺ λίαν ἐστὶ καὶ ἄτοπον.

XXXI De filiis canonicorum non inſtituendis cum patribus. In mſ. Vt filii canonicorum beneficia non aſſequantur in eccleſiis, in quibus ſtatuti ſunt patres: ἵνα οἱ υἱοὶ τῶν κανονικῶν ἀναγκήματα μὴ καταδέξωνται ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ἐν αἷς κατεστάθησαν οἱ πατέρες. Ad abolendam peſſimam, &c. εἰς τὸ ἀποκαθαίρειν τὴν ἐν πλείσταις.

XXXII. Vt patroni competentem portionem dimittant clericis. In mſ. De patronis & iure patronatus: περὶ πατρώνων καὶ δικαίου πατρωνικοῦ. Extirpandæ conſuetudinis vitium, &c. ἐκσπασθησομένης συνηθείας πάθος.

XXXIII. De procurationibus non accipiendis ſine viſitatione. In mſ. De procurationibus: περὶ προκουρατικῶν. Procurationes, quæ ratione viſitationis debentur epiſcopis: αἱ προκουρατικαὶ αἱ λόγῳ ἐπισκέψεως ὀφειλόμεναι τοῖς ἐπισκόποις.

XXXIV. De ſubditis non grauandis ſub prætextu ſeruitii alicuius. In mſ. De procurationibus legatorum æqualiter colligendis: περὶ προκουρατικῶν τῶν λεγάτων ἐξ ἴσου συλλεγομένων. Quia plerique prælati, &c. ἐπειδὴ πλεῖστοι προεστῶτες

XXXV. De cauſa appellationis exprimenda. In mſ. Vt nullus a iudicibus niſi oſtenſa cauſa valeat appellare: ἵνα μηδεὶς ἀπὸ κριτῶν ἄνευ ἀποδειχθείσης αἰτίας ἐκκαλῆται. Vt debitus honor, &c. ἵνα ἡ ὀφειλομένη τιμή.

XXXVI. Quod iudex poſſit interlocutoriam & comminatoriam ſententiam reuocare. In mſ. De comminationibus & interlocutionibus litigantium: περὶ ἀπειλῶν καὶ συλλαλιῶν τῶν δικαζομένων. Cum ceſſante cauſa, &c. ἐπειδὴ παυθείσης τῆς αἰτίας παύει ἡ ἐντίμησις.

XXXVII. De literis non impetrandis vltra duas diætas & ſine ſpeciali.

Digitized by Google

ciali mandato. In mſ. De literis ad remotos iudices non impetendis: *περὶ γραμμάτων εἰς τοὺς ἀπόντας μακρὰν κριτὰς μὴ ἐπιτυξομένων.* Nonnulli gratia ſedis apoſtolicæ, &c. *τινὲς χάριτι τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου παρεχόμενοι.*

XXXVIII. De ſcribendis actis, vt probari poſſint. In mſ. De ordine iudicii & dictis partium ſcribendis. In mſ. *περὶ τάξεως κρίσεως καὶ ῥημάτων τῶν μερῶν γραφησομένων.* Quoniam contra falſam aſſertionem, &c. *ἐπειδὴ κατὰ τῆς πλαστικῆς ἐξηγήσεως τοῦ ἀδίκου κριτοῦ ἢ ἀθῶος.*

XXXIX. De reſtirutione danda contra poſſeſſorem, quam non rapuit ipſe. In mſ. De reſtitutione ſpoliationis: *περὶ ἀποκαταστάσεως ἀπογυμνώσεως.* Sæpe contingit quod ſpoliatus iniuſte, &c. *πολλάκις συμβαίνει ὅτι ὁ γυμνωθεὶς ἀδίκως.*

XL. De vera poſſeſſione. In mſ. De poſſeſſione cuſtodiæ propter . . . ? *περὶ νόμου φυλάξεως διὰ τὴν καταφρόνησιν τῶν ἀπόντων.* Contingir interdum quod cum, &c. *συμβαίνει ποτὲ ὅτι.*

XLI. De continuatione bonæ fidei in omni præſcriptione. Quoniam omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt, ſynodali iudicio definimus: *ἐπειδὴ πᾶν ὃ οὐκ ἐκ πίστεως ἁμαρτία ἐστὶν συνοδικῇ κρίσει ἀποφαινόμεθα, ἵνα μηδεμία ἰσχύσῃ δίχα καλῆς πίστεως παραγραφὴ ἤτοι κανονικὴ ὅσον πολιτική.*

XLII. De ſæculari iuſtitia. Sicut volumus vt iura clericorum laïci non vſurpent: *καθὼς θέλομεν ἵνα τὰ δίκαια τῶν κληρικῶν λαϊκοὶ μὴ ἁρπάζωσι.*

XLIII. Ne ſine cauſa clericus fidelitatem laïco faciat. Nimis de iure diuino, &c.

XLIV. Quod conſtitutiones principum non præiudicent eccleſiis: Cum laïcis, quamuis religioſis, &c.

XLV. Patronus qui clericum eccleſiæ occiderit, vel mutilauerit, ius patronatus amittat. In mſ. De inſolentia patronorum & aduocatorum compeſcenda: *περὶ ἀπτίας πατρώνων καὶ συνηγόρων ἐκλογισθησομένης.* In quibuſdam prouinciis, &c. *ἐν τισιν ἐπαρχίαις οἱ τῶν ἐκκλησιῶν πατρῶνες, ἢ συνήγοροι, ἢ αἰτπιώεισι.* Sacri nihilominus concilii approbatione ſtatuimus, &c. vbi rectorem, in mſ. eſt lectorem, & Græce *ἀναγνώστην*, feudatarii *φιώτῃ*, feudum *τὸ φίον* appellatur.

XLVI. De talliis a clericis non exigendis. In mſ. De eccleſiis & viris eccleſiaſticis non opprimendis quibuſlibet vexationibus: *περὶ ἐκκλησιῶν καὶ ἀνδρῶν ἐκκλησιαστικῶν μὴ ἐκπιεσθησομένων ταῖς ἀπαιτήσεσι.* Aduerſus conſules, ac rectores ac dominos ciuitatum, &c. *κατὰ κονσούλων καὶ κυβερνητῶν τῶν πόλεων.*

XLVII. De forma excommunicandi. In mſ. De ordine excommunicationum: *περὶ τάξεως ἀποκοινωνήσεων.* Sacro approbante concilio prohibemus ne quis in aliquem, &c. *τῆς ἱερᾶς κυρούσης συνόδου κωλύομεν ἵνα μή τις.*

XLVIII. De modo recuſandi iudicem. In mſ. De fruſtratoria recuſatione & appellatione moniti & iudicibus a partibus eligendis: *περὶ ἀχρειείας ἀποβολῆς καὶ ἐκκλήσεως τοῦ παραγγελθέντος καὶ κριτῶν ἐκ τῶν μερῶν ἐκλεγησομένων.*

Cum

Cum ſpeciali ſit prohibitione prouiſum, &c. In mſ. habetur ſpirituali, vnde ſic Græca verſio habet: ἐπεὶ πνευματικῇ κωλύσει προενοήθη, ἵνα μή τις ἀποκοινωνήσεως ἀπόφασιν.

XLIX. De pœna excommunicantis iniuſte. In mſ. Ne cauſa cupiditatis aliquis excommunicetur, vel abſoluatur: ἵνα μή τις αἰτίᾳ πλεονεξίας ἀποκοινωνηθῇ, ἢ λύσῃ. Sub interminatione diuini iudicii penitus interdicimus, &c. ὑπὸ διορισμῷ τῆς θείας κρίσεως παντελῶς ἀφορίζομεν.

L. De reſtricta prohibitione matrimonii. In mſ. De affinitate ſecundi & tertii generis, & reuocatione graduum: περὶ ἀγχιστείας δευτέρου καὶ τρίτου γένους, καὶ ἀνακλήσεως τῶν βαθμῶν. Non debet reprehenſibile iudicari, &c. οὐ χρὴ μεμπτὸν κρίνεσθαι, εἰ κατὰ τὴν ποικιλίαν τῶν καιρῶν αἱ καταστάσεις ποτὲ ποικιλωθῶσιν.

LI. De pœna contrahentium clandeſtina matrimonia. In mſ. De clandeſtinis matrimoniis: περὶ κρυφίων συνοικεσίων. Cum inhibitio copulæ coniugalis, &c. ἐπειδὴ ἡ κώλυσις τῆς συζυγικῆς συναφείας ἐν τοῖς τελείοις ἐσχάτοις βαθμοῖς ἀνεκλήθη.

LII. De teſtimonio de auditu reprobando in cauſa matrimonii. In mſ. De teſtimonio in matrimonio de viſu recipiendo: περὶ μαρτυρίας ἐν συνοικεσίῳ ἀπὸ θέας προσδεχθησομένης. Licet ex quadam neceſſitate: ὅτι μὲν ἔκ τινος ἀνάγκης.

LIII. De his qui prædia ſua in fraudem decimarum dant aliis excolenda. In mſ. De decimis prædiorum: περὶ δεκάτων κτημάτων. In aliquibus regionibus, &c. ἔν τισι περιχώροις.

LIV. Vt decimæ ante tributa ſoluantur. In mſ. Ne cenſus & tributa (in) decimis præponantur: ἵνα μὴ οἱ κῆνσοι καὶ τὰ τέλη τῶν δεκάτων προτεθῶσιν. Cum non ſit in homine, &c. ἐπειδὴ οὐκ ἦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ.

LV. Vt de terris acquirendis non obſtantibus priuilegiis decimæ dentur. In mſ. De decimis amodo ab abbatibus dandis: περὶ δεκάτων ἀπὸ τοῦ νῦν παρὰ τῶν ἡγουμένων δοθησομένων. Nuper abbates Ciſtercienſis ordinis, &c. νεωστὶ οἱ ἡγούμενοι.

LVI. Ne propter pactum aliquorum amittat decimas preſbyter parochialis. In mſ. De pacto quorumdam in decimis facto: περὶ πάκτου τινῶν ἐν ταῖς δεκάταις γινομένου. Plerique, ſicut accepimus, regulares, &c. πλεῖστοι καθὼς ἐλάβομεν ἀσκητικοί.

LVII. De interpretandis priuilegiorum verbis. In mſ. De expoſitione quorumdam dictorum, quæ in quibuſdam priuilegiis continentur: περὶ ἐπεξηγήσεως τινῶν λόγων τῶν ἔν τισι προνομίοις περιεχομένων. Vt priuilegia, &c. ἵνα τὰ προνόμια.

LVIII. De eodem in fauorem epiſcoporum. In mſ. Vt epiſcopi quandoque in eccleſiaſticis interdictis celebrare poſſint diuina: ἵνα οἱ ἐπίσκοποί ποτε ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ταῖς δεσμευμέναις πλὴν δυνηθῶσι τὰ θεῖα. Quod nonnullis eſt religioſis indultum, &c. ὅπερ παρ' ἀσκητικοῖς προσετέθη εἰς προστασίας τοῦ ἀρχιερατικοῦ ὀφφικίου.

LIX. Quod nullus religioſus fideiubeat ſine licentia abbatis & conuentus. In mſ. Ne quis abſque abbatis & maioris partis capituli licentia fideiubeat: *ἵνα μή τις χωρὶς τοῦ ἡγουμένου καὶ τοῦ μείζονος μέρους καπιτούλου ἐξαδείας ἐγγυήσηται.* Quod quibuſdam religioſis, &c. *ἐπεὶ τοῖς ἀσκητικοῖς.*

LX. Vt abbates non extendant ſe ad officium epiſcopale. In mſ. Vt abbates iura epiſcopalia non præſumant: *ἵνα οἱ ἡγούμενοι.* Aſcendentibus ad nos, &c. *ἀναχθέντων πρὸς ἡμᾶς.*

LXI. Ne religioſi recipiant decimas de manu laïcali. In mſ. Vt regulares eccleſias vel decimas de manu non recipiant laïcorum, neque excommunicatos vel interdictos ad diuina: *ἵνα οἱ ἀσκητικοὶ τὰς ἐκκλησίας ἢ δεκάτας ἐκ χειρὸς μὴ δέξωνται λαϊκῶν, μήτε τοὺς ἀποκοινωνήτους ἢ ἀφορισθέντας εἰς τὰ θεῖα.* In Lateranenſi concilio, &c. *ἐν τῇ Λατεράνου συνόδῳ.*

LXII. Ne reliquiæ ſanctorum oſtendantur extra capſam; ne nouæ habeantur in veneratione ſine Romana eccleſia. In mſ. De reliquiis non vendendis vel venerandis niſi fuerint approbatæ, & de modo indulgentiæ: *περὶ λειψάνων μὴ περιφερομένων, μηδὲ σεβασθησομένων, εἰ μὴ ἀποδειχθεῖσι, καὶ περὶ τρόπου συγχωρήσεως.* Cum ex eo quod quidam, &c. Initium huius capitis Græce non reperitur redditum in mſ. codice vſque ad illa verba, quæ initium præſtant formæ literarum prædicatorum: Quoniam, vt ait apoſtolus, &c.

LXIII. De ſimonia. In. mſ. De conſecrationibus, benedictionibus, ordinationibus, & ſacramentis eccleſiæ gratis conferendis: *περὶ ἱεροθυσιῶν, εὐλογιῶν, χειροτονιῶν, καὶ μυστηρίων τῆς ἐκκλησίας δωρεὰν προσενεχθησομένων.* Sicut pro certo didicimus: *καθὼς ἐπ' ἀληθεῖ ἐμάθομεν ἐν πλείστοις τόποις.*

LXIV. De eadem circa monachos & ſanctimoniales. In mſ. De ſanctis monialibus gratis recipiendis: *περὶ τῶν μοναστριῶν δωρεὰν δεχθησομένων.* Quoniam ſimoniaca labes adeo pleraſque moniales infecit, &c. *ἐπειδὴ ὁ σιμωνιακὸς ῥύπος ἐπὶ τοσοῦτο τὰς πλείστας μοναστρίας ἔχρανε.*

LXV. De eadem circa illicitam pecuniæ extorſionem. In mſ. De fraude & dolo prælatorum: *περὶ ἀπάτης καὶ δόλου τῶν προεστώτων.* Audiuimus de quibuſdam epiſcopis: *ἠκούσαμεν περί τινων ἐπισκόπων.*

LXVI. De eadem circa cupiditatem clericorum. In mſ. De exequiis mortuorum, & benedictionibus nubentium: *περὶ κηδειῶν τῶν νεκρῶν, καὶ εὐλογιῶν τῶν γημαμένων.* Ad apoſtolicam audientiam: *εἰς τὴν ἀποστολικὴν ἀκρόασιν.*

LXVII. De vſuris Iudæorum. In hoc vno mſ. codex conſentit cum editis, & Græce expreſſit: *περὶ τόκων ἰουδαίων.* Quanto amplius Chriſtiana religio ab exactione, &c. *ὅσον πλέον ἡ χριστιανὴ θρησκεία ἐκ τῆς ἀπαιτήσεως χαλινεύεται τῶν τόκων, τοσούτῳ βαρύτερον.*

LXVIII. Vt Iudæi diſcernantur a Chriſtianis in habitu. In mſ. De diſtinctione habitus Chriſtianorum Iudæorum & Saracenorum: *περὶ σφίξεως* (videtur legiſſe interpres, diſtrictione) *σχήματος χριστιανῶν, ἰουδαίων, σαρακηνῶν.* In nonnullis prouinciis: *ἔν τισιν ἐπαρχίαις.*

Digitized by Google

LXIX. Ne Iudæi publicis officiis præficiantur. In mſ. Ne Iudæi officiis publice in Chriſtianis vtantur: ἵνα μὴ οἱ ἰουδαῖοι ὀφφικίοις δημοσίοις ἐν τοῖς χριστιανοῖς χρῶνται. Cum ſit nimis abſurdum, &c. ἐπειδὴ λίαν ἐστὶν ἄτοπον.

LXX. Ne conuerſi ad fidem de Iudæis veterem ritum Iudæorum retineant. In mſ. Ne conuerſi ad fidem Chriſtianam veteris ritus aliquid teneant: ἵνα μὴ ἐπιστραφέντες πρὸς τὴν χριστιανῶν πίστιν τοῦ παλαιοῦ ἔθους μηδὲν κρατῶσιν. Quidam, ſicut accepimus, &c. τινὲς, ὡς παρειλάβομεν.

Sequitur veluti coronidis loco in editis, expeditio pro recuperanda terra ſancta. In mſ. De liberatione terræ ſanctæ, & indulgentia cruce ſignatorum: περὶ ἀναῤῥύσεως τῆς ἁγίας γῆς καὶ συγχωρήσεως τῶν σταυρῷ σεσημειωμένων. Ad liberandam terram ſanctam de manibus impiorum, &c. εἰς τὸ ἐλευθερωθῆναι τὴν ἁγίαν γῆν. Deſinit vero in hæc verba verſio Græca, ἵνα πάντες ἀξίως ἀποδώσῃ πρὸς σωτηρίαν. ἀμήν.

* 1215. Idem, de quo ſæpe dictum, Robertus cardinalis apud *Bituricas* concilium conuocauerat. Verum ab eo epiſcopi Franciæ appellarunt, eumdemque poſtea Romæ in generali concilio vehementiſſime reddidere confuſum, adeo quod dominus papa, verba ſunt eius, qui appendicem attexuit chronico Roberti S. Mariani monachi ordinis Præmonſtratenſis, multiplices dicti cardinalis exceſſus a prælatis Franciæ ſibi petierit relaxari.

* 1216. *Melodunenſe* concilium occaſione defectionis Anglorum a Ioanne rege ſuo *Sine terra* dicto, de quo apud hiſtoricos plura leguntur.

Subiicit Binius Lateranenſi concilio conſtitutiones 7. ex concilio Petri Senonenſis archiepiſcopi, quem ait defunctum anno 1221.

CLXXV.

HONORIVS III. Romanus, Cencius antea dictus, e gente Sabella, ſedit annis 10. & menſibus 8. a die 17. Iulii anni 1216. ad diem 19. Martii, feriam ſextam, qua obiit anno 1227. imperantibus Roberto CP. & Frederico II. rege vero Galliæ S. Ludouico IX.

I. Epiſtola ad Henricum III. Angliæ regem. II. ad epiſcopos Angliæ. III. ad archiepiſcopum Colonienſem, eiuſque ſuffraganeos.

* Plures, vt iam monui, reperies apud Raynaldum, Bzouium, Vadingum, &c. Videndus quoque lectori curioſo tomus V. collectionis Ducheſnianæ, in quo pag. 851. occurrunt 18. Honorii III. epiſtolæ.

* 1221. *Apud caſtrum Gonterii* concilium celebratum fuit, teſte Laurentio Bochello in Nomenclatura ſynodorum & auctorum, ex quibus collegit decreta eccleſiæ Gallicanæ anno 1609. edita.

1221. *Oxonienſe* concilium in Anglia, præſide Stephano de Langetuna, ſeu Langtona, Cantuarienſi archiepiſcopo, cuius extant capitula 49.

Digitized by Google

1223. *Pariſienſis*, ſeu potius *San-Dionyſianus* conuentus plurium epiſcoporum, in exequiis Philippi Auguſti Galliæ regis, de quibus Guillelmus Brito, aliique plura. Videndus quoque Rigordus de ſynodo a Conrado legato *Pariſiis* habita aduerſus Albigenſes, & alia, quam apud *Senones* indixerat.

1225. *Colonienſe* concilium, præſide Conrado Portuenſi & ſanctæ Rufinæ epiſcopo, cardinale, ſedis apoſtolicæ legato, celebratum 4. idus Decembris, cuius extant capitula 14.

* In vita Ludouici VIII. auctore incerto, fit mentio concilii apud *Montempeſſulanum* celebrati in cauſa Raymundi Toloſani & Albigenſium, infra octauas aſſumptionis B Mariæ: tum concilii, ſeu potius colloquii apud *Vallem coloris* inter Ludouicum Franciæ regem, & Henricum regem Alemanniæ, filium Frederici imp. in octauis B. Martini hyemalis.

* 1225. *Bituricenſe* concilium, in quo præſide Romano cardinale, S. R. E. legato, adfuerunt ſex archiepiſcopi, ac nouem prouinciarum ſuffraganei. In eo ob diſcordiam inter præſules dicitur non fuiſſe ſeſſum quaſi in concilio, ſed vt in conſilio, &c. quæ alias fuſius exponentur.

* 1225. *Pariſienſe* concilium in cauſa Albigenſium, præſidibus Romano & Petro cardinalibus.

* 1226. *Fuxenſe* concilium apud S. Ioannem de Virginibus, præſide cardinale ſancti Angeli apoſtolico legato, ad abſoluendum ab Albigenſium hæreſi Bernardum Rogerium comitem Fuxenſem.

* 1226. aut 1227. in quadrageſima celebratum *Narbonenſe* concilium, eodem præſide, de quo videndus Guillelmus de Podio Laurentii cap. 36. Acta exhibebimus ex mſ. codice.

1226. *Vveſtmonaſterienſe* concilium in Anglia poſt paſcha celebratum, præſide Stephano Cantuarienſi archiepiſcopo, de beneficiis Romanæ eccleſiæ conferendis, &c. ex Matthæo Pariſio.

CLXXVI.

GREGORIVS IX. Anagninus, ex comitibus Signiæ, Hugolinus antea dictus, ſedit annis 14. menſibus 5. & diebus 3. a die 20. Martii anni 1227. quo electus, & proxime ſequenti dominico conſecratus, vſque ad diem 22. Auguſti anni 1241. quo obiit, imp. Balduino II. CP. & Frederico II. Ænobarbo, ac rege Francorum S. Ludouico.

I. Epiſtola ad omnes fideles, ad quos miſit epiſtolam orientalium. II. ad Stephanum archiepiſcopum Cantuarienſem. III. ad Romanum Francorum legatum. IV. ad Elienſem & Londinenſem epiſcopos. Germani archiepiſcopi CP. ad Gregorium papam epiſtola. V. & VI. ad

Digitized by Google

Germanum patriarcham CP. Definitio apocriſiariorum Gregorii papæ, quod Spiritus ſanctus a Patre Filioque procedat æqualiter. VII. ad omnes archiepiſcopos, &c. VIII. ad Anglos. Capitula a Gregorio papa IX. contra Patarenos edita. IX. ad priorem fratrum ordinis prædicatorum in Lombardia. X. ad archiepiſcopum Bremenſem. XI. ad Ottonem cardinalem legatum in Anglia. XII. ad archiepiſcopum Cantuarienſem & ſuffraganeos eius. XIII. ad nobiles Angliæ. XIV. ad Ottonem cardinalem legatum in Anglia. XV. ad archiepiſcopum Bremenſem, & epiſcopum Verdenſem. XVI. ad omnes epiſcopos. * Eiuſdem epiſtola ad Ludouicum IX. regem, vt nullus interdicat eius capellas: & aliæ ad diuerſos variis de cauſis miſſæ, non tamen ſine delectu promendæ, vt modo monebamus in Innocentio III.

* 1228. *Toloſanum* concilium, præſide Romano titulo S Angeli diacono cardinale legato, celebratum poſt æſtatem, menſe Nouembri, vt pluribus Bernardus Guidonis, Guillelmus de Podio-Laurentii cap. 40. aliique ex iis. In mſ. exemplari, quod præ manibus habeo depromptum ex bibliotheca Philippi Filonardi cardinalis, ſtatuta fuiſſe & promulgata in concilio apud Toloſam, menſe Nouembri anni 1229.

* 1228. *Auraſienſe*, ſiue Arauſicanum, concilium eodem præſide habitum, in eadem Albigenſium cauſa, & de pœnitentius aduerſus ſuſpectos de hæreſi, memoratur iiſdem ſcriptoribus.

* 1228. Simon de Soliaco archiepiſcopus Bituricenſis, cardinalis titulo S. Cæciliæ, conuocauit concilium prouinciale *Bituris*, in octauis beati Martini hyemalis, ad quod cum Burdegalenſis archiepiſcopus accedere curaſſet minime, eumdem de conſilio ſuorum ſuffraganeorum ſuſpendit ab officio metropolitani, inquit auctor patriarchii Bituricenſis.

* 1228. *Romanum* I. concilium a Gregorio IX. celebratum, collectis Tuſciæ, Apuliæ, Lombardiæ, & aliarum prouinciarum epiſcopis, aduerſus Fridericum imp. quem in cœna Domini anathemate percuſſit.

* 1228. Statuta domni Ludouici regis pro libertate eccleſiæ.

* Poſt Toloſanum concilium, verum annus præciſe non notatur, apud *Albiam*, præſide Zœno Auenionenſi epiſcopo, apoſtolicæ ſedis legato, & prælatis prouinciarum Narbonenſis, Bituricenſis, & Burdegalenſis, multa ſtatuta aduerſus hæreticos, &c.

* 1229. *Turiaſonenſe* in Aragonia concilium celebratum, præſide Ioanne Halgrino monacho Cluniacenſi, cardinale S. R. E. legato, pro diſſoluendo Iacobi regis matrimonio.

* 1230. *Turonenſe* concilium, præſide Iuhello, ſeu Iudicaëlc de Meduana archiepiſcopo Turonenſi.

* 1231. Apud *Quintinopolim* ad Somonam fluuium, quam quidam Auguſtam veterum Veromanduorum vocitant, celebratum concilium, præſide Henrico de Branna (ſeu potius de Brennaco) Rhemenſi archiepi-

Digitized by Google

ſcopo, in cauſa Milonis epiſcopi, & iudicum Bellouacenſium.

* 1231. *Apud caſtrum Gonterii*, regnante ſancto Ludouico, inquit Bochellus.

* 1232. *Laudunenſe* concilium, eodem præſide Rhemenſi archiepiſc.

* 1233. *Biterrenſe* concilium, præſide Gualtero epiſcopo Tornacenſi, legato apoſtolico; ex cap. 42. Guillelmi de Podio Laurentii, ex chronico Bernardi Guidonis, & mſ. noſtro codice, vbi & ad eumdem legatum legitur epiſtola Gregorii papæ.

* Literæ Raymundi comitis Toloſani de ſtatutis terræ Albigenſis datæ Toloſæ 11. kal. Maii anno 1233. quorum mentio in eodem chronico Guillelmi de Podio Laurentii.

* 1233. Iuhelli de Meduana archiepiſcopi Turonenſis decreta pro *Briocenſi* diœceſi, de conſenſu Vvillelmi illius vrbis epiſcopi, menſe Octobri.

* 1233. *Apud caſtrum Gonterii*, teſte Laurentio Bochello, qui ſimul meminit concilii a Galtero Senonenſi archiepiſcopo celebrati, quem addit anno 1234. Margaritam S. Ludouici IX. regis vxorem reginam coronaſſe, & obiiſſe anno 1241.

1234. *Romanum* II. concilium a Gregorio IX. papa celebratum, pro ſuſcipienda in Palæſtinam expeditione.

* 1234. *Spoletanum* concilium a Gregorio IX. ob eamdem cauſam, quod tamen ſuſpicor idem omnino eſſe cum præcedenti, quod Bzouius Romæ celebratum, Raynaldus Spoleti docuit, ex auctore anonymo vitæ ipſius Gregorii.

* 1235. *Narbonenſe* concilium, præſide Petro Amelio Narbonenſi arch.

* *Scherungenſe* concilium, præſide Sabinenſi epiſcopo, quem in Danorum regiones miſſum fuiſſe a pontifice legatum, ad obſoletos Chriſtianorum mores emendandos, ſcripſit Olaus magnus hiſt. Goth. lib. XIX.

* 1236. *Apud caſtrum Gonterii* concilium celebratum die Martis proxima ante feſtum S. Barnabæ apoſtoli.

* 1236. *Turonenſe* concilium eodem rege S. Ludouico memoratur eidem Bochello, niſi forte ſit idem cum præcedenti.

* 1236. *Sanquintinianum* in Veromanduis contra Enguerranum Codiciacenſem toparcham.

* Quod vero ſpectat ad cauſam Thomæ de Bellomanſo canonici Rhemenſis, anno ſuperiore *Quintinopoli Compendii*, ac *Siluanecti* agitatam a præſulibus Rhemenſis prouinciæ, plura ſubminiſtrabit Claudius Hemeræus, qui etiam alterum in eadem vrbe anno 1239. affigit, cum de iis agat Spondanus ad annum duntaxat 1235.

1237. *Londonienſe* nationale concilium in eccleſia S. Pauli celebratum, vt pluribus Matthæus Pariſius, in craſtino octauarum S. Martini, præſide Ottone S. Nicolai in carcere Tulliano diacono, cardinale & apoſtolicæ ſedis ad partes Angliæ legato. Extant capitula 31.

Digitized by Google

* 1238. *Apud Campinacum* concilium celebratum die Lunæ, poſt octauam paſchæ, præſide Gerardo Burdegalenſi archiepiſcopo. Bochellus Cognacum interpretatur.

1239. *Turonenſe* concilium celebratum rege S. Ludouico, ſi quæ Bochello fides.

1239. *Quintinopolitanum* concilium, de quo iam antea. Vide Claudium Hemeræum pag. 229. Auguſtæ Viromanduorum illuſtratæ, hæc & alia in ea ad Somonam fl. ciuitate, labente ſæculo XIII. celebrata concilia vberius explicantem.

Additiones ſynodicæ Vuillelmi Pariſienſis epiſcopi, ſi tamen is fuerit Aruernus. Nam Bochellus tribuere videtur Vuillelmo de Seliniaco, qui ex Autiſſiodorenſi factus Pariſienſis antiſtes, obiit apud S. Clodoaldum 23. Nouembris 1223.

* 1240. *Lanciciense* concilium, præſide Fulcone archiepiſcopo Gneznenſi, aduerſum Corradum Maſouiæ ducem.

CLXXVII.

CÆLESTINVS IV. Mediolanenſis, e genere Caſtelioneo, Gaufridus antea dictus, ſedit diebus duntaxat 18. a die 22. Septembris ad diem 8. Octobris anni 1241. quo obiit biduo poſt ſolis eclipſim, ſub iiſdem principibus. Vacauit ſedes Romana anno vno, & octo menſibus.

* 1242. Romana ſede vacante celebratum eſt concilium apud *vallem Guidonis*, quod minus perite dicitur *Lauallenſe*.

1242. *Tarraconenſe* concilium a Petro archiepiſcopo habitum aduerſus Vualdenſes hæreticos in regnum Aragoniæ irrumpentes, cui interfuit Raymundus a Pennaforti. Extant acta.

CLXXVIII.

INNOCENTIVS IV. Genuenſis, antea dictus Sinibaldus, e genere Fliſcorum Lauaniæ comitum, ſedit annis 11. menſibus 5. diebus 14. a die 24. Iunii anni 1243. quo poſt longam ſedis Romanæ vacationem electus eſt communi cardinalium conſenſu, vſque ad diem 7. Decembris anni 1254. quo Neapoli obiit, ſub Balduino II. imp. CP. & regibus Franciæ S. Ludouico, Germaniæ vero Guillelmo Hollandiæ comite.

I. Epiſtola ad prælatos Angliæ. II. ad Hentic. III. reg. Angliæ. III. ad fratres ordinis prædicatorum. IV. ad conuentum & priorem eccleſiæ Chriſti Cantuarienſis. V. ad prælatos Angliæ. VI. ad archiepiſcopum & capitulum Colonienſe. VII. ad priorem prouincialem in Hiſpa-

Digitized by Google

nia, & Raymundum de Pennaforti ordinis prædicatorum. VIII. ad poteſtates, rectores, conſilia, & communitates per Lombardiam, Romaniolam, & Marcham, vna cum conſtitutionibus 38. contra hæreticos a magiſtratibus ſæcularibus obſeruandis. IX. ſententia excommunicationis in Ezelinum. X. ad Ottonem cardinalem Tuſculanum apoſtolicæ ſedis legatum, cum 26. articulis. XI. ad omnes fideles contra hæreticos. XII. ad fratres prædicatores de hæreſi extirpanda. * Duæ Innocentii IV. epiſtolæ ad S. Ludouicum IX. Francorum regem tomo V. collectionis Ducheſnianæ. * Item aliæ tres eiuſdem ibidem.

1245. LVGDVNENSE I. œcumenicum, ſiue vniuerſale XIII. celebratum circa medium æſtatis, in vigilia B. Petri apoſtoli, præſide Innocentio papa IV. cum 140. epiſcopis aduerſus Fredericum II. imp. & pro ſuſcipienda in orientem expeditione ſacra.

Innocentii papæ epiſtolæ quatuor: I. archiepiſcopo Senonenſi, II. capitulo Senonenſi, III. illuſtri regi Franciæ, IV. epiſcopo Oſtienſi.

Breuis nota eorum, quæ in primo concilio Lugdunenſi generali geſta ſunt.

Sententia contra Fridericum imp. ab Innocentio IV. papa in concilio lata.

Inſtitutiones factæ in concilio generali apud Lugdunum numero 17.

Epiſtola magnatum & vniuerſitatis regni Angliæ ad Innocentium papam.

* Eadem acta ex Matthæo Pariſio. Addemus & nos quæ habentur apud Guillelmum de Nangiaco in vita S. Ludouici, in chronico Guillelmi de Podio Laurentii, aliiſque.

Capitula concilii Lugdunenſis I. contenta libro VI. decretalium.

* 1245. aut 1247. *Vratiſlauienſe* concilium, præſide Iacobo Leodienſi archidiacono, ſedis apoſtolicæ legato.

* 1245. Præcepta Petri de Colle medio archiepiſcopi Rothomagenſis, data decanis poſt ſynodum hyemalem. Vide inſtituta ſynodalia illius Rothomagenſis diœceſis.

* 1246. *Lancicienſe* concilium, eodem præſide Fulcone archiepiſcopo Gneznenſi, aduerſus eumdem Maſouiæ ducem.

* 1246. *Biterrenſe* concilium celebratum 13. kal. Maii, de modis procedendi

cedendi contra Albigenſes, ſiue qualiter ſit in inquiſitione procedendum contra hæreticos. Habemus concilium illud ex bibliotheca eiuſdem Filonardi depromptum, 37. capitibus diſtinctum, quod ſuo tempore exhibebimus. Quæ vero capita Arnaldus Sorbinus edidit anno 1569. ad aliud concilium pertinere debent. Habentur quoque in eodem codice capita 29. ab archiepiſcopis Narbonenſi, Arelatenſi, & Aquenſi, data fratribus ordinis prædicatorum, inquiſitoribus hæreticorum per memoratas prouincias.

* 1247. aut ſequenti, *Scheningienſe* in Suecia, ex Ioanne Magno apud Spondanum, præſide Guillelmo S. R. E. legato, ad partes ſeptemtrionales.

* 1248. *Valentinum* concilium celebratum die ſabbati poſt feſtum ſancti Andreæ, anno Innocentii papæ IV. ſexto, per legatum apoſtolicæ ſedis Petrum Albanenſem epiſcopum, & Hugonem tituli S. Sabinæ preſbyterum cardinalem, quod prius apud *Montilium* fuerat conuocatum, de variis negotiis. Extant in codice noſtro mſ. ſtatuta 25.

*1248. *Vratiſlanienſe* concilium, præſide Iacobo Leodienſi archidiacono, ſedis apoſtolicæ nuncio, aduerſus Fredericum imp. vt pluribus Longinus.

* 1252. *Senonenſis* prouincialis concilii ſub Gilone archiepiſcopo celebrati mſ. extat monitio miſſa Theobaldo regi Nauarræ, Campaniæ & Briæ comiti, data Pariſiis die Veneris, poſt feſtum S. Martini hyemalis, cum ſeptem ſigillis.

* 1253. *Apud caſtrum Gonterii* prouinciale concilium, teſte Bochello.

* 1253. *Apud Salmurum* in abbatia S Florentii, ad oſtia Theodæ fluuii in Ligerim, concilium celebratum die Martis, poſt feſtum S. Andreæ.

CLXXIX.

ALEXANDER IV. Anagninus, antea dictus Raynaldus, ſeu Rolandus, ex comitibus Signiæ, ſedit annis 6. menſibus 5. & diebus 4. a die 21. Decembris anni 1254. ad diem 25. Maii anni 1261. quo Viterbii obiit, ſub Balduino II. imp. qui poſt duos menſes eiectus eſt CP. a Michaële Palæologo die 25. Iulii, ac regibus Galliæ S. Ludouico, & Romanorum Richardo Anglo Cornubiæ comite.

I. Epiſtola ad Scholaſticum Argentinenſem. II. ad Henricum Chymenſem epiſcopum. III. ad archiepiſcopum Saltzburgenſem & ſuffraganeos.

* Eiuſdem quinque epiſtolæ extant tomo IV. collectionis Ducheſnianæ, & plures aliæ in ſcriniis meis ad res præcipue Francicas ſpectantes. Vide paginas 39. 40. & 41. ſpeciminis nouæ bibliothecæ mſſ. librorum, in 4° vbi & quaſdam ſequentium pontificum epiſtolas reperies, vt de Sterone, Pariſio, aliiſque nihil modo dicam.

Digitized by Google

* 1254. *Albienſe* nationale concilium, præſide Zœno Auenionenſi præſule, apoſtolicæ ſedis legato, cum epiſcopis prouinciarum Bituricenſis, Burdegalenſis, & Narbonenſis: ex tomo II. ſpicilegii Dacheriani.

* 1255. *Apud Copriniacum* concilium celebratum idibus Aprilis, præſide Gerardo de Malemort Burdegalenſi archiepiſcopo.

* 1256. *Apud Roffiacum* diœceſis Pictauienſis concilium celebratum 12. kal. Septembres, præſide eodem Gerardo de Malamorte archiepiſcopo Burdegalenſi. In eo vero non improbabiliter putantur editæ conſtitutiones *apud Refiecos*, quæ in codice Santonenſium decretorum incipiunt: Cum milites, &c. Bochellus reuocat ad annum 1258.

1257. *In Dania*, quam Daciam quidam medii æui appellauere, concilium celebratum eſt ab epiſcopis ad tuendam eccleſiaſticam dignitatem. Leges ab iis latas confirmauit Alexander IV. papa in literis ad eos datis Viterbii 5. nonas Octobris, pontificatus anno tertio.

* 1258. *Lancicienſe* concilium ſub eodem Fulcone Gneſnenſi archiepiſcopo, aduerſus Boleſlaum caluum Sileſiæ ducem, qui epiſcopum Vratiſlauienſem duoſque ſacerdotes captos carceri manciparat.

* 1258. *Montiſpeſſulanenſis* prouincialis ſynodi vndecim ſtatuta, præſidente Iacobo Narbonenſi archiepiſcopo, die 8. idus Septembris.

* 1260. *Copriniacenſe* concilium, præſide Petro Burdegalenſi metropolitano, pro diſciplina eccleſiaſtica. In Conſtitutionibus Santonenſibus, quas habeo Pictaui ſub ſigno Pelicani editas anno 1541. apud Marneſios fratres, deſignatur duntaxat annus 1260. Quod vero quidam ſcripſere ſynodum *Copriniacenſem* anni 1255. fuiſſe duntaxat particularem, & ſolius diœceſeos Burdegalenſis, id ex ipſis canonibus colligi nequit, ſed potius contrarium. Iis vero canonibus præmittuntur conſtitutiones aliquot Gerardi Burdegalenſis archiepiſcopi factæ idibus Aprilis anni 1255. ſed illæ penitus differunt ab iis quas idem Girardus *Copriniaci* edidit in concilio, quæque propter ſummam vtilitatem deſcribendæ erant, non ſecus atque aliæ, quæ in lucem ex eodem Santonenſium conſtitutionum excuſo alias codice prodierunt. Meminit quoque Bochellus conſtitutionum apud *Cognac* in ſynodo factarum à Petro Burdegal arch. anno 1262. primo promotionis ſuæ: in eiſdem ſtatutis Santonenſibus leguntur conſtitutiones eiuſdem Petri factæ anno 1263. ſed locus non adſcribitur.

1260. *Colonienſe* concilium prouinciale 4. idus Martii, in quo præſide Conrado archiepiſcopo ſacri imperii per Italiam archicancellario ſtatuta ſunt 14. capitula ad extirpationem vitiorum, & bonorum germinum plantationem, deinde ſtatuta 28. de monachis, & eorum conuerſatione & vita. Atque hinc incipit volumen ſtatutorum, ſeu decretorum prouincialium, & diœceſanarum ſynodorum ſanctæ eccleſiæ Colonienſis: ex peruetuſto & authentico codice impreſſum Coloniæ in fol. ex officina heredum Ioannis Quentelii, anno 1554.

Digitized by Google

* 1261. De variis in *Anglia* celebratis conciliis prouincialibus, item *Moguntia* a Vvernero archiepiſcopo, atque ab aliis præſulibus in ſuis diœceſibus, iubente pontifice, occaſione Tartaricæ irruptionis in Hungariam: ex Vveſtmonaſterienſi aliiſque plura Raynaldus.

Bochellus *Andegauenſes* ſynodos commemorat habitas per Nicolaum Gellant epiſcopum Andegauenſem annis 1261. 1262. 1263. 1264. 1265. 1266. 1269. 1270. 1271. 1272. 1273. 1274. 1275. 1276. 1277. 1281. 1282.

CLXXX.

VRBANVS IV. Trecenſis Gallus, dictus antea Iacobus Pantaleon, ſedit annis 3. menſe 1. & diebus 4. a die 29. Auguſti anni 1261. ad diem 2. Octobris anni 1264. quo obiit Peruſii, cum paullo ante, feſtum corporis Chriſti inſtituiſſet, dato diplomate die 8. Septembris, ſub iiſdem principibus.

I. Epiſtola ad Euam ſeu Iuettam recluſam ſancti Martini Leodienſis, de feſto corporis Chriſti. II. ad omnes prælatos de eodem.

* Eiuſdem epiſtolæ vndecim extant tomo IV. collect. Ducheſnianæ.

* Indulgentiæ variæ ab eodem conceſſæ in fauorem S. Ludouici regis, eiuſque filii primogeniti Philippi, ibidem.

* 1263. *Redonenſe* concilium celebratum die Lunæ, poſt glorioſam aſcenſionem Domini, a Vincentio de Pilenis archiepiſcopo Turonenſi, eiuſque ſuffraganeis.

* Bochellus recitat facta ab eodem archiepiſcopo ſtatuta in prouinciali concilio apud *Namnetes* anno 1264. die Martis, poſt feſtum apoſtolorum Petri & Pauli, quo anno Guido Sabinenſis epiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus, qui poſt Vrbanum toti eccleſiæ præfuit Clemens IV. collecta Anglorum & aliquot aliorum epiſcoporum ſynodo, rebelles regi ſuo Anglos proceres anathemate perculit.

* S. Ludouici variæ conſtitutiones, cum pragmatica, vt vocant, ſanctione, ac ſimilibus.

* Conſtitutiones Petri Burdegalenſis archiepiſcopi anno 1263.

CLXXXI.

CLEMENS IV. Narbonenſis, e villa S. Ægidii, dictus prius Guido Fulcodius, ſeu Groſſus, ſedit annos 3. menſes 9. & dies 2. a die 5. Februarii anni 1265. ad diem 29. Nouembris anni 1268. quo obiit Viterbii, ſub iiſdem principibus. Vacauit Romana ſedes poſt eius mortem annis 2. menſibus 9. & diebus 2. ſiue, vt alii, menſibus 33.

I. Epiſtola ad Petrum Groſſum de S. Ægidio, qua agnatos ſuos in Ita-

Digitized by Google

liam venire vetuit, eoſque ad humilitatem hortatus eſt. II. ad Vvelodizlaum electum Saltzburgenſem archiepiſcopum. III. ad Petrum electum Patauienſem epiſcopum. Reliquas magno ſtudio ex variis mſſ. codicibus collectas, notiſque illuſtratas, editioni paratas poſſidet vir perquam eruditus, mihique amiciſſimus, ordinis S. Auguſtini canonicus regularis in cœnobio S. Victoris ad muros Pariſienſes.

1266. die 6. idus Maii, ſtatuta ſunt 45. decreta ab Engilberto *Colonienſi* archiepiſcopo, quæ extant cum ceteris ad eamdem eccleſiam pertinentibus, anno 1554. typis vulgata. Sequuntur ſtatuta 18. Sifridi archiepiſcopi, itemque 20. Vvichboldi, ſed anno non adſcripto.

* 1267. *Sedunenſe* concilium menſe Nouembri, præſide Iacobo archiepiſcopo Ebredunenſi, Henrici cardinalis Oſtienſis ſucceſſore.

1267. *Viennenſe* concilium celebratum 6. idus Maii, præſide fratre Guidone titulo S. Laurentii in Lucina presbytero cardinale, apoſtolicæ ſedis legato, cuius etiam meminit Henricus Stero in annalibus. Extant conſtitutiones numero 19. Eiuſdem legati in prouincia Saltzburgenſi fit mentio in præfatione concilii Saltzburgenſis anno 1274. coacti.

1268. *Londinenſe* concilium, præſide Ottobono cardinale, apoſtolicæ ſedis legato, ad reformationem eccleſiæ Anglicanæ, vt loquitur Pariſii continuator anonymus.

* **1268. *Apud caſtrum Genterii*** concilium die Lunæ poſt feſtum B. Mariæ Magdalenes.

* 1269. *Andegauenſe* concilium die Martis poſt quindenam natiuitatis B. Ioannis baptiſtæ.

* 1269. *Senonenſe* concilium præſide Petro de Charny archiepiſcopo celebratum, die ſabbati ante feſtum SS. Simonis & Iudæ. Edidit Ludouicus Baillius doctor theologus Pariſienſis & propœnitentiarius ex codice cenſuali epiſcopatus Pariſienſis.

* 1271. *Quintinopolitanum* concilium vacante ſede Rhemenſi indictum apud Veromanduos a Milone Sueſſionenſi antiſtite, diſturbatum fuit a canonicis Rhemenſibus, a quibus petita non fuerat habendæ ſynodi facultas, vt fuſius Claudius Hemeræus, qui addit compoſito tandem diſſidio habitum fuiſſe apud Dominicanos, vocatque decimum, atque etiam *Nouiomenſis* meminit circa eadem tempora celebrati.

CLXXXII.

GREGORIVS X. ante dictus Theobaldus, e vicecomitibus Placentiæ, archidiaconus Leodienſis, electus eſt in Romanum pontificem kal. Septembris, cum abſens verſaretur Ptolemaide in Palæſtina, vna cum Eduardo Angliæ principe, vnde anno ſequenti reuerſus, coronatus eſt Romæ die 27. Martii, ac poſt ſedem annorum 4. menſium totidem, & die-

Digitized by Google

rum 10. obiit Aretii die 10. Ianuarii anni 1276. imperantibus Rodulfo I. & Michaële Palæologo, rege autem Galliæ Philippo Audace S. Ludouici filio.

Epiſtola ad Henricum Leodienſem epiſcopum, qua eum hortatur ad pœnitentiam, præter eas, de quibus poſtea dicendum in actis concilii Lugdunenſis II.

1271. *Metenſe* concilium ſub Gregorio X. pontifice a quibuſdam collocatur.

1274. LVGDVNENSE II. vniuerſale, ſiue œcumenicum XIV. celebratum die Lunæ 7. Maii, indictione 3. a Gregorio X. papa & pluſquam 700. epiſcopis, pro reconciliatione Græcorum cum Latinis, recuperatione terræ ſanctæ, &c. ex Matthæo Vveſtmon. Eberardo Ratiſponenſi, aliiſque.

Gregorii papæ X. epiſtola ad patriarcham Hieroſolymitanum, alioſque prælatos.

Breuis nota eorum, quæ in ſecundo concilio Lugdunenſi generali acta ſunt.

Literæ Michaëlis Palæologi imperatoris Græcorum ad Gregorium papam X. G. & L.

Literæ prælatorum Græciæ Latine, cum eorum ſacramento.

Epiſtolæ quatuor Gregorii papæ: I. ad Michaëlem Palæologum imp. Græcorum. II. ad Andronicum eius primogenitum. III. ad epiſcopos Græciæ. IV. ad Abagham regem Tartarorum illuſtrem.

Conſtitutiones a Gregorio papa X. in concilio Lugdunenſi ſancitæ numero 31.

Martini papæ IV. conſtitutio in Græcos, qui a fide & promiſſione facta in concilio Lugdunenſi ſubito receſſerunt.

1274. *Saltzburgenſe* concilium pro recipiendis Lugdunenſis concilii conſtitutionibus, præſide Friderico archiepiſcopo apoſtolicæ ſedis legato. Extant capitula 24.

CLXXXIII.

INNOCENTIVS V. Tarentaſienſis, Petrus antea nominatus, ordinis prædicatorum, ſedit menſibus 5. & diebus totidem, a die 21. Ianuarii, ad diem 22. Iunii anni 1276. quo obiit, ſub iiſdem principibus.

Digitized by Google

* 1276. *Salmurienſe* concilium celebratum die Lunæ poſt feſtum decollationis S. Ioannis baptiſtæ.

CLXXXIV.

HADRIANVS V. Genuenſis, antea dictus Ottobonus, Innocentii papæ IV. nepos, e Fliſcorum Lauaniæ comitum nobili familia, ſedit diebus tantum 39. a die 11. Iulii, ad 18. Auguſti anni 1276. ſub iiſdem principibus.

* 1276. *Bituricenſe* concilium paulo ante idus Septembres, ſede Romana vacante celebratum, præſidente Simone de Bria, titulo S. Cæciliæ preſbytero cardinale & S.R.E. legato, qui illud vocat concilium generale legationis ſuæ, pro defenſione eccleſiaſtica, & tranquillo ſtatu eccleſiarum, &c. Eius concilii acta pleraque extant in codice conſtitutionum Santonenſium anno 1541. excuſo, citanturque a variis conciliis, Andegauenſi, Vaurenſi, Salmurienſi, aliiſque. Nos ex duplici mſ. exemplari omnia editis dabimus & ampliora & correctiora.

CLXXXV.

IOANNES XXI. ac (ſi duos antipapas XVI. a Creſcentio intruſum, & XX. Romanæ ſedis poſt Benedictum IX. anno 1044. inuaſorem excludas) numerandus XIX. patria Vlyſſiponenſis, dictus antea Petrus Hiſpanus, profeſſione medicus, ſedit menſibus 8. & diebus totidem, a die 13. Septembris anni 1276. ad diem 20. Maii anni 1277. quo obiit, ſub iiſdem principibus.

Epiſtola ad Eduardum I. Angliæ regem, de non grauanda Hibernia.

* 1277. *Compendienſe* concilium, ad capitulorum vſurpationes reprimendas, teſte Hemeræo.

1277. *Conſtantinopolitanum* concilium, in quo Ioannes Beccus patriarcha Romanam eccleſiam omnium eccleſiarum matrem & fidei orthodoxæ magiſtram, Romanumque pontificem ſummum omnium Chriſtianorum paſtorem agnouit, &c. apud Raynaldum.

CLXXXVI.

NICOLAVS III. Romanus, dictus antea Ioannes Caietanus, ex ſtirpe Vrſinorum, ſedit annis 2. menſibus 9. & diebus 2. a die 25. Nouembris, quo electus eſt anno 1277. ad diem 19. Auguſti anni 1280. quo obiit, ſub iiſdem principibus.

Digitized by Google

* 1279. *Budenſe* concilium nationale, indictione 7. die 14. Septembris abſolutum, præſide Philippo Firmano epiſcopo, in Hungaria, Polonia, Dalmatia, Croatia, Rama, Seruia, Lodomeria, Gallicia, ac Cumania, apoſtolicæ ſedis legato. Extant 63. conſtitutiones editæ a Raynaldo ad calcem tomi XIV. annalium eccleſiaſticorum.

1279. *Tarraconenſe* concilium celebratum die 7. idus Decembris, præſide Bernardo archiepiſcopo, pro canonizatione Raymundi de Pennaforti ordinis prædicatorum.

* 1279. *Rothomagenſis* prouinciæ concilium apud *Pontem Audemari* celebratum die Iouis aſcenſionis Chriſti Domini, præſide Odone Rigault archiepiſcopo, pro diſciplina & moribus: vbi mentio conciliorum Lugdunenſis & Bituricenſis aliquot ante annis in Gallia coactorum. Editum a Ludouico Baillio propœnitentiario Pariſienſi in additionibus ad ſummam Coriolani.

* 1280. *Lambethenſe* in Anglia concilium, præſide Ioanne Pecchamo archiepiſcopo Cantuarienſi.

* 1280. Conſtitutiones factæ per G. de ſancto Bricio epiſcopum Santonenſem in ſynodo hyemali. Claudius Robertus in Gallia Chriſtiana vocat Gofredum de ſancto Briante.

* 1280. Statuta ſynodalia Siffridi de Veſterburgo archiep. Colonienſis.

1280. Conſtitutiones factæ per Galterum Brugenſem O. M. epiſcopum Pictauienſem.

CLXXXVII.

MARTINVS II. vulgo dictus IV. Gallus, patria Brienſis, Simon ante dictus, cardinalis S. Cæciliæ, electus die 22. Februarii, conſecratus die 23. Martii die dominica anni 1281. ſedit annis 4. menſe 1. & diebus 7. vſque ad diem 28. Martii, feria 4. poſt paſchalem dominicam anni 1285. quo obiit Peruſii, imperantibus Rodulfo & Andronico, rege vero Galliæ Philippo III. qui poſt aliquot menſes deceſſit, relicto filio cognomine Pulchro.

I. Epiſtola ad fratres minores. II. & III. ad capitulum eccleſiæ ſancti Martini Turonenſis. IV. Excommunicationis ſententia contra Petrum Aragoniæ regem, Siciliæ regni aduerſus iura eccleſiæ inuaſorem. V. ad Eduardum I. regem Angliæ.

* Tomo V. collectionis Ducheſnianæ extant quatuor eiuſdem prolixæ epiſtolæ, ex quibus vna ſed manca occurrit tomo II. ſpicilegii.

1281. *Saltzburgenſe* concilium ſub Frederico archiepiſcopo habitum, cuius extant capitula 18.

* 1281. Conſtitutiones ſynodales Guillelmi de Oblato epiſcopi Cabi-

lonenſis : ex mſ. viri clariſſimi Philiberti de la Mare ſenatoris Diuionenſis, cuius apographum offert R. P. Ludouicus Iacob Carmelita.

* 1282. *Auenionenſe* concilium, præſide Bertrando Amalrico archiepiſcopo Arelatenſi, cuius canonem quartum aduerſus vſurarios refert Petrus Saxius in pontificio Arelatenſi pag. 292.

* 1282. Statuta concilii prouincialis *Turonenſis* die Mercurii poſt feſtum B. Petri ad vincula.

* 1282. Conſtitutiones Gaufridi de S. Bricio epiſcopi Santonenſis in ſynodo paſchali.

* 1282. Proceſſus in feſto aſcenſionis habitus contra Petrum regem Aragonum, indictione 11. (ſeu potius 10. quæ labebatur a Septembri anni 1281.) a Martino IV. editus eſt tomo II. ſpicilegii, a pag. 649. cum proceſſu depoſitionis, a pag. 666. acto apud vrbem veterem die 12. kal. Aprilis anno Chriſti 1283. pontificatus Martini IV. anno ſecundo, indictione 11. quæ incœperat a Septembri anni præcedentis. Verum, vt iam dixi, omnia illa ampliora ſunt tomo V. collectionis Ducheſnianæ.

* 1284. *Pariſienſe* concilium congregatum die 3. octauæ beatæ Virginis aſſumptionis, præſide Ioanne Choleto apoſtolicæ ſedis legato : ex chronico Sandionyſiano.

1284. Conſtitutiones ſynodales, præſidente Galtero epiſc. Pictauienſi.

CLXXXVIII.

HONORIVS IV. Romanus, Iacobus ante dictus, e ſtirpe Sabellorum, electus 2. Aprilis, conſecratus 15. die dominico anni 1285. ſedit annis duobus, vnoque inſuper die, vſque ad diem 3. Aprilis anni 1287. quo obiit, iiſdem imperantibus, rege autem Galliæ Philippo IV. qui cognominatus eſt Pulcher.

* 1285. *Lancicienſe* concilium habitum aduerſus Henricum IV. Vratiſlauienſem ducem.

1286. *Rauennate* I. concilium ſub Bonifacio archiepiſcopo. Extant conſtitutiones capitulis ſeu rubricis 9 diſtinctæ, quæ dicuntur lectæ & publicatæ in choro ſuperiori S. Mercurialis Foroliuienſis, ind. 14. die 8. Iulii.

* 1286. *Matiſconenſis* ſynodi prouincialis ſub Rodulfo archiepiſcopo Lugdunenſi habitæ mentio fit a Franciſco Turnonio card. archiepiſc.

* 1286. *Bituricenſe* concilium celebratum die Iouis ante feſtum beati Matthæi, poſt octauas natiuitatis B. Mariæ virginis, præſide Simone de Belloloco archiepiſcopo, in quo conſtitutiones, quæ velut incertæ vagabantur, collectæ ſunt vnum in corpus, & ex decretis Romanorum pontificum nonnulla addita. Nos ex mſ. codice ſpondemus editionem fore & auctiorem & correctiorem præmiſſis.

1287.

Digitized by Google

1287. *Rhemenſe* concilium initio Octobris celebratum, ſub Petro Barbeto archiepiſcopo cum ſuis ſuffraganeis, occaſione priuilegiorum, quæ a ſummo pontifice Martino IV. conceſſa fuerant religioſis ordinibus Minorum & Prædicarorum.

1287. *Herbipolenſe* concilium celebratum coram Rodulfo imperatore multiſque principibus, præſide Ioanne Tuſculano epiſcopo, apoſtolicæ ſedis legato. Extant capitula 42.

1287. *Mediolanenſe* concilium celebratum in eccleſia S. Theclæ, die 12. Septembris, ſede Romana vacante, præſide Ottone archiepiſcopo. Extant canones 10. Sunt qui ad annum ſequentem referant ſub Nicolao IV. papa, eiuſque decem conſtitutiones ſummatim recenſeri ab Abrahamo Bzouio in annalibus ſuis ſubiungant.

CLXXXIX.

Nicolavs IV. Aſculanus, dictus ante Hieronymus, ordinis Minorum generalis, ſedit annis 4. menſe vno, & diebus 14. a die 22. Februarii anni 1288. ad diem 4. Aprilis anni 1292. quo obiit, imperante Andronico Palæologo, rege autem Francorum Philippo Pulchro: necdum enim coronatus fuerat Adolphus Naſſouius in regem Romanorum. Poſt eius mortem vacauit pontificatus annis 2. menſibus 3. & diebus 2.

* 1288. *Auenionenſe* concilium a quibuſdam mendoſe collocatur habitum, præſide Almarico Arelatenſi archiepiſcopo, qui iam obierat anno 1286. ſuccedente Roſtagno Capra, de quo Saxius pag. 296. hæc habet: Creatus pontifex Arelatenſis anno 1286. apud *Inſulam* vrbem, quam alluit & interluit Sorgia rex fontium, concilium prouinciale indixit, in quo præſcripta eſt regula prouinciæ Arelatenſi, quam hodie habemus in manibus B. Roſtagni Capræ nomine inſcriptam.

* 1289. *Viennenſe* celebratum die 18. Octobris, præſide Guillelmo arch.

* 1290. *Apud Nogarolum*, ſeu Nugariolum, in diœceſi Auſcenſi, quam vulgo Auxitanam vocant, celebratum die ſabbati poſt feſtum aſſumpt. B. Mariæ, menſe Aug. præſide Amanico arch. Extant ſtatuta illa prouincialia.

* 1290. *Pariſienſe* concilium in eccleſia S. Genouefæ habitum, præſentibus duobus legatis a curia Romana miſſis, Girardo & Benedicto, vt habetur in chronico Sandionyſiano.

* 1290. Statuta Roberti de Medullione archiepiſcopi *Ebredunenſis* in concilio Ebreduni celebrato menſe Auguſto, teſte Gaſſendo.

* 1291. & ſequentibus 1292. 1293. 1294. 1295. 1298. 1300. 1302. 1303. 1304. 1312. 1314. habitas *Andegaui* ſynodos ſub Guillelmo Maiore epiſcopo teſtatur Bochellus, qui & addit factas per Arnaldum Daux Galteri in epiſcopatu ſucceſſorem.

1291. *Saltzburgenſe* concilium, ex Euerardo in annalibus, celebratum fuiſſe dicitur: vnde reſcriptum fuerit ad papam, ordines Hoſpitaliorum, Templariorum & Teutonicorum in vnum eſſe coniungendos, &c. Alibi quoque celebrata fuiſſe concilia teſtatur iuſſu Nicolai papæ propter Ptolemaïdem, ſiue Acconenſem vrbem a Soldano Babylonico captam hoc eodem anno.

1291. *Londinenſe* concilium ad Vveſtmonaſterium, præſente Bernardo Groſſetano epiſcopo, ſedis apoſtolicæ legato in Anglia, celebratum, de eiectione Iudæorum cum bonis ſuis.

1291. *Mediolanenſe* concilium congregatum die 27. Nouembris, in eccleſia S. Teclæ, præſide Ottone archiepiſcopo, de Syriaca expeditione ſuſcipienda: ex Bernardo Corio.

1292. *Aſchaffenburgenſe* prouinciale concilium, præſide Gerardo Moguntino archiepiſcopo cum ſuffraganeis, qui vacante Romana ſede multa & varia in negotiis eccleſiaſticis vtilia ſtatuerunt.

* 1293. Statuta ſynodalia Guillelmi le Maire epiſc. *Andegauenſis*, &c.

* 1293. aut ſequenti, apud *Pontes* in diœceſi Santonenſi, Gaufrido de Archiaco præſule dicitur habitum epiſcoporum concilium, pro decima regi Franciæ Philippo Pulchro conceſſa.

CXC.

Cælestinus V. Eſerninus, Petrus de Murone, ſiue Moroneus antea dictus, electus Peruſii poſt longum interpontificium, die 5. Iulii, & Aquilæ in Samnio conſecratus die 29. Auguſti, elapſis 5. menſibus, & diebus 8. abdicauit Neapoli die 13. Decembris anni 1294. ſub iiſdem principibus, obiitque in arce S. Frunonis die 19. Maii anni 1296.

* 1294. *Salmurienſe* concilium celebratum, teſte Bochello, die dominica poſt feſtum S. Michaëlis in monte Gargano, cum diebus Lunæ & Martis ſequentibus.

CXCI.

Bonifacius VIII. Anagninus, dictus antea Benedictus Caietanus, ſedit annis 8. menſibus 9. diebus 28. a die 24. Decembris, qua poſt abdicationem S. Cæleſtini V. ſubrogatus eſt Neapoli, vſque ad diem ſabbati 11. Octobris anni 1303. quo Romæ obiit, 35. diebus poſtquam Anagniæ captus fuiſſet a Columnenſibus, imperante Andronico, regnantibus autem in Germania Alberto Auſtriaco, in Francia Philippo Pulchro.

Digitized by Google

I. Epiſtola ad Robertum archiepiſc. Cantuarienſem. II. ad Eduardum I. Angliæ regem. Roberti archiepiſc. Cantuar. epiſtola ad Bonifacium papam VIII. Eduardi regis Angliæ epiſtola ad eumdem papam.

* Bullæ & literæ Bonifacii huius VIII. anno ponrificatus ſeprimo datæ ad Nicolaum Oſtienſem & Veletrenſem epiſcopum, &c. habentur in codice mſ. bibliorhecæ Mazarinæ, & in aliis aliæ plures, quas, ſi fuerit opus, in medium proferemus.

* Polydotus, Genebrardus, Binius, Coriolanus, Starouolſcius, & recentiores paſſim menrionem hoc loco faciunt *Lugdunenſis* concilii anno 1297. celebrati, præſide Bonifacio VIII. Romano pontifice, quo inhibetur principibus, ne ſacerdotibus vectigalia noua imponant, &c. Verum huiuſce vulgaris erroris originem ſuo tempore aperiemus.

* 1298. Conſtitutiones Guidonis epiſc. *Santonenſis* in ſynodo hyemali.

* 1298. aut ſequenti, *Anſanum* concilium, præſide Berardo de Villariis Lugdunenſi archiep. teſte eodem Franciſco Turnonio, de quo ſupra.

* 1299. *Rothomagenſe* concilium in eccleſia prioratus *B. Mariæ de prato* iuxta Rothomagum, celebratum die Iouis poſt octauas pentecoſtes, præſide Guillelmo de Flauacuria archiepiſcopo.

* 1299. ſiue, vt modo numeramus cum Romanis, 1300. die Iouis ante feſtum B. Vincentii, *Melodunenſe*, ſiue *Senonenſe* concilium prouinciale, præſide Stephano Becard archiepiſcopo Senonenſi, de ſtabiliendis quibuſdam, aut in vſum reuocandis decretalibus Romanorum pontificum, necnon conſtitutione Bituricenſis concilii ſub Simone de Bria, quæ incipit: Cum iuris vtiliras, &c.

* Præcepta ſynodalia *Aurelianenſis* diœceſis, ex codice mſ. FFF. 15. bibliorhecæ S. Victoris.

* Præcepta ſynodi *Baiocenſis* numero 113. ex eodem codice FFF. 15. nam in alrero FFF. 22. ſunt alia iis ſimilia, ſed mulro ſub finem ampliora.

* Statuta ſynodalia & prouincialia obſeruanda in diœceſi *Cameracenſi*, compilata, & renouata anno 1300. ex codice mſ. bibliothecæ Mazarinæ, cum ſtatutis concilii *Rhemenſis* prouinciæ anno 1301. factis die Mercurii ante feſtum B. Clemenris.

* 1300. *Auxitana*, ſeu Auſcienſis prouinciæ conſtirutiones prouinciales, de quibus dicemus ad annum 1330.

1301. *Compendienſe* concilium menſe Nouembri, præſide Roberto Curteniacenſi Rhemenſi archiepiſcopo celebratum: ex Meyero in annalibus Flandriæ, Spondano, &c. Fuit & aliud anno præcedente celebratum, de die in diem, a feria 2. poſt feſtum natiuitatis B. Virginis, ad diem Veneris poſt exaltationem ſanctæ crucis. XIV. Chr. ſæculum.

1301. aut potius 1302. ſub finem quadrageſimæ, *Pariſienſis* conuentus occaſione turbarum inter ſacerdotium & imperium exortarum.

1302. *Romanum* concilium die 3. kal. Nouembris celebrarum a Boni-

Digitized by Google

facio VIII. contra Philippum IV. Galliæ regem. Verum coruſcationibus multis præuiis, contra illum nulla pluuia apparuit ſubſecuta, vt loquitur anonymus auctor geſtorum Bonifacii a Raynaldo numero 12. ſub finem citatus, vnde arguas Binium cum ſuis aſſeclis ſiue epitomatoribus, qui excommunicatum aſſerit, eiuſque ducem Conradum Vecerium, qui in vita Henrici VII. imp. docuit ſacrorum participatione fuiſſe priuatum.

1302. *Toletana* prouinciæ concilium, præſide Gonſaluo, ſiue malis Ægidio archiepiſcopo, celebratum fuit die 3. idus Maii, in nobili municipio *Pennefiele* vulgo dicto, Latine Pennafidelis, ad Durium fluuium ſito, qui capita 15. perſtringit.

* In codice mſ. bibliothecæ Mazarinæ, qui fuit Naudæanus X. extant conſtitutiones & ſententiæ per D. epiſcopum *Reatinum* in plena ſynodo, die 4. Aprilis anno 1303. indictione 1. pontificatus D. Bonifacii papæ VIII. anno 9. latæ & promulgatæ.

CXCII.

BENEDICTVS XI. quem alii expuncto decimo, qui fuit ſchiſmaticus & antipapa, vocant duntaxat decimum, Taruiſinus, Nicolaus Bocaſinus antea dictus, ordinis prædicatorum generalis, ſedit menſibus 8. & diebus 17. a die 22. Octobris anni 1303. quo electus, & die 27. coronatus, vſque ad diem 7. Iulii anni 1304. quo Peruſii obiit, ſub iiſdem principibus.

Compendienſe concilium celebratum fuit die Veneris poſt feſtum circumciſionis anno 1303. vt paſſim notant, aut potius 1304. vt modo putare ſolemus, præſide Roberto de Curtiniaco Rhemenſi archiepiſcopo. Illius fit mentio in præceptis ſynodalibus ſecundum vſum Rhemenſem.

* *Nugariolenſe* (minus emendate Xugariolenſe) celebratum anno 1303. menſe Decembri, præſide Amanieo Auſcenſi metropolitano. Aduertimus autem iam ab anno 1646. in noſtra ſynopſi hiſtorica mendoſe in ſubſcriptionibus epiſcopos Aquenſem & Conuenenſem reddi lingua vernacula *Aix* & *Condom*, cum epiſcopatus in Condomenſi abbatia ad Aquitaniam ſecundam, non ad Nouempopulaniam ſpectante, poſt annum 1316. fuerit a Ioanne XXII. erectus, iuxta verſus nouæ epiſcopatuum creationis indices:

Anno milleno, ter C. quinto & duodeno,
Papalis fatus diuiſit pontificatus.

Aquenſis vero epiſcopatus, *Acqs*, vel *Dax*, ſiue apud Gallos, ſiue apud incolas Vaſcones, dici ſoleat.

* *Ruffacenſe* concilium, ſiue apud *Roffiacum* diœceſis Pictauenſis, celebratum anno 1304. præſide Bertrando de Gouts Burdegalenſi archiepiſcopo, de quo mox plura.

Digitized by Google

* 1304. Conſtitutiones Guidonis epiſcopi *Santonenſis* promulgatæ in ſynodo paſchali.

CXCIII.

CLEMENS V. Vaſco, e diœceſi Vaſatenſi, Bertrandus de Gotho antea dictus, ex archiepiſcopo Burdegalenſi Romanus pontifex, ſedit annis 8. menſibus 10. & diebus 16. a die 5. Iunii, in vigilia pentecoſtes, qua abſens Peruſii eſt electus anno 1305. conſecratus Lugduni die 14. Nouembris, vſque ad diem 11. vel, vt alii, 20. Aprilis, feriam ſeptimam anni 1314. qua obiit apud Rupem Mauri, haud procul Auenione, Nemauſenſis diœceſis ad Rhodanum fluuium: imperante apud Græcos Andronico ſeniore, vacante imperio occidentali poſt Henrici VII. mortem, rege vero Franciæ Philippo Pulchro, qui obiit die 29. Nouembris. Poſt eius mortem fuit interregnum pontificium per annos duos integros, menſes tres, & dies 17.

* 1306. Statuta ſynodalia Henrici de Virnenberg archiepiſcopi *Colonienſis*: necnon annis 1307. 1310. 1321. 1322. 1324. 1327. 1328. & 1330. ne idem ſemper inculcare opus ſit.

* 1308. Conſtitutiones & ſtatuta in prouinciali concilio *Auſcis* celebrato, edita per Amanieum archiepiſc. Auxitanum die 6. kal. Decembr.

1309. *Poſonienſe* in Hungaria concilium celebratum indict. 7. præſide Gentili preſbytero cardinale titulo S. Martini in montibus, apoſtolicæ ſedis legato in regno Hungariæ, Poloniæ, ac partibus illis conterminis, cuius ſtatuta confirmauit anno 1346. Clemens VI. vt pluribus Raynaldus.

1310. *Saltzburgenſe* I. concilium prouinciale in cauſa decimarum ſedi apoſtolicæ ſoluendarum, &c.

Saltzburgenſe II. eodem anno celebrauit Conradus archiepiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus, editæque declarationes quatuor ſtatutorum, cum epiſtola Clementis V. papæ, data Lugduni kalendis Februarii, pontificatus eius anno ſecundo. Sequuntur eiuſdem archiepiſcopi conſtitutiones duæ de contractibus matrimonialibus, & de clericis officialibus, cum mitigatione, ſeu mutatione pœnæ ſuper capitulum, *Contractibus matrimoniorum*.

1310. Templariorum cauſa multis conciliis hoc tempore celebrandis occaſionem præbuit. Vnius duntaxat *Moguntini* ex Nicolao Serario S. I. viro clariſſimo meminit Binius. Nos ex Bernardo Guidone illius æui ſcriptore aliiſque plura exhibebimus, *Senonenſe*, *Pariſienſe*, *Siluanectenſe*, *Rothomagenſe*, & ſi quæ alia Gallicana, cum *Colonienſi*, ex manda-

Digitized by Google

to eiuſdem papæ Clementis V. præſide Henrico archiepiſcopo, *Bononienſi* apud Hieronymum Rubeum, &c.

1311. VIENNENSE, œcumenicum ſiue vniuerſale XV. a Clemente V. Romano pontifice cum 300. amplius epiſcopis celebratum, aduerſus Begardos, Fratricellos, alioſque quoſdam hæreticos, tum de extirpandis Templariis, de expedi-ditione in orientem, aliiſque de rebus, a kalendis Octobris huius anni, ad ſeſquiennium, vel, vt alii, biennium.

Epiſtolæ Clementis papæ V. ad Philippum regem Francorum, alioſque reges, ad archiepiſcopos Nicoſienſem, alioſque, ad abbatem Ciſtercienſis monaſterii, alioſque.

Sententia de extinctione Templariorum a Clemente V. papa, lata in concilio Viennenſi.

Ad archidiaconum & cantorem Nicoſienſis, & theſaurarium Paphenſis eccleſiarum, & ad alios.

Ad Amauenum archiepiſcopum Auxitanum quatuor epiſtolæ, & a paribus ad alios.

Ad Colonienſem archiepiſcopum eiuſque ſuffraganeos.

Ad Moguntinenſem, Treuerenſem, & Magdeburgenſem archiepiſcopos, &c.

Ad omnes fideles de bonis Templariorum.

* Plura poterunt addi ex chronico Simonis de Monteforti, aliiſque, multorumque, ac nominatim Starouolſcii calumniæ atque errata refellentur. Hoc autem craſſiſſimum, quod S. Ludouicum Caroli II. regis Apuliæ filium, ac Roberti regis fratrem, ordinis minorum religioſum, vocet archiepiſcopum Toletanum, (Toloſanum dicere voluerat) aliquot ſcilicet annis antequam a Ioanne XXII.* ſucceſſore Clementis V. eccleſia Toloſana archiepiſcopalibus infulis fieret inſignis, &c.

* 1311. *Rauennate* II. concilium prouinciale celebratum in eccleſia cathedrali, præſide Rainaldo archiepiſcopo, cuius extant capitula ſeu rubricæ 32.

* 1313. Apud *Nugariolum*, ſeu *Nogariolum* in Armaniaco ſitum, celebratum concilium, præſide Guillelmo de Flauacuria metropolitano, apud Seuertium, ex quo alii.

* 1314. *Pariſienſe* concilium, ſeu *Senonenſe* prouinciale, celebratum

Digitized by Google

Lutetiæ, die Martis ante tranſlationem B. Nicolai, cum continuatione dierum ſequentium, præſide Philippo archiepiſcopo Senonenſi, pro iuriſdictione & diſciplina eccleſiaſtica, vt pleraque alia.

* 1314. Statuta ſynodi æſtiualis Milonis epiſc. *Aurelianenſis*. Sequuntur in mſ. codice & alia Rogerii epiſcopi, qui ex Aurelianenſi poſtea ſede ad Bituricenſem tranſiit.

1314. *Rauennate* III. concilium celebratum Argentæ, ſiue conſtitutiones ibidem numero 20. editæ a Rainaldo archiepiſcopo.

* 1315. *Salmurienſe* concilium celebratum, vt & quædam præcedentia, ſede vacante poſt obitum Clementis papæ V. die Veneris, poſt feſtum B. Michaëlis in monte Gargano.

1315. Conſtitutiones ſynodales Arnaldi de Puyana epiſcopi *Pampilonenſis* in regno Nauarræ.

* 1315. Conſtitutiones & ſententiæ per D. epiſcopum *Reatinum* in palatio papali generali ſynodo latæ & promulgatæ die 6. Aprilis, eccleſia Romana paſtore vacante. Vide pag. 221. ſpeciminis antiquarum lectionum, ſeu nouæ bibliothecæ mſſ. librorum, ex codice X. Naudæano, qui modo viſitur in eminentiſſima bibliotheca Mazarina.

* Quod ad bullas eius literaſque ſpectat, vide paginas 39. & 371. ſpeciminis noſtri antiquarum lectionum, vt nihil dicam de Bzouio, Raynaldo, Spondano, Vvadingo, Cherubino, aliiſque.

* 1316. *Siluanectenſe* concilium nationale celebratum die 6. Auguſti, præſide Roberto Curtiniacenſi, in cauſa Petri de Latilliaco epiſcopi Catalaunenſis.

CXCIV.

IOANNES XXII. paſſim dictus, cum (ſi duos antipapas excluſeris) duntaxat nominandus videatur XX. patria Cadurcenſis, Iacobus de Euſa ſeu Oſſa, ſutoris filius, electus eſt Lugduni in domo FF. prædicatorum, poſt longiſſimum interpontificium, die ſabbati 7. Auguſti anni 1316. & die Septembris 5. dominico conſecratus. Sedit annis 18. menſibus 3. & diebus 28. vſque ad diem 4. Decembris anni 1334. quo Auenione obiit, imperantibus Andronico iuniore & Ludouico Bauaro, rege autem Galliæ Philippo VI. dicto Valeſio.

I. Epiſtola de beatitudine ſanctorum. II. de bello Saracenis inferendo. Philippi comitis Andegauenſis epiſtola ad papam. III. ad capitulum eccleſiæ Pragenſis. IV. ad vniuerſum clerum. V. ad epiſcopum Olomucenſem. VI. ad epiſcopum Pragenſem.

* Extat apud me diuiſio regiſtri Ioannis XXII. in quinque partes. I. continet duas tantum bullas canonizationis SS. Ludouici epiſcopi To-

Digitized by Google

loſani, & Thomæ epiſcopi Herfordienſis. II. 55. diplomata. III. 23. IV. 102. V. 13. In iis vero rubricæ duntaxat apparent, ſeu tituli cum verbis initialibus ex. g. Sol oriens mundo, &c. Vnigenitus filius, &c. Cum ad ſacroſancta, &c. Videndum quoque Coſmæ Pragenſis eccleſiæ decani chronicon, cum annalibus Bzouii, Odolrici, Vvadingi, &c.

1317. *Rauennate* IV. concilium celebratum Bononiæ, Raynaldo archiepiſcopo præſide, cuius extant capitula ſeu rubricæ 24. Quidam *Bononienſe* vocant.

* 1317. aut 1318. *Siluanectenſe* concilium celebratum die 22. Martii & 27. contra dominos temporales bonorum eccleſiaſticorum raptores, præſide Roberto de Curtiniaco Rhemenſi archiepiſcopo. Eius mentio tum in ſtatutis Atrebatenſibus, tum inter præcepta ſynodalia ſecundum vſum Rhemenſem.

* 1319. *Toloſanum* concilium habitum ſub Ioanne primo Toloſatium archiepiſcopo.

* 1320. *Senonenſe* prouinciale concilium die Iouis poſt pentecoſtem, præſide G. Senonenſi archiepiſcopo: ex ſtatutis Trecenſibus.

* 1321. Statuta ſynodalia Guidonis de Haricuria Dei gratia *Lexovienſis* epiſcopi, in ſua ſynodo æſtiuali: ex mſ. codice F F 1. 22. bibliothecæ S. Victoris.

1322. Apud *Vallem-oleti* Palentinæ diœceſis in Hiſpania concilium nationale celebratum ac terminatum 4. nonas Auguſti, Ioannis papæ anno ſexto, præſide Guillelmo Sabinenſi epiſcopo, ſedis apoſtolicæ legato: vnde leui admodum coniectura ducti Binius eiuſque exſcriptores, vocant illud concilium *Sabinienſe*, ſeu *Sabinenſe*. Extant capitula 27.

* 1323. *Parifienſe*, ſeu *Senonenſe*, concilium celebratum Lutetiæ die ſabbati poſt feſtum B. Matthiæ apoſtoli, præſide Guillelmo de Meloduno archiepiſcopo Senonenſi.

* 1324. *Senonenſe* aliud concilium profertur celebratum die Iouis poſt pentecoſtem, eodem præſide Guillelmo de Meloduno arch. Senonenſi.

* 1324. alii anno præcedenti illigant, *Auxitanum*, ſiue *Auſcenſe*, celebratum die Martis ante feſtum natiuitatis B. Ioannis baptiſtæ, ſub Guillelmo de Flauacuria metropolitano.

1324. *Toletanum* concilium celebratum & terminatum die 21. Nouembris, præſide Ioanne Toletano archiepiſcopo, primate Hiſpaniarum ac regni Caſtellæ cancellario. Extant capitula 8.

* *Auenionenſe* concilium celebratum die 18. Iunii, indictione 9. pontificatus Ioannis papæ XXII. anno 10. præſidibus Guſberto Arelatenſi, Iacobo Aquenſi, & Berttando Ebredunenſi archiepiſcopis, in prioratu S. Rufi. Edidit ex mſ. codice ſtatutorum eccleſiæ Dinienſis Petrus Gaſſendus. Extabat mſ. Auenione anno 1646. cum pluribus aliis apud Henricum Suarem, vt monuimus pag. 377. ſpeciminis antiquarum lectionum.

Digitized by Google

ctionum. Leges quoque mſ. in codice bibliothecæ Foucquetianæ, vt diſces ex pag. 202. ſpeciminis nouæ noſtræ bibliothcæ mſſ. librorum.

* 1326. Apud *Marchiacum*, ſeu *Marchianum* concilium *Auxitanæ* diœceſeos celebratum, die Lunæ 8. Decembris, præſide Guillelmo de Flauacourt archiepiſcopo.

* 1326. aut ſequenti, *Roffiacenſe* concilium celebratum die Mercurii, poſt feſtum B. Hilarii hyemalis, præſide Arnaldo Burdegalenſi archiep.

* 1326. *Siluanectenſe* concilium habitum die Veneris poſt, miſericordia Domini, præſide Guillelmo de Tria Rhemenſi archiepiſcopo.

* 1326. *Complutenſe* concilium prouinciale celebratum die 25. Iunii, præſide Ioanne archiepiſcopo Toletano, ad aſſerendam rei eccleſiaſticæ dignitatem.

1326, & ſequentibus 1327. & 1328. ſynodos *Andegani* habuit Fulco de Mathefelon epiſcopus.

1327. *Toletanum* concilium ab eodem Ioanne archiepiſc. celebratum die 2. Februarii, de ſeruando in cauſis eccleſiaſticis ordine iudiciorum, &c.

* 1327. aut ſequenti, *Auenionenſe* concilium a Ioanne XXII. papa celebratum, aduerſus Petrum de Corbario ordinis Minorum, antipapam, dictum Nicolaum V. creatum factione Ludouici Bauariæ ducis.

* 1329. *Compendienſe* concilium celebratum die Veneris, ante exaltationem ſanctæ crucis, contra impedientes libertatem eccleſiarum, præſide Guillelmo de Tria archiepiſcopo Rhemenſi, Philippi Valeſii Francorum auunculo, quem regem Rhemis ipſe coronarat atque vnxerat anno præcedenti. Is pariter ſynodalia Rhemenſis eccleſiæ digeſſiſſe dicitur.

* 1329. *Pariſienſe* concilium habitum menſe Dec. exeunte, pro libertatibus & iuriſdictione eccleſiæ, a prælatis Galliæ, quorum principes erant Guillelmus de Brucia Bituricenſis, Auſcenſis, Turonenſis & Rothomagenſis archiepiſcopi, cum Petro Bertrandi Auguſtodunenſi epiſcopo, aliiſque pluribus. Electus autem ille Senonenſis, cuius mentio in actis, non fuit Petrus Rogerii, quem poſtea pro mercede aiunt ſummum pontificatus apicem obtinuiſſe, ſed noſter ille Bituricenſis Guillelmus Brucius, de quo vide Tauellum in hiſtoria Senonenſium præſulum, alioſque.

1330. In eccleſia B. Mariæ de *Marchiaco* diœceſis Auxitanæ concilium præſide Guillelmo archiepiſcopo celebratum die S. Nicolai hyemalis: quod alii quidam ex librarii, ni fallor, incuria retulerunt in annum 1300. Ad calcem exemplaris mei expreſſe adſcribitur annus 1330. vt alia omittam correctionis noſtræ firmamenta.

1333. Vvalrami de Iuliaco archiepiſcopi *Colonienſis* ſtatuta ſynodalia: necnon annis 1335. 1336. 1337. 1338. 1339. 1344. 1346. 1348.*

CXCV.

BENEDICTVS XII. quibuſdam duntaxat XI. Sauer-

Digitized by Google

dunenſis e Fuxo, Iacobus Fornerius antea dictus, ex ordine Ciſtercienſi, Bolbonenſis primum monachus, dein cardinalis ſanctæ Priſcæ, electus die 20. Decembris anni 1334. conſecratus vel 1. vel 15. die Ianuarii ſequentis. Sedit annis 7. menſibus 4. diebus 6. vſque ad diem 25. Aprilis anni 1342. quo obiit Auenione, imperante in oriente Ioanne Palæologo Andronici iunioris filio, in occidente Ludouico Bauaro, rege autem Galliæ Philippo Valeſio.

Epiſtola Benedicti XII. papæ, qua definit animas ſufficienter purgatas clara Dei viſione frui.

* 1335. Statutum ſynodale Ioannis epiſcopi *Aurelianenſis* in ſynodo pentecoſtes.

* 1336. Apud *caſtrum Gonterii* concilium celebratum, præſide Petro archiepiſcopo Turonenſi.

* 1337. *Auenionenſe* concilium, de diſciplina eccleſiaſtica, celebratum in eccleſia ſancti Rufi extra muros, præſide Guaſberto, ſeu Gaſberto de Valle, metropolitano Arelatenſi. Tranſlatus eſt codex mſ. ex Monchaliana in Foucquetianam innumeris libris refertiſſimam bibliothecam, vt monuimus pag. 202. ſpeciminis noſtri. Extat & aliud habitum a Petro de Saxo & Alano cardinalibus, apoſtolicæ ſedis legatis; ſed quo anno aut menſe, nondum ſcio.

1339. *Toletanum* concilium ad reformandos eccleſiæ mores, præſide Ægidio archiepiſcopo, Hiſpaniarum primate, &c. Extant capitula 5.

1341. *Conſtantinopolitana* pſeudo-ſynodus de lumine viſo in monte Thabor, in qua, fauente Andronico iuniore imperatore, Gregorii Palamæ hæretica ſententia aduerſus veram Barlaami, qui poſtea fuit Gyracenſis ſiue Hieracenſis epiſcopus, & catholicam doctrinam. A

CXCVI.

CLEMENS VI. Lemouicenſis, Petrus Rogerius antea dictus, electus die 7. vel, vt alii, 14. Maii anni 1342. coronatus die 19. eiuſdem menſis in feſto pentecoſtes, ſedit annis 10. menſibus 6. & diebus 29. vſque ad diem 6. Decembris anni 1352. quo Auenione obiit, imperantibus Conſtantinopoli Ioanne Palæologo, eiuſque ſocero Ioanne Cantacuzeno, Carolo IV. Romanorum rege, ac Ioanne Francorum rege.

Epiſtola ad omnes de Flagellantium hæreticorum condemnatione.

* 1344. *Londinenſe* in Anglia concilium, præſide Ioanne Stansford archiepiſcopo Cantuarienſi.

Digitized by Google

* 1344. *Nouiodunenſe*, ſeu *Nouiomenſe*, concilium celebratum die 26. Iulii, præſide Ioanne de Vienna Rhemenſi archiepiſcopo.

* 1346. *Poſonienſe* concilium in Hungaria celebratum.

1347. *Toletanum* concilium, cuius exrant capitula 4. præſide Ægidio archiepiſcopo, Hiſpaniarum primate, ad reformandam in prælatis honeſtatem, & tollendam ſimoniam. Hoc vero vnicum profert Starouolſcius, cuius ieiunitatem docebunt & ſequentes Romani pontifices pluribus conciliis ſynodiſque ſtipari.

1347. Statuta ſynodalia Simonis de Cramaud episcopi *Pictauienſis* male huic anno illigantur. Vide annum 1387.

* 1347. *Conſtantinopolitana* pſeudo-ſynodus, in qua Ioannis Cantacuzeni imp. fauore Gregorii Palamæ pſeudo-monachi, paullo poſt Theſſalonicenſis archiepiſcopi, errores probati, eiuſque aduerſariorum Ioannis patriarchæ CP. Gregorii Acyndini, qui fuerat Barlaami diſcipulus, & aliorum ſincera dogmata condemnata.

1350. *Pataninum* concilium celebratum a Guidone titulo S. Cæciliæ preſbytero cardinale, cum prælaris ſuæ legationis ad reformandos mores.

* 1350. Statura ſynodalia Petri Benedicti *Maclonienſis* epiſcopi.

* 1350. Statura ſynodalia Vvillelmi de Genep archiepiſcopi *Colonienſis*. Item annis 1352. 1353. 1354. 1356. 1357. 1360. 1362.

CXCVII.

INNOCENTIVS VI. Lemouicenſis, dictus antea Stephanus Alberti, electus die 18. Decembris anni 1352. & coronatus die 30. ſedit annis 9. menſibus 8. diebus 20. vſque ad diem 12. Septembris anni 1362. quo Auenione obiit, imperantibus Ioanne Palæologo & Carolo IV. rege vero Galliæ Ioanne.

1355. *Toletanum* concilium celebratum die 1. Octobris, præſide Blaſio Hiſpaniarum primate, &c. cuius exrant duo capitula.

* 1356. Apud *caſtrum Gonterii* concilium celebrarum.

* 1356. Auream bullam imp. Caroli IV. quidam hic forraſſe deſiderabunt: verum ea ad res politicas magis ſpectare videtur, quam ad eccleſiaſticas.

CXCVIII.

VRBANVS V. Gabalitanus, ſeu Mimatenſis, Guillelmus de Griſaco dictus, Grimoardi filius, ex abbate S. Victoris Maſſilienſis Romanus pontifex electus die 28. vel, vt alii, vltima Octobris, coronatus die 6. Nouembris anni 1362. ſedit annis 8. menſe 1. & diebus 23. vſque ad diem 19. Decembris anni 1370. quo Auenione obiit, ſub imperatoribus iiſdem, & rege Galliæ Carolo V. Ioannis filio.

Digitized by Google

* 1363. *Rhemenſe* concilium peractum feria 4. poſt brandones, in capella palatii, præſide Ioanne archiepiſcopo. In codice Naudæano, qui modo eſt cardinalis Mazarini, extant ſtatuta obſeruanda in diœceſi *Cameracenſi*, cum variis ſynodis Rhemenſibus vſque ad annum 1360. Vide pag. 230. ſpeciminis bibliothecæ mſſ. librorum.

* 1365. Multa concilia prouincialia dicuntur iuſſu Vrbani V. papæ conuocata, vt clerici, qui plura beneficia gerebant, vno contenti eſſent.

* 1367. Conſtitutiones ſynodales Aymerici de Montibus epiſcopi *Pictauenſis*, die Iouis ante feſtum B. Lucæ euangeliſtæ.

* 1368. *Vaurenſe*, ſiue, vt barbare appellant, *Lauaurenſe*, concilium menſe Iulio, præſentibus Petro Narbonenſi, & Gaufredo Toloſano archiepiſcopis, apud Catellum. Extat eius exemplar mſ. in Foucquetiana bibliotheca, quod fuerat numero CC. in Montchaliana, diciturque trium prouinciarum, Narbonenſis, Toloſanæ & Aquitaniæ. Vide pag. 202. ſpeciminis antiquarum lectionum.

1370. Statuta ſynodalia Friderici de Saervverden archiepiſcopi *Colonienſis*. Item annis 1371. 1374. 1375. 1376. 1390. & 1400.

CXCIX.

Gregorivs XI. Lemouicenſis, dictus antea Petrus Rogerii de Belloforti, Clementis VI. nepos, electus die 29. vel 30. Decembris anni 1370. die 4. ſequentis proxime Ianuarii ſacerdos conſecratus, & die 5. coronatus, in ipſo ſacræ epiphaniæ peruigilio, ſedit annis 7. menſibus 2. & diebus 24. vſque ad diem 27. Martii anni 1378. quo Romæ obiit, ſub iiſdem principibus.

* 1375. *Vnieionienſe* concilium in Polonia, præſide Iaroſlao archiepiſcopo Gneznenſi.

* 1377. Conſtitutiones ſynodales Bertrandi de Malo-monte epiſcopi *Pictauienſis*, die Martis poſt trinitatem.

* 1377. Conſtitutio Gonzalæ epiſcopi *Burgenſis* in Hiſpania.

CC.

Vrbanvs VI. Neapolitanus, antea Bartolomæus de Prignanis dictus, ex archiepiſcopo Barenſi creatus Romæ die 7. aut 8. Aprilis anni 1378. atque ipſo paſchatis 18. eiuſdem menſis ad gradus eccleſiæ S. Petri coronatus, ſedit annis 11. menſibus 6. diebus 8. vſque ad diem 15. Octobris anni 1389. quo Romæ obiit, imperantibus in oriente Ioanne Palæologo, eiuſque filio Manuele, regnantibus vero in Germania Vven-

Digitized by Google

ceſlao Ignauo Caroli filio, in Francia Carolo VI. Bene-amato dicto. Clemens VII. a cardinalibus Gallis & tribus Italis (qui ſe a Romanis coactos fuiſſe cauſabantur) creatus Fundis in Campania die 20. aut 21. Septembris eiuſdem anni 1378. & coronatus in eadem ciuitate die 31. Octobris, in Galliam venit, & Auenione reſedit vſque ad diem 16. Septembris anni 1394. quo vitam clauſit, ſuccedente Petro de Luna, vocato Benedicto XIII. die 28. eiuſdem menſis, vſque ad diem . . . . Septembris anni 1424. quo Paniſcholæ obiit in Hiſpania, elapſis a creatione 30. annis, ſæpe depoſitus, ſæpe execratus, vt antipapa.

I. Epiſtola ad archiepiſcopum Colonienſem eiuſque ſuffraganeos, aduerſus Clementem, qui prius Robertus Gebennenſis dicebatur. II. ad vniuerſitatem Pariſienſem. III. ad capitulum & clerum Leodienſem.

* 1379. *Pariſienſe* concilium celebratum tum die 3. idus Septembres, tum 16. kal. Decembres, circa electiones Vrbani VI. & Clementis VII. de quibus modo diximus.

* 1382. *Londinenſe* concilium celebratum a Guillelmo archiepiſcopo Cantuarienſi, aduerſus Ioannem Vviclefum hæreticum Anglum, & ab Vrbano VI. papa confirmatum.

1386. *Saltzburgenſe* concilium prouinciale menſe Ianuario celebratum, præſide Pilgrino archiepiſcopo Saltzburgenſis eccleſiæ. Extant capitula 17. anno Vrbani VI. papæ octauo.

* 1387. Conſtitutiones ſynodales Simonis de Cramaudo epiſcopi *Pictauenſis* die Mercurii poſt dominicam Cantate.

1388. *Palentinum* nationale concilium in eccleſia Minorum habitum. 4. nonas Octobris, indictione 2. præſide Petro de Luna ſanctæ Mariæ in Coſmedim diacono cardinale, in Hiſpaniarum partibus Clementis VII. antipapæ legato. Extant capitula 7.

CCI.

BONIFACIVS IX. quibuſdam dictus VIII. Neapolitanus, antea nominatus Petrus Tomacellus, creatus die 2. Nouembris anni 1389. coronatus die 9. ante baſilicam S. Petri, ſedit annis 14. menſibus 11. & diebus 2. vſque ad kalendas Octobris anni 1404. quo Romæ obiit, imperante Manuele Palæologo, Romanorum rege Ruperto Bauaro, rege autem Francorum Carolo VI.

* 1393. Guidonis *Rhemenſis* archiepiſcopi auctoritate, vicarii eius in ſy-

Digitized by Google

nodo nonnulla decreta ſtatuerunt feria 3. poſt dominicam, quæ cantatur in eccleſia Dei Quaſimodo, die 15. menſis Aprilis: quæ habemus deſcripta ex codice RR. PP. Cæleſtinorum Offemontanorum.

* 1394. Exemplar cedulæ ſubſcriptæ & iuramento firmatæ a cardinalibus in creatione Petri de Luna, ſeu Benedicti XIII. Reſponſio eiuſdem papæ facta die dominica 20 Iunii 1395 cum illi ſignificaretur vt ex præſcriptis in illa formula ageret. Ex codice XXI. Naudæano, qui modo eſt in bibliotheca eminentiſſimi cardinalis Iulii Mazarini.

1394. & ſequenti anno conuentus *Pariſienſes* aduerſus Petrum de Luna, ſeu Benedictum XIII. antipapam, & de fine aliquo ſchiſmati imponendo: ex Spondano, aliiſque.

* 1395. Benedicti eiuſdem reſponſio data ducibus Ioanni Bituricenſi, Philippo Burgundiæ patruis, & Ludouico fratri Caroli Francorum illuſtris regis, eiuſque ambaxiatoribus ſuper viis honeſtis, &c. quæ inſinuauimus pag. 223. noſtri ſpeciminis antiquarum lectionum.

* 1396. *Londinenſe* concilium celebratum a Thoma Arundellio archiepiſcopo Cantuarienſi, in quo octodecim articuli Ioannis Vviclefi damnati ſunt.

* 1396. Conſtitutiones ſynodales Iterii de Montrolio epiſcopi *Pictauienſis* editæ tum circa feſtum aſcenſionis, tum die Iouis poſt feſtum B. Lucæ.

1398. *Pariſienſe* concilium, ſeu conuentus celebratus aduerſus eumdem Petrum de Luna antipapam, dictum vulgo Benedictum XIII. in annalibus Spondani, ex codice mſ. bibliothecæ S. Victoris.

* 1398. Decreta ſynodalia Petri de Alliaco epiſcopi *Cameracenſis*.

* 1399. *Cantuarienſe* in Anglia concilium celebratum eſt, de quo Spondanus ex Harpsfeldio.

* 1399. Statuta ſynodalia ſtudio Ioannis de Bracque epiſcopi *Trecenſis*, die Martis poſt feſtum aſcenſionis, & annis ſequentibus edita & ordinata ex prædeceſſorum ſuorum ſynodis, quæ deinde anno 1530. ab Odoardo Hennequin epiſcopo Trecenſi cum nonnullis aliis ſynodis publicata.

XV. Chr. ſæculum. 1402. *Siluanectenſe* concilium pro reſarcienda pace eccleſiæ, & tollendo ſchiſmate inter Bonifacium IX. & Benedictum XIII. cui anno ſequenti reſtituta eſt obedientia, quæ iterum denegata anno 1407. de quibus plura Spondanus, aliique.

* 1404. Statuta ſynodalia Ludouici titulo S. Agathæ diaconi card. de Barro vulgariter appellati, perpetui eccleſiæ *Lingonenſis* adminiſtratoris.

CCII.

INNOCENTIVS VII. Sulmonenſis Apulus, Coſmas Melioratus dictus antea, creatus 17. Octobris, conſecratus die

Digitized by Google

11. Nouembris anni 1404. ſedit annis 2. & diebus 22. vſque ad diem 6. Nouembris anni 1406. quo obiit, ſub iiſdem principibus.

* 1405. aut ſequenti, conſtitutiones ſynodales Gerardi, ſeu Geraldi de Monte acuto epiſcopi *Pictauenſis*, quarum vna dicitur lecta in ſynodo Pictauenſi die Iouis 13. menſis Maii anno 1406.

* 1405. *Pragenſe* in Bohemia concilium a Stankone archiepiſcopo celebratum aduerſus errores Vvicleſi eiuſque ſequacium.

CCIII.

GREGORIVS XII. Venetus, dictus antea Angelus Corarius, cardinalis S. Marci, electus die 30. Nouembris anni 1406. & conſecratus die 19. Decembris, ſedit annis 2. menſibus 6. & diebus 7. vel, vt alii, 14. vſque ad Iunium menſem anni 1409. quo vna cum Benedicto XIII. antipapa depoſitus eſt in concilio Piſano: abdicauit die 4. Iulii in ſeſſione XIV. concilii Conſtantienſis anno 1415. per legatum Carolum Malateſtam, obiitque anno 1417. Recineti prope Lauretanam B. Virginis ædem; imperante Manuële, regnantibus in Germania Sigiſmundo, in Francia Carolo VI.

Epiſtola eius extat ad Petrum de Luna de vnione & pace, quam conferemus cum codice mſ. bibliothecæ Mazarinæ.

Benedicti XIII. ſubiiciuntur duæ epiſtolæ: I. ad Gregorium XII. papam, qua ſuperiori reſpondet: II. ad Paulum Lucenſium dynaſtam.

* Literæ eiuſdem pontificis Gregorii XII. directæ prioribus populi & communitatis ciuitatis Reatinæ, de electione ſua, & voto compeſcendi ſchiſma, modo Petrus de Luna moram per ſe huic negotio non afferat. Datæ Romæ apud S. Petrum die 12 ab aſſumptione, 11. vero Decembris anno a natiuitate Domini 1406. ex codice mſ. bibliothecæ Mazarinæ. Vide pag. 222. ſpeciminis noſtri antiquarum lectionum.

1408. *Perpinianenſe* concilium kal. Nouembris celebratum a Benedicto XIII. antipapa: ex Theoderico Niemio apud Spondanum.

1409. In terra ciuitatis *Auſtriæ* diœceſis *Aquileienſis*, Gregorius XII. papa concilium celebrauit circa feſtum pentecoſtes, de quo Theodericus a Niem libro tertio, vbi & Gregorii epiſtolam refert. Plura Rainaldus, qui vocat concilium *Foroiulienſe*, Starouolſcius *Aquilegenſe*, alii aliter.

1409. Benedictus XIII. antipapa in regno *Aragoniæ* conciliabulum habuit, de quo idem Theodericus Niemius.

Digitized by Google

1409. *Piſanum* concilium vniuerſale, dictum a quibuſdam XVI. die 25. Martii, ind. 2. & conſequentibus menſibus celebratum, ad tollendum ſchiſma, in quo depoſitis Romanis pontificibus Gregorio & Benedicto, Alexander V. electus eſt.

Literæ cardinalium in Liburno Piſanæ diœceſis exiſtentium, pro conuocatione concilii, ad Benedictum XIII.

Acta concilii inchoati in ciuitate Piſana die 25. Martii, & continuati per ſeſſiones 23. quarum vltima fuit die 7. Auguſti anni 1409.

CCIV.

ALEXANDER V. Cretenſis, ſiue de Candia, dictus antea Petrus Philaretus, ſeu Philargus, ordinis Minorum, electus in ſeſſione XIX. concilii Piſani, die 26. Iunii anni 1409. conſecratus die 7. Iulii, ſedit menſibus 10. & diebus 8. vſque ad diem 3. Maii anni 1410. quo Bononiæ obiit, imperante Manuele Palæologo, Romanorum rege Ruperto Bauaro, Francorum vero monarcha Carolo VI.

CCV.

IOANNES XXIII. quibuſdam tantum XXI. Neapolitanus, dictus antea Baltaſar Coſſa, cardinalis S. Euſtachii, creatus Bononiæ die 17. Maii anni 1410. coronatus die 25. eiuſdem menſis, depoſitus in XII. ſeſſione concilii Conſtantienſis, die 29. Maii anni 1415. abdicauit pridie kalendas Iunii, obiitque Placentiæ die 22. Decembris, vel, vt alii, Florentiæ die 27. eiuſdem menſis anno 1419. imperante Ioanne Palæologo Manuelis filio, regnantibus in Germania Sigiſmundo, in Francia vero Carolo VI.

1410. *Atrebatenſis* ſynodus feria 3. poſt feſtum B. Dionyſii, ſub Martino epiſcopo O. P.

* 1411. *Aurelianenſe* concilium memoratur a Nicolao Ægidio, in quo dux Burgundiæ Ioannes eiuſque fautores denuntiati ſunt publice excommunicati.

* 1411. Conſtitutiones Ioannis de Cabeca de Vaca epiſcopi *Burgenſis* in Hiſpania.

* 1412. *Petricouienſe* conc. in Polonia, de quo paullo poſt in Martino V.

* 1413. *Romanum* concilium a Ioanne XXIII. papa celebratum aduerſus Ioannem Huſſum, eiuſque ac Ioannis Vvicleſi ſectatores.

* 1413.

* 1413. *Londinenſe* concilium celebratum ab Henrico Chichelaio arch. Cantuar. aduerſus Ioannem Oldcaſtellium, alioſque Vvicleſi ſectatores.

1414. 1415. 1416. 1417. & 1418. Chriſtianæ æræ annis celebratum CONSTANTIENSE concilium œcumenicum XVI. a ducentis quinquaginta epiſcopis, cuius extant acta in ſeſſiones XLV. diſtributa.

Introitus papæ Ioannis XXIII. ad Conſtantiam, indict. 7. anno 1414. exeunte menſe Octobri.

Seſſio I. die Veneris 16. Nouembris.

Bulla conuocationis concilii Conſtantienſis.

II. ſeſſio indict. 8. die 2. Martii 1415. in qua papa obtulit ceſſionem.

III. Seſſio die 25. Martii, præſide Petro de Alliaco cardinale Cameracenſi epiſcopo.

In VI. ſeſſione procuratorium dandum per Ioannem papam, &c. In eadem dantur commiſſarii contra Ioannem Hus, & decernitur citatio contra Hieronymum de Praga de hæreſi infamatum. Lectæ literæ vniuerſitatis Pariſienſis.

In VII. citatio contra Ioannem XXIII.

In VIII. damnati articuli 45. Ioannis Vvicleſi, qui pronuntiatur hæreticus, iubenturque exhumari eius oſſa. Lectæ quoque literæ Friderici Auſtriæ ducis.

In IX. executio citationis contra Ioannem XXIII. &c. quæ ex ipſis iam ſæpius excuſis actis quiuis poterit per otium expendere. Si quid vero in actis concilii, quæ in mſſ. codicibus Mazarinæ, & aliarum nobiliſſimarum bibliothecarum conſeruari perhibentnr, occurrat memoria poſteritatis digniſſimum, illud appendicis vice ſubiicere non grauabimur.

Poſt XLI. ſeſſionem electus die 11. Nouembris anno 1417. in feſto S. Martini papa Martinus V. dictus, multas edidit conſtitutiones, quæ in ſequentibus ſeſſionibus vſque ad XLV. quæ vltima fuit, occurrunt, præſertim ea, in qua recenſentur errores Ioannis Vicleſi de Anglia, & Ioannis Hus de Bohemia, damnati in concilio Conſtantienſi, data Conſtantiæ 8. kalendas Martii anni 1418.

Sequitur confirmatio conſtitutionum Friderici II. & Ca-

Digitized by Google

rolinæ, cum multis adiectionibus per concilium Conſtantienſe in XIX. ſeſſione, quibus libertati eccleſiaſticæ plurimum fauetur.

Modus obſeruandus in publica ſeſſione conciliorum generalium obſeruatus in Conſtantienſi.

* In ſynodalibus inſtitutis diœceſis Rothomagenſis fol. 48. fit mentio ſynodi *Rothomagi* celebratæ per M. Hugonem de Calencone cantorem Claromontenſem, anno 1417. Extare quoque dicitur ſermo factus per magiſtrum Iacobum Laudenſem epiſcopum, & apoſtolici palatii magiſtrum, ſuper condemnatione Hieronymi de Praga hæretici, in Conſtantienſi concilio anno 1416. die 30. Maii, cum epiſtola quadam eiuſdem concilii data 1415. & altera concilii Baſileenſis anno 1433. Vide pag. 376. ſpeciminis noſtri antiquarum lectionum.

CCVI.

MARTINVS V. vulgo dictus, cum fuerit huius nominis tantum III. Romanus, antea dictus Odo, ſeu Otto de Columna, ſancti Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis, electus die 11. Nouembris in feſto S. Martini anni 1417. ind. 11. & conſecratus die dominica 21. eiuſdem menſis, ſedit annis 13. menſibus 3. & diebus 12. vſque ad diem 20. Februarii anni 1431. quo Romæ obiit, ſub imperatore Ioanne Palæologo Manuelis filio, rege Romanorum Sigiſmundo, Francorum vero Carolo VII.

* 1417. Martinus V. papa paullo poſt electionem ſuam confirmauit conſtitutiones ſynodales depromptas ex antiquioribus conciliis prouincialibus *Gneznenſibus* in vnum volumen redactis, ex commiſſione ſynodi prouincialis *Petricouienſis*, obtenta primum licentia apoſtolicæ ſedis per Nicolaum archiep. Gneznenſem a Ioanne papa XXIII. anno 1412.

* 1419. *Cantuarienſe* concilium, præſide Henrico Chicheleio archiepiſcopo, aduerſus Richardum Vvaltherum magum.

1420. aut circiter, *Saltzburgenſe* concilium prouinciale celebratum in cauſa fidei & morum, præſide Ebetardo archiepiſcopo, apoſtolicæ ſedis legato. Extant capitula 59.

* 1420. *Moguntinum* hoc circiter anno celebratum memorant.

* 1421. Statuta ſynodalia Caroli epiſcopi & ducis *Lingonenſis*, feria 4. poſt dominicam, miſericordia Dei.

1423. *Senenſe* concilium ex ciuitate Papienſi, ſeu Ticinen-

ſi in ciuitatem Senarum tranſlatum ob peſtem fœde graſſantem, die 22. Iunii.

Decretum de approbatione proceſſuum & continuatione in futurum contra Huſſitas hæreticos.

Ratificatio condemnationis factæ per Conſtantienſe concilium contra Petrum de Luna, eiuſque fautores.

Conceſſio indulgentiarum perſecutoribus hæreticorum.

Statuta ſuper reductione Græcorum.

Relatio ambaſiatæ factæ ad Græcos per 9. concluſiones.

Reſponſio Ioannis Palæologi Græcorum imp. ad Martinum papam.

Electio ciuitatis Baſileenſis pro celebratione concilii generalis proxime futuri.

1423. Statuta ſynodalia Theoderici archiepiſcopi *Colonienſis* in prouinciali concilio, menſe Aprili celebrato.

* 1423. *Treuirenſe* & *Moguntinum* ad hunc annum quidam referunt. Excuſa illa nondum mihi videre contigit.

* 1423. *Gnezmenſe* concilium aduerſus graſſantem ſectatorum Vvicleſi, Huſſi, ſimiliumque hæreticorum veſaniam.

1425. Statuta Ioannis Leſguiſier epiſcopi *Trecenſis* in ſynodo celebrata kal. Iulii.

* 1425. *Hafnienſe* in Dania concilium, præſide Petro Luckio arch. Lundenſi, pro correctione morum: ex Pontano apud Spondanum.

1428. ſiue 1429. *Pariſienſe* celebratum a 1. die Martii, ad 23. Aprilis in collegio Bernarditarum, pontificatus Martini V. anno 12. præſide Ioanne de Nantone archiepiſcopo Senonenſi, pro reformatione diuini officii, miniſtrorum eccleſiæ, abbatum, religioſorum, ſæcularium, &c.

* 1429. *Dertuſanum* in Hiſpania concilium habitum a Petro Fuxenſi cardinale, atque a Martino V. papa corroboratum.

CCVII.

Evgenivs IV. Venetus, antea Gabriel Condulmerius vocatus, electus die 3. Martii anni 1431. ſedit annis 15. menſibus 11. diebus 20. vſque ad diem 23. Februarii anni 1447. quo obiit ſub imp. Ioanne Palæologo, rege Romanorum Frederico IV. rege autem Francorum Carolo VII. Amedeus autem dux Sabaudiæ, Felix V. dictus, antipapa creatus in ſeſſione 38. concilii Baſileenſis die 5. Nouembris anni 1439. abdicauit die 19. Iunii anni 1449.

Digitized by Google

1431. BASILEENSE concilium inchoatum die 14. kalend. Auguſti, ſub Eugenio IV. & ab eodem poſtea diſſolutum eſt. Plura in eo acta & decreta ex authenticis exemplaribus plumbo eiuſdem firmatis deſumpta commemorat Binius, quibus præmiſit

Compendioſam enarrationem, quomodo Bohemi vocati, productique ad Baſileenſem ſynodum: &

Petitiones Bohemorum propoſitas menſe Nou. anni 1438.

I. ſeſſio die Veneris 7. Decembris 1431. ind. 9. II. die 15. kal. Martii 1432. III. die 29. Aprilis. In ſeſſione IV. ſaluus conductus Bohemorum, &c. De quinta, ſexta, aliiſque, vſque ad XLV. plura modo non addam: ſi quid in mſſ. codicibus Regiæ, Mazarinæ, Seguerianæ, Foucquetianæ, Petauianæ, & aliarum almæ huius vrbis bibliothecarum percelebrium occurrat commendatione dignum nondum hactenus excuſum, illud eruditis lectoribus non inuidebimus.

Sequuntur indulgentiæ incorporatis datæ.

Decretum quinque concluſionum.

Bulla Nicolai V. papæ data Spoleti 14. kal. Iulii anno 1449.

Epiſtolæ & reſponſiones ſynodales concilii Baſileenſis.

Variarum rerum, epiſtolarum, actionum, ſententiarum, decretorum, orationumque diuerſarum ad concilium Baſileenſe ſpectantium appendix.

Articuli de modo procedendi.

Inſtructiones deferendæ ambaſiatoribus concilii.

Articuli oblati ex parte regni Bohemiæ.

Inſtrumentum factæ pacis inter regem Franciæ & ducem Burgundiæ per legatos concilii & tractatus Atrebatenſis.

Aduiſamenta conuentus Bituricenſis die 26. Februarii 1431. more Gallicano.

Reſponſio facta ambaſiatoribus imperatoris 1435.

Epiſtolæ tum concilii, tum ambaſiatorum eius ſecundum datas earum ordinatæ.

I. concilii ad Bohemos cum ſaluo conductu.

II. ad regem Franciæ Carolum VII. alioſque plures.

Orationes aliquot & in Baſileenſi concilio, & pro illo, aut contra illud habitæ.

Digitized by Google

Collatio Ioannis de Bachenſtein coram papa Florentiæ, cum eius reſponſione.

Oratio Gerardi Landriani ep. Laudenſis ad regem Angliæ.

Oratio Andreæ de Petra arch. Coloſſenſis, legati papæ.

Oratio arch. Tarentini pro Eugenio IV.

Præſidentis oratio ad conuertendum Bohemos.

Opuſculum Ioannis patriarchæ Antiocheni de ſuperioritate inter concilium & papam.

Epiſtolæ Eugenii papæ IV. ad, vel contra ſynodum Baſileenſem miſſæ, & iuxta datas digeſta.

I. Ad archiepiſcopum Coloſſenſem.

II. Informatio miſſa ad regem Romanorum per Iacobum archiepiſcopum Ebredunenſem.

III. Ad Iulianum S. Angeli diaconum cardinalem.

IV. Bulla reuocationis per commiſſionem factam Iuliano cardinali legato, de concilio, cum cauſis inibi expreſſis, data pridie idus Februarii anno 1431. ſeu potius 1432.

V. Litera reuocationis concilii publicata Romæ, & alibi 15. kal. Ianuarii, pontificatus anno primo.

VI. Litera apoſtolica ad Sigiſmundum regem ſuper concilii diſſolutione.

VII. Ad concilium per ambaſiatores electorum imperii.

VIII. ad Sigiſmundum regem ſuper factis concilii.

IX. Bulla capitulorum initorum inter papam & regem Romanorum.

X. Bulla præſentata per imperatorem deputatis concilii.

XI. Ad Bartolomæum archiepiſc. Spalatenſem, & alios.

XII. Ad Iordanum, & alios card. apoſtolicæ ſedis legatos.

XIII. Ad Ioannem archiepiſcopum Tarentinum, &c.

XIV. Ad Iulianum cardinalem.

XV. & XVI. Ad concilium Baſileæ congregatum.

XVII. Ad legatos ſuos concilio præſidentes.

XVIII. Bulla tranſlationis concilii Baſileenſis ad ciuitatem Ferrarienſem.

Sigiſmundi imperatoris Romani epiſtolæ.

I. Supplicatio ad papam Eugenium IV.

Digitized by Google

II. Ad papam ſuper facto concilii.
III. Ad Iulianum cardinalem & alios.
IV. Ad papam ſuper facto eodem, cum auiſamentis & inſtructione.
V. Ad patres concilii de concordia cum papa, lecta 2. Martii 1433.
VI. VII. & VIII. Ad eoſdem concilii Baſileenſis patres.
IX. Litera patens lecta in concilio anno 1333.
X. Mandatum miſſum papæ cum iuramento oratorum regis, die 7. Aprilis 1433.
XI. XII. Ad concilium cum ſaluo conductu.
XIII. De confirmatione certorum capitulorum.
Epiſtolæ diuerſorum ad concilium Baſileenſe.
I. & II. Philippi ducis Burgundiæ lectæ 9. Martii 1436. & 26. Martii 1435.
III. Caroli Franciæ regis lecta 23. Aprilis 1435.
IV. Philiberti epiſcopi Conſtantienſis & aliorum ambaſiatorum in Bohemia.
V. Archiepiſcopi Lugdunenſis ad concilium.
VI. Ambaſiatorum exiſtentium in Bohemia.
VII. Ambaſiatorum exiſtentium Nurembergæ.
VIII. Ioannis Palæologi imp. CP. ad concilium.
IX. Regis Erici Daciæ in fauorem ordinis S. Brigittæ.
X. Petri Lundenſis arch. & aliorum in fauorem dicti ordinis.
XI. Rothomagenſium.
XII. Ioannis imperatoris Græcorum.
XIII. Amedei ducis Sabaudiæ.
XIV. Philippi Mariæ Angeli ducis Mediolanenſis.
XV. Ioannis Palæologi imperatoris CP.
XVI. Ioſephi patriarchæ CP.
XVII. Conſtantini Palæologi fratris imp. CP.
XVIII. Friderici iunioris ducis Auſtriæ.
XIX. Alphonſi regis Aragonum, Siciliæque citra & vltra Pharum.
XX. Alberti ducis Auſtriæ & marchionis Morauiæ.
Epiſtolæ diuerſorum ad diuerſos de concilio Baſileenſi.

Digitized by Google

I. A Pragenſibus ad conſules ciuitatis Egrenſis.

II. Ab iiſdem ad Ioannem Nider & Ioannem Mulbrun nuncios concilii conſiſtentes Nurembergæ.

III. Eorumdem ad conſules ciuitatis Nurembergenſis.

IV. Ad L. epiſcopum Lauſanenſem de conuentu Bituricenſi.

V. Ad Sigiſmundum imperatorem Romanum.

* VI.. Pilznenſium ad Nicolaum ordinis Minorum, de victoria Bohemorum.

VII. Ad Iulianum de interemptione Taboritarum & Orphanorum.

VIII. Cuiuſdam capitanei de victis Taboritis.

IX. Bohemorum hæreticorum ad omnes fideles.

X. Conſulum Egrenſis ciuitatis ad Ioannem Nider & Ioannem Mulembrun.

XI. Pragenſium ad eoſdem concilii nuntios.

XII. Capitanei cuiuſdam ad imp. de rebus Taboriticis.

XIII. Traiectenſium ad ſuos commiſſarios.

XIV. & XV. Capitanei cuiuſdam ad imp. de iiſdem rebus Taboriticis.

XVI. Imperatoris Trapezuntini ad Eugenium papam.

XVII. Commiſſio imp. Græcorum facta vni ambaſiatorum concilii.

XVIII. Commiſſio patriarchæ Conſtantinopolitani facta ambaſiatori concilii.

XIX. Henrici Mengeri ad Iulianum card. S. Angeli.

Orationes quatuor prolixiſſimæ ab Henrico Caniſio primum editæ.

I. Ioannis de Raguſio promotoris generalis ordinis Prædicatorum, qua reſpondit per octo dies in concilio Baſileenſi ad articulum primum Bohemorum *de communione ſub vtraque ſpecie*, propoſitum a Ioanne Rogkyſana, 16. Ianuarii.

II. Ægidii Carlerii decani eccleſiæ Cameracenſis, qua per dies quatuor in eodem concilio reſpondit ad articulum ſecundum Bohemorum *de corrigendis peccatis publicis*, quem propoſuit per biduum Nicolaus Taborita.

III. Henrici Kalteiſen Dominicani, profeſſoris theologiæ

Digitized by Google

in Colonienſi academia, & hæreticæ prauitatis inquiſitoris, qua in concilio Baſileenſi anno 1433. per tres dies refutauit tertium articulum Bohemorum *de libera prædicatione verbi Dei*, quem propoſuit per biduum Vdalricus presbyter Orphanorum.

IV. Ioannis de Polemar archidiaconi Barcinonenſis, apoſtolici palatii cauſarum auditoris, qua eodem anno & in eodem concilio refutauit quartum Bohemorum articulum *de ciuili dominio clericorum*, quem propoſuit per triduum Petrus Rayne Anglus.

1432. De aduiſamentis regi datis in conuentu *Bituricenſi* die 16. Februarii, vide Spondanum.

* In codice 363. bibliothecæ Thuanæ extant aduiſamenta 7. de conceptione B. Mariæ Virginis oblata anno 1438. deputatis a concilio Baſileenſi ad videndum, quæ in diſputationibus vtrinque fuerant allegata cum miraculis de conceptione eiuſdem beatæ Virginis Mariæ.

1435. *Rhemenſis* ſynodus celebrata feria 3. poſt feſtum beati Lucæ.

1438. Pragmatica ſanctio in conuentu *Biturigibus* in aula archiepiſcopali celebrato coram rege Carolo VII. ſancita ab epiſcopis & præſulibus regni, ac nonis Iulii in parlamenti ſenatu promulgata, teſte Roberto Gaguino ordinis S. Trinitatis, ſeu Mathurinorum, præpoſiio generali. Hanc commentariis ſuis explanare aggreſſi ſunt Philippus Probus & Coſmas Guimerius. Hæc vero, demptis aliquot capitibus quæ reprobata ſunt in concilio Lateranenſi V. quod ad reliqua pæne omnia inſerta, recepta fuit ac probata in henotico, ſeu concordatis inter Leonem X. & Franciſcum I. anno 1516. Bononiæ editis, & die 14. kal. Ianuarias Romæ in publica Lateranenſis illius concilii ſeſſione approbatis, anno 4. dicti Leonis X.

* Extant quoque apud me ex codice mſ. S. Stephani Bituricenſis articuli 4. ſuper petitionibus domini papæ pro pace & vnione eccleſiæ, ſcripti Biturigis die 5. Iunii, concilio Gallicano cum rege Franciæ incipiente ibidem in veſtibulo capellæ ſacri palatii, die 4. Iunii anno 1438. Vide pag. 42. ſpecimiris nouæ bibliothecæ mſſ. librorum anno 1653. in 4°. excuſi

1438. FLORENTINVM œcumenicum, ſiue vniuerſale concilium, Ferrariæ primum exeunte hoc anno, tum anno ſequenti Florentiæ celebratum, præſente Eugenio papa IV. cum Ioanne Palæologo imperatore CP. Ioſepho patriarcha CP. pluribuſque orientis & occidentis epiſcopis (quidam 141. numerant) cuius extant acta G. & L. hoc ordine.

Quo-

Quomodo imperator Venetias ingreſſus ſit, & Venetiis profectus ſit Ferrariam.

De ingreſſu patriarchæ in vrbem Ferrariam.

Exhortatio patriarchæ.

Decretum Eugenii papæ IV.

Quæſtio de igne purgatorio.

I. ſeſſio patrum, qui Ferrariam conuenerunt, menſis Octobris 8. indictione 2. anni 1438. cum oratione Beſſarionis Nicæni metropolitæ.

II. ſeſſio ſabbato die 11. Octobris. III. die 14. IV. die 15. V. die 16. vbi ſunt recitata ſymbola, ſeu fidei confeſſiones ſacrorum conciliorum. VI. die 20. VII. die 25. eiuſdem menſis.

VIII. ſeſſio die 1. Nouembris. IX. die 4. X. die 8. XI. die 11. XII. die 15. XIII. die 27. XIV. die 4. Decembris. XV. die 8. XVI. in qua decretum eſt, vt ſynodus Ferraria transferretur Florentiam.

De ingreſſu patriarchæ & imperatoris in vrbem Florentinam die 13. Februarii anni 1439.

Seſſio XVII. & I. Florentiæ die 26. Februarii. XVIII. die 2. Martii. XIX. die 5. XX. die 7. XXI. die 10. XXII. die 14. XXIII. die 17. XXIV. die 21. XXV. ac poſtrema die 24.

Beſſarionis metropolitæ Nicæni oratio dogmatica de vnione ad orientales, in 9. ſeu 10. capita diſtributa, ipſomet Beſſarione interprete.

Eiuſdem declaratio aliquorum, quæ in oratione dogmatica continentur, quæ Græcis notiſſima, Latinis ignota ſunt: Latine.

Sententia patriarchæ & imperatoris Græcorum.

Extrema ſententia eiuſdem patriarchæ CP.

Definitio œcumenicæ ſynodi Florentinæ, ſiue literæ Eugenii papæ ad imp. & ad locatenentes patriarcharum, data Florentiæ in ſeſſione publica ſynodali pridie nonas Iulii anni 1439. cum ſubſcriptionibus.

De Armeniis, ſiue apocriſiariis patriarchæ Armeniorum,

Digitized by Google

qui ad imperatorem acceſſerunt antequam Florentia Venetias repeteret, vt eius auxilio cum eccleſia catholica pacem atque vnionem celebrarent.

Decretum Eugenii papæ IV. de vnione Armeniorum, datum Florentiæ in publica ſeſſione ſynodali ſolenniter in eccleſia maiori, celebrata anno 1439. die 10. kalendas Decembres, pontificatus anno 9. Latine tantum: quemadmodum & litera Iſaiæ archiepiſcopi Hieroſol. ad papam Eugenium IV.

Georgii Scholarii orationes de pace, deque ferendo patriæ auxilio, interprete Ioanne Matthæo Caryophilo.

Ioſephi Methonenſis epiſcopi apologia ad libellum Marci Eugenici metropolitæ Epheſii, eodem interprete.

Georgii Hieromonachi magni protoſyncelli, & a confeſſionibus, qui poſtea creatus eſt patriarcha, reſponſio ex variis ſanctorum ſententiis ad epiſtolam Marci Epheſini, eodem interprete.

* Romæ tam typis quam impenſis ſacræ congregationis de propaganda fide, præter ſuperiora edita ſunt in 8° tum narratio de ſancta & œcumenica ſynodo Florentina, contra obtrectatores illius, communi Græcorum idiomate; tum Gennadii patriarchæ CP. pro quinque capitibus concilii Florentini defenſio, Latine, eademque a Ioanne Matthæo Caryophilo in vernaculam Græcorum linguam conuerſa.

Eiuſdem FLORENTINI *œcumenici concilii acta ab Horatio Iuſtiniano bibliotheca Vaticanæ cuſtode primario collecta, diſpoſita, & notis illuſtrata.*

I. pars ante aduentum Græcorum ad idem concilium.

Decretum Baſileenſis concilii, & bulla Eugenii papæ IV. pro tranſlatione eiuſdem concilii.

Eugenii papæ epiſtola ad Genuenſes.

Eiuſdem ad imperatorem, ad regem Franciæ, &c.

Eiuſdem ad Antonium Condulmarium, galearum pontificiarum Conſtantinopolim mittendarum capitaneum.

Eiuſdem ad Ioannem Palæologum imp. CP.

Eiuſdem ad eumdem & ad Ioſephum patriarcham Conſtantinopolitanum.

Digitized by Google

Literæ apoſtolicæ ad Marcum archiepiſcopum Tarentaſienſem, & Chriſtophorum Coronenſem epiſcopum, deſtinatos CP. oratores, &c.

Indictio concilii Ferrarienſis, cum epiſtolis ad varios ſcriptis.

Nicolai Eſtenſis marchionis Ferrariæ literæ inſtar ſalui conductus, & conuentiones cum cardinale S. Clementis, apoſtolicæ ſedis camerario.

Eugenii literæ ad Nicolaum Albergatum presbyterum cardinalem titulo S. Crucis in Ieruſalem, quem ad inchoandum concilium, eique præſidendum deſtinauit legatum de latere.

Die 8. Ianuarii anni 1438. inchoatum a Nicolao cardinale concilium Ferrariæ.

Auiſamenta legati, & articuli, &c. necnon deputatorum, de modo conſedendi.

II. pars actorum poſt aduentum Græcorum.

Diſputationes, ſeu collationes inter Latinos & Græcos habitæ, & ab Andrea de ſancta Cruce patricio Romano, & apoſtolici conſiſtorii aduocato, conſcriptæ in modum dialogi cum Ludouico Pontano, quibus Iuſtinianus varias epiſtolas Eugenii papæ, & alia quædam intexuit.

Definitio, ſeu decretum de vnione reperitur in collatione vigeſima-ſecunda cum ſubſcriptionibus.

Philothei patriarchæ Alexandrini epiſtola ad Eugenium pap.

III. pars actorum poſt diſceſſum Græcorum Florentia.

Eugenii epiſtola ad omnes fideles.

Eiuſdem conſtitutio, quæ incipit, *Moyſes*, qua damnantur propoſitiones Baſileenſium.

De Armenorum vnione cum Latinis.

Literæ Conſtantini eorum patriarchæ.

Pauli Imperialis conſulis Caffæ ad Eugenium papam, eiuſdemque ad eum reſponſum.

Ioannis patriarchæ Iacobinorum literæ ad Eugenium pap.

Decretum pro Iacobinis, cui inſerta ſunt & decreta pro Græcis & Armenis data Florentiæ in publica ſeſſione ſynodali, in eccleſia domus S. Mariæ Nouellæ, an. 1441. pridie nonas Febr. pontificatus Eugenii anno 11. cum ſubſcriptionibus.

Digitized by Google

Eugenii literæ ad Conſtantinum deſpotum Palæologum.

Expoſitio oratoris Nicodemi abbatis pro Æthiopum imperatore ſuper Æthiopibus Hieroſolymis conſtitutis, facta in publica congregatione œcumenici concilii Florentini die ſabbati 2. Septembris anni 1441. cum literis eiuſdem abbatis.

Literæ aliquot Eugenii ad varios.

Tranſlatio Florentini concilii Romam facta Florentiæ die 6. kal. Maii anni 1442. ibique in Laterano habitæ ſeſſiones publicæ ſynodales, in quibus editæ de fide conſtitutiones pro Syris, Chaldæis & Maronitis, quæ ſubiiciuntur ex Vaticanis codicibus.

Beſſarionis S.R.E. cardinalis ad Alexium Laſcarim Philanthropinum epiſtola, de ſucceſſu ſynodi Florentinæ, & de proceſſione Spiritus ſancti, ab eodem Latine reddita, & in capita decem diſtributa.

* Dum hæc formis exprimenda typothetæ traderentur, venit in manus meas recens ex Hollandia aduectum volumen Hagæ-Comitis in folio impreſſum, hoc titulo: *Vera hiſtoria vnionis non veræ inter Græcos & Latinos: ſiue concilii Florentini exactiſſima narratio, Græce ſcripta per Sylueſtrum Sguropulum magnum eccleſiarcham, atque vnum e quinque crucigeris & intimis conſiliariis patriarchæ Conſtantinopolitani, qui concilio interfuit: tranſtulit in ſermonem Latinum, notaſque ad calcem libri adiecit ſereniſſimi, ſacratiſſimi, inuictiſſimique Caroli II. magnæ Britanniæ & Hiberniæ regis*, &c. *ſacellanus domeſticus ſeu ordinarius Robertus Creyghton*, &c. Sed quæ fides huic inſcriptioni habenda ſit, quamque titulus hic magnifice mentiatur, cum alia multa declarant, tum illius operis auctor atque interpres. Quis enim ille ſit vere *Sylueſter* ac barbarus *Sguropulus*, ſi temporum teſtem hiſtoriam, ſi coætaneos poſterioreſque ſcriptores interroges, homo nihili, ignotus, ignobilis, qui vnus ſibi teſtimonium dixit, illudque mendaciſſimum, neglectus hactenus ab eruditis, ſchiſmaticus, hæreticus, ac nationis ſuæ, quæ catholicam fidem cum imperatore, patriarcha, epiſcopis, ac principibus doctiſſimiſque viris ſuſceperat, hoſtis infenſiſſimus illico deprehendetur. Neque alia eiuſdem debet eſſe apud cor-

Digitized by Google

datos homines ratio, quam Arii, aut Philoſtorgii de Nicæno, Neſtorii de Epheſino, Eutychetis aut Dioſcori de Calchedonenſi, Hieronymi Pragenſis de Conſtantienſi, Albigenſium de Lateranenſibus conciliis differentium. Quis enim ignorare poteſt, quid in iudices, quid in aduerſarios, quid in ipſos quoque interdum patronos aduocatoſque ſuos deblaterent, quæ crimina obiiciant, quas calumnias texant, qui cauſa ceciderunt rei? Tales plerique Græculi, qui Marco Epheſino antiſtiti ac ſimilis farinæ contumacibus ſchiſmaticis, quam apertiſſimæ veritati ac catholicæ fidei adhærere maluerunt: ſed de his alias conquerendi commodior occurret occaſio. Ad interpretem Creyghtonum venio, cuius effrænis in eccleſiam catholicam (ex qua cum maioribus ſuis deſertor profugit) atque efferata rabies ex hoc ipſo titulo libri, quem falſo dicit e veritatem amantium manibus nunquam deponendum, ex dedicatione, præfatione, ac notis manifeſtiſſime eluceſcit, quas ſpurciſſimis in Romanos pontifices, cardinales, epiſcopos, cæteroſque clericos ac laicos, qui interfuerunt, quique ſecuti ſunt, calumniis vſque ad nauſeam tædiumque lectorum referſit. Quodque mirere magis ipſam quoque verſionem ab hac hæretica lue in papam efferueſcente noluit eſſe immunem. Conſule paginam ſextam: ἐν τοῖς μεγίσταις ἐτίθεντο, ὅτι νῦν τὸν τῆς νέας Ῥώμης ἀρχιεπίσκοπον πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως ὀνομάζει ὁ πάπας· καὶ ἀδελφὸν καλεῖ τοῦτον, κἀντεῦθεν ἐτεκμαίροντο ἐφίεσθαι τὸν πάπαν τῆς ἑνώσεως, καίτοιγε οὐ Κωνσταντινουπόλεως, ἀλλὰ πατριάρχην τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν αὐτὸν ἔγραφεν, ὥσπερ τοίνυν καὶ μέχρι τοῦ νῦν γράφει. ac fidem verſionis examina prudens lector. *At nunc pro magnifico duxerunt, quod in Eudæmonis epiſtolis nouæ Romæ archiepiſcopum patriarcham Conſtantinopolitanum diſertis verbis papa nuncupet, & (in ſimili ſecum ſphæra dignitatis atque eminentiæ) fratrem.* An quoties papa ſubiectos ſibi archiepiſcopos epiſcopoſque fratres compellat, eos in ſimili ſecum ſphæra dignitatis atque eminentiæ conſtituit? nec in Græco textu hæc reperiuntur. *Et inde coniiciebant papam vehementi concitatione flagrare pacis inter ec-*

cleſias reſarcienda : quamquam inerat ambiguum, & terminus diminuens, ſi quis papa verba penſiculatius ad trutinam reuocaret : nam non patriarcham Conſtantinopolitanum, ſed Conſtantinopolitanorum ſcripſit. Omiſit reddere, ὥσπερ ἦν ἐν καὶ μίχει τοῦ νῦν γράφει, ac de ſuo interpretationem præcedentium verborum, quæ nemini cordato in mentem venire poterat, adiecit : *ciuium non ciuitatis, quaſi ad* SVCCESSOREM PETRI *ius & cura loci pertineret, ad patriarcham tantum regimen popularium.* Scripſit ſanctus Gregorius ad Auguſtinum epiſcopum Anglorum : quis inde niſi demens colligat ius & curam Angliæ ad papam, regimen tantum Anglorum ad Auguſtinum pertinuiſſe? καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα ὡς ἐν τύπῳ ἢ ἁπλῶς.

* 1439. De *Moguntino* conuentu menſe Martio huius anni, & de altero, menſe Maio anni 1441. in cauſa Baſileenſium celebrato, necnon de Nuremburgenſibus anni 1438. vide Spondanum, ex Patricio & Ænea Siluio.

* 1440. *Bituricenſis* conuentus alter iuſſu Caroli VII. regis, in quo poſt varias altercationes auditæ ſunt Eugenii papæ & Baſileenſium legationes, & reſponſum a rege die 4. nonas Septembris, ſtatuiſſe ſe perſeuerare in obedientia Eugenii pontificis, nec alium recognoſcere Romanum pontificem, quam Eugenium, &c. Quæ edidi anno 1651. in miſcellaneis hiſtoricis, decerpta ex hiſtoria Auguſtini Patricii, quam manu exaratam, atque ex bibliotheca regia depromptam alias legiſſe me recordor.

* Auguſtini Patricii Senenſis hiſtoria, ſeu ſummarium actorum concilii Baſileenſis, conſcriptum iuſſu Franciſci cardinalis Piccolominei anno 1440. Ex illius mſ. exemplari, quod extat in Vaticana bibliotheca, multa delibauit Horatius Iuſtinianus : nos ex regio apographo, ſi ita viſum fuerit, integrum exhibebimus.

1440. Conſtitutiones ſynodales numero 26. Nicodemi de Scala epiſcopi *Friſingenſis*, quarum duntaxat meminit Starouolſcius.

* 1444. *Lateranenſe* concilium Florentia ab Eugenio Romam tranſlatum, vt ſupra monuimus ſuo loco.

* 1445. *Rothomagenſe* concilium indictione 9. in manerii archiepiſcopalis capella celebratum, ſub Radulfo Rouſſelio archiep. die 15. Decemb.

* 1445. *Cantuarienſe* concilium, præſide Ioanne de Stantford archiep.

1445. Statuta ſynodalia, ſeu cleri Leodienſis reformationes factæ die 4. menſis Iunii per Ioannem epiſcopum *Leodienſem.*

CCVIII.

NICOLAVS V. Sarzanenſis, aliis Lucanus, dictus antea

Digitized by Google

Thomas Parentucellus, electus die 6. Martii anni 1447. ſedit annis 8. & diebus 19. vſque ad diem 24. Martii, qua obiit anno 1455. imperante Frederico IV. regnante autem apud Gallos Carolo VII. cum biennio ante capta fuiſſet a Mahomete II. Turcarum principe vrbs CP. die 29. Maii anni 1453.

* 1448. *Andegauenſe* concilium, cuius ſummam dumtaxat ex Poſſeuino noſtro refert Binius, ac *Turonenſe* vocat, cum Starouolſcio aliiſque breuiatoribus, celebratum fuit die 16. Iulii, præſide Ioanne Bernardo Turonenſi archiepiſcopo. Nos integrum dabimus ex apographo R. P. Iacobi Sirmondi inter eius ſchedas reperto, ex quo multa licebit ediſcere.

1449. *Lugdunenſe* concilium ad tollendum ſchiſma Felicis V. antipapæ, & a Gallis, aliiſque paſſim omnibus abiecti.

* 1451. *Moguntinum* concilium celebratum, præſide Nicolao de Cuſa S. R. E. cardinale, & per Alemanniam de latere legato.

* 1452. Conſtitutiones ſynodales Philippi de Vienna epiſcopi *Lingonenſis*, editæ feria 4. poſt dominicam, miſericordia Domini.

* 1452. *Colonienſe* concilium celebratum, præſide Nicolao de Cuſa cardinale, apoſtolicæ ſedis per Germaniam legato, & comprobante Theodorico archiepiſcopo Colonienſi.

Inter opuſcula aurea theologica ſtudio Petri Corcyræi collecta G. & L. ac Romæ edita in 4° anno 1630. extat Nicolai huius papæ V. epiſtola ad Conſtantinum imp. CP. e Latino in Græcum ſermonem conuerſa a Theodoro Gaza Theſſalonicenſi.

CCIX.

CALLISTVS III. Hiſpanus, e regno Valentino, antea dictus Alphonſus Borgia, electus die 8. Aprilis anni 1455. ſedit annis 3. menſibus 5. & diebus 29. vſque ad diem 6. Auguſti anni 1458. quo obiit, ſub iiſdem principibus.

* 1455. Statuta ſynodalia Guidonis epiſcopi *Lingonenſis* ducis & paris Franciæ, edita die 23. Aprilis huius anni. Idem quoque alia promulgauit annis 1456. 1459. 1460. 1464. & 1479.

* 1456. *Sueſſionenſe* concilium celebratum die 11. menſis Iulii, pro tollendis abuſibus, præſide Ioanne Iuuenale de Vrſinis arch. Rhemenſi, vnde & *Rhemenſe* dictum reperitur. Extat in ſtatutis Atrebatenſibus pag. 175.

* 1456. *Veneticus* epiſcoporum in Armorica conuentus, pro leuatione corporis S. Vincentii Ferrerii anno præcedenti Romæ ſanctorum albo deſcripti.

* 1456. *Petricouienſe* concilium, præſide Ioanne Sprouuo, ſeu Sprouio, archiepiſcopo Gneznenſi.

Digitized by Google

* 1457. *Auenionenſe* concilium pro reſtitutione diſciplinæ eccleſiaſticæ, præſide Petro de Fuxo Albanenſi epiſc. S. R E. cardinale, archiepiſcopo Arelatenſi, & legato Auenionenſi: de quo vide Petr. Saxium pag. 363.

* 1457. *Caliſſienſe* concilium, præſide Ioanne Sprouuo arch. Gneznenſi.

Hanc vero ſimileſque ſynodos Polonicas ſi excipias, epitome conciliorum Simonis Starouolſcii omnino carere poterat reſpubliea literaria: cætera enim, aut aliunde tranſcripta etiam cum mendis hiſtoricis & chronologicis aberrationibus; aut ſi quæ ad vitas epiſtolaſque pontificum, aut conciliorum hiſtoriam de ſuo adiecit, triuialia ſunt, nulliuſque pretii, imo & nouis deformata monſtris, quæ vix debellaret Hercules ipſe, tot ſunt ac tanta. Quod ſibi quoque dictum putet, quiſquis ad hæc tractanda temporum ſcientiæ imperitus acceſſerit, vix deguſtatis chronologiæ atque hiſtoriæ ſacræ, quæ a profana impune diſiungi nequit, primoribus elementis.

CCX.

PIVS II. Senenſis, dictus antea Æneas Siluius Piccolomineus, electus die 19. aut 20. Auguſti anni 1458. ſedit annis 5. menſibus 11. & diebus 27. vſque ad diem 16. Auguſti anni 1464. quo Mantuæ obiit, ſub imperatore Frederico IV. ſeu Pacifico, & rege Francorum Ludouico XI.

Bulla retractationum eorum omnium, quæ dudum per eum in minoribus agentem pro concilio Baſileenſi & contra Eugenium IV. papam ſcripſerat, miſſa ad vniuerſitatem Colonienſem.

* 1459. Conſtitutiones ſynodales Beſſarionis S. R. E. cardinalis, epiſcopi Tuſculani, & perpetui eccleſiæ *Pampilonenſis* in regno Nauarræ adminiſtratoris.

* 1461. *Lancicienſe* ſub Ioanne Sprouuo archiepiſcopo Gneznenſi.

De *Mantuano* conuentu ad bellum contra Turcas ſuſcipiendum anno 1464. celebrato, inter concilia non adnumerando, alii plura.

CCXI.

PAVLVS II. Venetus, dictus antea Petrus Barbus, electus die 31. Auguſti anni 1464. ſedit annis 6. menſibus 10. & diebus 26. vſque ad diem 25. Iulii anni 1471. quo obiit, ſub iiſdem principibus.

* 1466. *Lancicienſe* concilium, præſide Ioanne Gruſcinio archiepiſcopo Gneznenſi.

* 1470. *Colonienſe* concilium celebratum præſide Roberto archiepiſcopo.

CCXII.

CCXII.

SIXTVS IV. Sauonenſis, dictus Franciſcus e gente Ruuerea, ordinis Minorum generalis, tum cardinalis S. Petri ad vincula, electus die 9. Auguſti anni 1471. ſedit annis 13. & diebus 5. vſque ad diem 13. Auguſti anni 1484. quo obiit, ſub imperatore Frederico IV. & Gallorum rege Carolo VIII.

Decreta duo de feſto conceptionis immaculatæ Virginis Mariæ, data annis 1476. & 1483.

* 1473. *Matritenſe* concilium, præſide Roderico cardinale legato, de inſcitia prauiſque moribus ſacerdotum Hiſpaniæ, vt pluribus Mariana, aliique ex eius fontibus.

1473. *Toletanum* dictum prouinciale concilium, ſed in oppido *Aranda* celebratum, præſide Alfonſo Carrillo archiepiſcopo Toletano, die 5. Decembris. Extant capitula 29. ex editione Hiſpanica Valerii Serenii Belgæ.

* 1474. Conſtitutiones Ludouici de Cuña epiſcopi *Burgenſis*.

* 1476. *Rothomagenſis* ſynodus die 4. Nouembris celebrata a generalibus vicariis Guillermi epiſcopi Oſtienſis, S.R.E. cardinalis de Eſtouteuilla, archiepiſcopi Rothomagenſis.

* 1479. *Aurelianenſem* epiſcoporum conuentum quidam ex Ioanne Mairio & Franciſco Belcario referunt circa pragmaticam, vt vocant, ſanctionem, qui etiam poſtea fuerit *Lugdunum* translatus iuſſu Ludouici XI. regis, ſed non celebratus.

* 1481. Statuta ſynodalia Caroli de Nouocaſtro archiep. *Biſuntini*.

* 1481. Statuta ſynodalia Ioannis d'Orleans archiepiſcopi *Toloſani*.

* 1482. Statuta ſynodalia Hermanni de Haſſia archiep. *Colonienſis*.

* Oratio habita in ſynodo *Argentinenſi* in præſentia epiſcopi & cleri, anno 1482. feria 5. poſt dominicam Quaſimodo, per doctorem Ioannem Griler de Kerſersberg. Vide pag. 376. ſpeciminis antiq. lect.

CCXIII.

INNOCENTIVS VIII. patria Genuenſis, antea dictus Ioannes Baptiſta Cybo, electus die 29. Auguſti anni 1484. coronatus die 12. Septembris, ſedit annis 7. menſibus 10. & diebus 27. vſque ad diem 25. Iulii anni 1492. quo obiit, ſub imp. Frederico IV. & rege Galliæ Carolo VIII.

* 1485. *Petricouienſe* concilium, præſide Sbigneo Oleſnicio archiepiſcopo Gneznenſi, die 22. Ianuarii celebratum.

1486. *Lambathenſe* concilium celebratum, præſide Thoma archiepiſcopo Cantuarienſi & cardinale, aduerſus errores Reginaldi Peacocki

epiſcopi Ciceſtrenſis in Anglia, qui proiectis in ignem libris, epiſcopatu depoſitus, & in cœnobium detruſus fuit.

* 1490. Conſtitutiones ſynodales Petri de Ranchicourt epiſcopi *Atrebatenſis*.

* 1491. aut circiter, Hermannus *Colonienſis* archiepiſcopus, ſacri Romani imperii per Italiam archicancellarius, princeps elector, Vveſtfaliæ & Angariæ dux, legatuſque natus, &c. tam per ſe, quam commiſſarios ſuos ſtatuta partim noua, partim antiqua ſuperioribus temporibus in diuerſis ſynodis promulgata edidit ac renouauit.

* 1491. Statuta ſynodalia Ioannis de Ambaſia epiſcopi *Lingonenſis*, edita die Mercurii poſt dominicam, miſericordia Domini.

1491. *Petricouienſe* concilium, præſide Friderico archiepiſcopo Gneſnenſi & cardinale, die ſabbati ante feſtum S. Ægidii celebratum.

CCXIV.

Alexander VI. Hiſpanus, e regno Valentiæ, Calliſti III. nepos, antea dictus Rodericus Borgia, electus die 11. Auguſti anni 1492. ſedit annis 11. & diebus 8. vſque ad diem 18. Auguſti anni 1503. quo obiit, ſub Maximiliano I. & Ludouico XII.

* 1493. Statuta ſynodalia Ioannis Lhuillier epiſcopi *Meldenſis*.

* 1493. Statuta ſynodalia Caroli de Luxemburgo epiſc. *Laudunenſis*.

* 1495. Statuta ſynodalia Ioannis epiſcopi *Pariſienſis*, die Iouis poſt, miſericordia Domini, 7. Maii.

* 1498. Statuta ſynodalia Stephani de Longouico epiſc. *Matiſconenſis*.

* 1498. & 1500. Conſtitutiones fratris Paſchalis epiſcopi *Burgenſis*.

* 1499. Conſtitutiones ſynodales Andreæ Poperi epiſc. *Cabillonenſis*.

XVI. Chr. ſæculum.

* 1502. Statuta ſynodalia Ioannis Millet epiſc. *Sueſſionenſis*.

CCXV.

Pius III. Senenſis, dictus antea Franciſcus Piccolomineus, Pii II. nepos, ſedit diebus 28. a die 22. Septembris ad diem 18. Octobris anni 1503. quo migrauit e vita, ſub iiſdem principibus.

CCXVI.

Iulius II. Sauonenſis Ligur, Sixti IV. nepos, antea dictus Iulianus de Ruuere, electus vel 31. Octob. vel kal. Nou. 1503. ſedit annis 9. menſibus 3. diebus 21. vſque ad diem Lunæ 26. Februarii anni 1513. quo obiit, paucis diebus poſt ſeſſionem V. concilii V. Lateranenſis, ſub iiſdem principibus.

Digitized by Google

* 1506. *Lanciciense* concilium, præſide Andrea Roſeo de Boryſzenice archiepiſcopo Gneznenſi, in feſto S. Matthæi celebratum.

* 1506. Statuta ſynodalia Georgii de Ambaſia S. R. E. cardinalis, ſedis apoſtolicæ legati, archiepiſcopi *Rothomagenſis*.

* 1510. Statuta ſynodalia Arturi Fillion epiſcopi *Siluanectenſis*.

1510. Statuta ſynodalia Caroli Dominici de Caretto cardinalis Finarii & archiepiſcopi *Rhemenſis*.

1510. Statuta ſynodalia Iacobi de Ambaſia epiſcopi *Claromontani*.

* 1510. *Turonenſis* conuentus epiſcoporum Galliæ, pluriumque theologiæ ac iuris canonici doctorum, quod conciliabulum vocat Binius, non ſecus ac ſequens, *Piſanum*, anno ſequenti 1511. in Italia habitum, cuius acta & apologiam dolemus ab hæreticis & ſchiſmaticis hominibus fuiſſe collecta, & in lucem emiſſa anno 1612. in 4° non adſcripto auctoris neque typog. nomine; (perſonatus quippe Melchior Mondier Caluin. fuit) vt apparet tum ex aliis, tum maxime ex dialogo Iulius inſcripto, atque ex poſtremo epigrammate, in quibus pura puta cernitur impietas, ac rerum diuinarum profanatio, germanuſque, vt ita loquar, atheiſmus. Nos inſtar ſani medici illa recentiorum nouatorum nefanda additamenta reſecabimus, & ſincera ipſa acta, quemadmodum in aliis, aut omnino, aut in quibuſdam capitibus a S. R. E. reprobatis præſtitere Surius, Binius, Baronius, Raynaldus, aliique, bona fide repræſentabuntur. Ludouicus XII. rex in mandato ſuo anno 1513. vocat prætenſum concilium, nec vllum ei fauorem aut aſſiſtentiam præbere vult, eiuſque reliquias Lugduni perſiſtentes eiecit, &c. vt nihil de Franciſco I. dicam. Quis autem fuerit auctor apologiæ pro Piſanis cardinalibus, cuius ſummam alii exhibent, conabimur inueſtigare.

* 1511. Iniunctiones factæ ſacerdotibus curam animarum habentibus in diœceſi *Meldenſi* per Ludouicum de Pinelle epiſcopum, die 18. Sept.

* 1512. Statuta ſynodalia Philippi de Vbertetein archiepiſcopi *Colomenſis*. Item annis 1513. 1515. 1516. 1528. 1529. & 1535.

1512. LATERANENSE V. œcumenicum ſeu vniuerſale XVII. ſub ſummis pontificibus Iulio II. ac Leone X. cum epiſcopis 114. ac plurimis abbatibus doctoribuſque, inchoatum die 10. Maii anni 1511. ſeu potius die 3. Maii anni 1512. indictione 15. abſolutum anno duntaxat 1518. die 16. Martii.

Præcedit bulla Leonis X. data 25. Maii 1521.

Antonii de Monte card. S. Praxedis ad Leonem X. epiſtola.

Summarium, ſiue rubrica concilii Lateranenſis per ſingulas ſeſſiones.

Digitized by Google

Acta concilii a die Lunæ 3. Maii.

Epiſtola Iacobi Sadoleti ad Petrum Bembum.

Oratio I. habita per Ægidium Viterbienſem ordinis Aug. generalem, die 5. nonas Maias 1512. in æde Lateranenſi.

I. ſeſſio die Lunæ 10. Maii, in qua nomina præſentium, & bulla indictionis concilii per Iulium papam, ac prorogationis eiuſdem per eumdem.

Thomæ Nigri ad M. Marullum nobilem Spalatenſem epiſt.

Oratio Bernardi Zani archiepiſcopi Spalatenſis præſente Iulio habita.

II. ſeſſio 17. die menſis eiuſdem Maii.

Ferdinandi Aragoniæ regis mandatum.

Bulla ſecundæ ſeſſionis cum prorogatione ſeſſionis propter aduentum Gurcenſis.

Epiſtola procuratoris ordinis Prædicatorum ad Thomam cardinalem Strigonienſem.

Oratio Thomæ de Vio Caietani ordinis Prædicatorum generalis habita die 17. kal. Iunii 1512.

III. ſeſſio die Veneris 3. Decembris.

Maximiliani imp. mandatum, cum ſchedula lecta per Gurcenſem.

Bulla tertiæ ſeſſionis concilii Lateranenſis.

Alexii epiſcopi Melfitani epiſtola ad Iulium II.

Eiuſdem oratio habita in tertia ſeſſione iuſſu Iulii II. papæ.

IV. ſeſſio die 10. Decembris.

Mandatum Lauredani ducis Venetiarum.

Literæ Ludouici XI. regis Franciæ ad Pium II. abrogatoriæ pragmaticæ ſanctionis, cum monitorio contra eam, & alia eiuſdem rationis.

Bulla ſecunda ſeſſionis quartæ.

Oratio Chriſtophori Marcelli habita in quarta ſeſſione.

V. ſeſſio indict. 1. die Mercurii 16. Februarii 1513.

Mandatum Lucenſium miſſum ad concilium.

Bulla innouationis & confirmationis conſtitutionis contra ſimoniacam prauitatem in electione pontificis non committendam.

Digitized by Google

Tenor orationis habitæ in quinta ſeſſione per Ioannem Mariam de Monte archiepiſcopum Sipontinum.

CCXVII.

Leo X. Florentinus, dictus antea Ioannes de Medicibus, Laurentii filius, electus die Veneris 11. Martii anni 1513. & die ſabbathi 19. coronatus, ſedit annis 8. & diebus 20. vſque ad kal. Decembris anni 1521. quo die obiit, ſub Carolo V. & Franciſco I.

1513. Idem Lateranense V. concilium ſub eodem continuatum & terminatum eſt per ſeſsiones ſeptem a ſexta ad duodecimam.

Bulla prorogationis ſextæ ſeſſionis.

VI. ſeſſio die 27. Aprilis.

Mandatum Florentinorum.

Prorogatio ſeptimæ ſeſſionis.

Oratio Simonis Bengnii ep. Modruſienſis in VI. ſeſſione.

VII. ſeſſio die 17. Iunii.

Mandata regis Poloniæ, ducis Mediolani, marchionis Mantuæ, ducum Mazouiæ.

Baltaſſaris del Rio epiſtola ad Ferdinandum regem, eiuſque oratio.

VIII. ſeſſio die 19. Decembris.

Mandatum Ludouici XII. regis Francorum, ducis Mediolani, & domini Genuæ, &c. & ne procedatur in facto pragmaticæ ſanctionis, Gallicana eccleſia, procuratoribus & deputatis regis non auditis.

Mandatum Ioachimi marchionis Brandeburgenſis.

Mandatum Guillelmi marchionis Montisferrati.

Oratio Ioannis Baptiſtæ Garghæ, Senenſis, equitis Hieroſolymitani, habita coram Leone X. in VIII. ſeſſione, 14. kal. Ianuarii 1513.

IX. ſeſſio die 5. Maii 1514.

Mandatum Emanuelis regis Portugalliæ.

Excuſatio prælatorum Gallicorum.

Bulla reformationis curiæ, & de cardinalibus.

Digitized by Google

Oratio Antonii Puccii habita in nona ſeſſione, 3. nonas Maii anni 1514.

X. ſeſſio die 4. Maii 1515. indict. 3.

Lectæ vt in aliis plures ſchedulæ, ſeu bullæ Leonis X.

Ludouici Forbini, domini de Soleriis, oratoris regis Chriſtianiſſimi ſchedula oblata Leoni X.

Orario Stephani archiepiſcopi Patracenſis, & epiſcopi Torcellani habita in X. ſeſſione, die 4. Maii 1515.

Mandatum Caroli ducis Sabaudiæ.

Congregatio generalis pro diſcuſſione eorum, quæ tractanda ſunt in vndecima ſeſſione ſequenti.

XI. ſeſſio die 19. Decembris 1516.

Mandatum patriarchæ Maronitarum montis Libani.

A Maximo epiſcopo Iſernienſi lecta ſchedula, in qua continebantur concordata cum Chriſtianiſsimo rege: Leo epiſcopus, &c. Diuina diſponente clementia, &c. Ea vero concordata de nominatione regia ad epiſcopatus, abbatias, & pleraque alia beneficia, deque pluribus aliis ad diſciplinam eccleſiaſticam ſpectantibus, inter Leonem X. & Franciſcum I. Francorum regem facta eodem anno Bononiæ, tum Romæ, vt vidimus, lecta & probata, de præcepto eiuſdem regis iteratis vicibus facto relata fuerunt in acta curiæ Pariſienſis die 22. Martii anno Domini 1517. more Gallico, vel 1518. vt modo putamus cum Romanis. Quæ a nobis preſsius explicanda fuere, quod in iis Laur. Bochellus, aliique peccauerint.

Prorogatio ſeſsionis XII.

XII. ſeſsio die 16. Martii anni 1517. indict. 5.

Literæ Maximiliani imp.

Maximi Coruini epiſcopi Iſernienſis oratio coram Leone X. in 12. ſeſsione habita.

* 1514. *Rothomagenſe* concilium hoc anno celebratum dicitur, præſide Georgio de Ambaſia huius nominis II. archiepiſcopo, cardinale titulo SS. Marcellini & Petri. Verum alii prouincialem hanc ſynodum differunt in annum circiter 1512. teſtanturque acta eius in mſſ. membranis aſſeruari.

* 1514. Conſtitutiones ſynodales Ludouici Roborei ep. *Taurinenſis*,

Digitized by Google

* 1514. Statuta ſynodalia Stephani Poncherii epiſcopi *Pariſienſis*.

* 1515. Conſtitutiones ſynodales Antonii Boerii archiepiſcopi patriarchæ *Bituricenſis*, Aquitaniæ primatis, ex veteri codice, die 21. Februarii anni, more Gallicano, 1515. impreſſo typis Aſcenſianis, a nobis ſub finem tomi II. bibliothecæ mſſ. librorum publicatæ.

* 1515. Statuta ſynodalia antiqua innouata, reformata & aucta ab Hugone de Hazardis epiſcopo *Tullenſi*.

* 1516. De concordatis inter Leonem X. papam, & regem Franciæ Franciſcum I. iam ſupra diximus.

* 1517. *Florentinum* prouinciale concilium, præſide Iulio de Medicis cardinale archiepiſcopo, approbatum a Leone X.

* 1520. Statuta ſynodalia Ludouici epiſcopi *Tornacenſis*.

1520. Bulla apoſtolica Leonis X. papæ contra errores Martini Lutheri & ſequacium, data apud S. Petrum 17. kal. Iulii, pontificatus octauo.

CCXVIII.

Hadrianvs VI. Vltraiectenſis, Caroli V. præceptor, cardinalis Dertuſanus, electus abſens die 9. Ianuarii anni 1522. ſedit anno vno, menſibus 8. & diebus 6. vſque ad diem 14. Septembris anni 1523. qua obiit, ſub iiſdem principibus.

* 1523. *Lanciciense* concilium, præſide Ioanne Laſki archiepiſcopo Gneznenſi. aAliicollocant anno præcedenti.

Breue Hadriani papæ VI. ad Fredericum Saxoniæ ducem, aduerſus Martinum Lutherum.

Eiuſdem breue ad inquiſitorem Comenſem.

CCXIX.

Clemens VII. Florentinus, archiepiſcopus, Iulius Medices antea dictus, Leonis X. ex eadem gente patruelis, cardinalis S. Laurentii in Damaſo, electus die 29. Nouembris anni 1523. ſedit annis 10. & diebus 7. vſque ad diem 26. Septembris anni 1534. quo obiit, ſub iiſdem principibus.

1524. Conſtitutio Ratiſbonæ nonis Iulii edita, ad remouendos abuſus: ſiue ordinationes 35. ad cleri vitam reformandam, per Laurentium tituli S. Anaſtaſiæ preſbyterum cardinalem Campegium ad Germaniam, &c. de latere legatum.

* 1524. Statuta ſynodalia Stephani Poncherii archiepiſcopi *Senonenſis*, die Martis ante feſtum pentecoſtes.

* 1525. Conſtitutiones ſynodales Ioannis d'Orleans cardinalis de Longauilla, epiſcopi *Aurelianenſis*.

* 1526. Conſtitutiones ſynodales Ludouici Guillarti epiſcopi *Carnotenſis*, feria 4. poſt feſtum S. Lucæ, & aliis etiam annis.

* 1527. *Lancicienſe* concilium contra Lutheranam ſectam, præſide Ioanne Laſcio archiepiſcopo Gneznenſi.

1528. *Pariſienſe*, quod paſſim apud Binium alioſque *Senonenſe* dicitur, inchoatum Lutetiæ, vt habent acta, a die 3. Februarii anni 1527. more Gallico, ad diem 9. Octobris anni 1528. præſide Antonio a Prato, titulo S. Anaſtaſiæ preſbytero cardinale, Senonenſi archiepiſcopo & epiſcopo Albienſi, Franciæ cancellario, aduerſum Lutheri ſimiliumque hæreticorum impia dogmata, ac pro reformatione eccleſiæ. Poſt præfationem curioſis lectoribus ſæpius legendam, in qua nouatorum, ſchiſmaticorum atque hæreticorum mores graphice depinguntur, ſequitur I. generale decretum, continens hæreſeon tum pullulantium ſpecies, & deteſtationem; modum iudicandi, ac diſcernendi hæreticos ac relapſos, formam & ordinem procedendi contra eoſdem; eorumdem etiam acerbas pœnas, ac demum exhortationem ad principes poteſtateſque ſæculares de illis profligandis & exterminandis. II. decreta fidei numero 16. cum annotationibus aliquot errorum iam olim damnatorum, & tunc repullulantium. III. confutationes ſeu decreta morum numero 40. cum poſtrema concluſione.

* 1529. ſeu potius 1530. Statuta ſynodalia ciuitatis & diœceſis Trecenſis, impreſſa ex ordinatione Odoardi Hennequin epiſcopi *Trecenſis*, cum commentariis Ioannis Coleti officialis, e ſiluis Romiliacis oriundi.

* 1530. *Petricouienſe* concilium præſide Ioanne Laſcio, vel, vt alii, minus recte, Petro Gamrato archiepiſcopo Gneznenſi.

* 1530. Statuta ſynodalia Guillelmi de Prato epiſcopi *Claromontani*.

* 1531. Statuta ſynodalia Ioannis le Veneur cardinalis & epiſcopi *Lexouienſis*.

* 1531. Conſtitutiones Symphoriani de Boulioulo ſiue Bullione, epiſcopi *Sueſſionenſis*.

* 1531 Synodus diœceſana *Pampilonenſis* Alexandri cardinalis de Cæſarinis, in qua conſtitutiones Arnaldi de Puysna & Beſſarionis comprobatæ.

* 1532. aut, vt alii, præcedenti, *Petricouienſe* concilium præſide Matthia Drzeuicio archiepiſcopo Gneznenſi. Addit & alia Starouolſcius, ſed hoc præſertim loco perturbatiſſimæ ſunt eius chronologicæ rationes.

* 1533. *Viennenſe* concilium, præſide Petro Palmerio metropolitano, pro diſciplina eccleſiaſtica.

* Breue Clementis VII. papæ ad Franciſcum I. Francorum regem Chriſtianiſſimum, datum 2. Ianuarii anni 1533. pro indictione concilii generalis in Italia, cum reſponſo eiuſdem regis dato 17. Febr. eiuſdem anni.

CCXX.

Digitized by Google

CCXX.

PAVLVS III. Romanus, antea dictus Alexander Farneſius, cardinalis Oſtienſis, electus die 13. Octobris, & 3. Nouembris anni 1534. coronatus, ſedit an. 15. & diebus 28. vſque ad diem 10. Nou. anni 1549. quo obiit, ſub Carolo V. & Henrico II.

* 1535. Statuta ſynodalia Claudii de Longouico cardinalis titulo ſanctæ Agnetis in agone, vulgo de Giury nuncupati, epiſcopi & ducis *Lingonenſis*, patis Franciæ.

* 1535. Conſtitutiones ſynodales Auguſtini Zaneti, epiſcopi Sebaſtenſis, vicarii & ſuffraganei generalis Laurentii cardinalis Campegii, epiſcopi Præneſtini, eccleſiæ *Bononienſis* perpetui adminiſtratoris & principis.

1536. *Colonienſe* I. concilium prouinciale celebratum, præſide Hermanno archiepiſcopo, qui poſtea lapſus eſt in hæreſim. Extat diuiſum in partes duodecim, quarum ſingulæ plures titulos continent pro reformatione clericorum & ceremoniarum eccleſiæ.

* 1537. Statuta ſynodalia Guillelmi de Prato epiſcopi *Claromontani*.

* 1537. Statuta ſynodalia Antonii de la Barre archiepiſcopi *Turonenſis*.

* 1539. Statuta ſynodalia Valentini epiſcopi *Hildeſeimenſis*, die Lunæ poſt dominicam Lætare, quæ fuit 17. menſis Martii.

1539. *Petricouienſe* concilium Ioanne Latalſcio archiepiſcopo Gneznenſi præſide, pro reformatione morum & diſciplina cleri.

1540. *Petricouienſe* concilium, Petro Gamrato archiepiſc. Gneznenſi præſide, pro cleri reformatione, & libertate eccleſiaſtica conſeruanda.

* 1540. Conſtitutiones ſynodales Ioannis le Veneur epiſcopi *Lexouienſis*, S. R. E. cardinalis, & magni Franciæ eleemoſynarii.

* 1541. Statuta ſynodalia Iuliani de Soderinis epiſcopi *Santonenſis*.

* 1542. Conſtitutiones ſynodales Ioannis Matthæi Giberti epiſcopi *Veronenſis*, legati apoſtolici, ab Auguſtino Valerio cardinale epiſcopo Veronenſi recognitæ, notationibus illuſtratæ, atque ad concilii Tridentini decreta reuocatæ anno 1589.

* 1542. vel, quemadmodum in epitome Starouolſcii leges, 1544. *Petricouienſe* concilium, præſide Petro Gamrato archiepiſcopo Gneznenſi, pro defenſione iurium eccleſiaſticorum hæreſi Lutherana inſurgente celebratum.

1545. & ſequentibus annis aliquot, vſque ad annum 1563. TRIDENTINVM concilium œcumenicum & vniuerſale ſub tribus pontificibus maximis Paulo III. Iulio III. & Pio IV. celebratum, aduerſus Martini Lutheri, eiuſque ſequacium a catholica maiorum ſuorum fide apoſtatarum deteſtandas hæ-

Digitized by Google

reſes toto fere ſeptentrione ebullientes, & pro reformatione morum cleri ac populi chriſtiani eccleſiæ catholicæ imperio obtemperantis. Hoc vero a principio ad finem vſque vno tenore decurremus ab anno 1545. ad 1563.

Bulla indictionis data Romæ anno 1542. die 11. kal. Iunii, anno pontificatus Pauli III. octauo.

I. ſeſſio celebrata die 13. Decembris anni 1545. indictione 3. dominica tertia aduentus, præſidentibus Ioanne Maria de Monte, Marcello Ceruino, & Reginaldo Polo cardinalibus. Nomina prælatorum qui adfuerunt, & ad eos admonitio atque hortatio legatorum ſedis apoſtolicæ, lecta in I. ſeſſione.

II. ſeſsio celebrata die Iouis 7. Ianuarii, indictione 4. anno 1546. III. ſeſsio die 4. Febr. IV. die 8. Aprilis, qua decretum de canonicis ſcripturis promulgatum. V. die 17. Iunii, in qua decretum de peccato originali, cum capitibus duobus de reformatione. VI. die 13. Ianuarii anni 1547. Decreti de iuſtificatione capita ſexdecim cum canonibus triginta tribus. Decreti de reformatione capita quinque. VII. die 3. Martii. Decreti de ſacramentis eccleſiæ canones tredecim, de baptiſmo quatuordecim, & de confirmatione tres. Decreti de reformatione capita quindecim, cum bulla facultatis transferendi concilii. VIII. die 11. Martii, in qua decreta eſt tranſlatio.

IX. ſeſsio celebrata Bononiæ die 21. Aprilis, in qua decreta prorogatio. X. in eadem vrbe die 2. Iunii, decreta iterum prorogatio. XI. in eadem vrbe die 14. Septembris, in qua decreta etiam prorogatio.

Bulla reſumptionis concilii Tridentini ſub Iulio III. data 18. kal. Decembris anno 1550. pontificatus anno primo.

Eiuſdem mandatum in reductione concilii ad vrbem Tridentinam ad legatos Marcellum cardinalem, Sebaſtianum Pighium archiepiſcopum Sipontinum, & Aloyſium Lipomanum epiſcopum Veronenſem.

Mandatum Caroli V. imperatoris, cum oratione oratoris imperatoris poſt præſentationem ſui mandati.

XII. ſeſsio die 1. Septembris 1551. in qua decreta proro-

Digitized by Google

gatio XIII. die 11. Octobris. Decreti de ſanctiſsimo eúchariſtiæ ſacramento capita octo, cum canonibus vndecim: & decreti de reformatione capita octo, cum decreto prorogationis definitionis quatuor articulorum de ſacramento euchariſtiæ, & ſalui conductus proteſtantibus dandi, cuius ſequitur forma. XIV. ſeſsio die 25. Nouembris 1551. doctrinæ de pœnitentiæ ſacramento capita nouem, & de ſacramento extremæ vnctionis capita tria, cum canonibus quindecim de pœnitentia, & quatuor de extrema vnctione. Decreti de reformatione capita quatuordecim. In XV. ſeſsione die 25. Ianuarii anni 1552. decreta prorogatio, cum proteſtatione ſynodi, anteaquam proteſtantes audirentur, acta, & ſaluo conductu. In XVI. die 28. Aprilis decreta fuit ſuſpenſio concilii ob tumultus & bella.

Bulla celebrationis concilii Tridentini ſub Pio IV. pontifice maximo, data Romæ 3. kal. Decembris anno 1560.

Breue Pii IV. ſuper ordine ſedendi in concilio, non habita ratione dignitatis primatialis: cum declaratione legatorum ſuper illo decreto.

XVII. ſeſſio die 18. Ianuarii anno 1562. in qua emanauit decretum de celebrando concilio, & indictio futuræ ſeſſionis. XVIII. die 26. Februarii, in qua decretum de librorum delectu, & omnibus ad concilium fide publica inuitandis, cum ſaluo conductu conceſſo Germanicæ nationi in congregatione generali die 4. Martii 1562. & extenſione ad alias nationes. XIX. die 14. Maii, in qua decreta prorogatio. XX. in qua iterum decreta prorogatio. XXI. die 16. Iulii celebrata: doctrinæ de communione ſub vtraque ſpecie & paruulorum capita quatuor cum totidem canonibus: decreti vero de reformatione capita nouem. XXII. die 17. Septembris: doctrinæ de ſacrificio miſſæ capita nouem cum canonibus totidem: & decreta de obſeruandis & euitandis in celebratione miſſæ: decreti autem de reformatione capita vndecim, cum decreto ſuper petitione conceſſionis calicis.

XXIII. die 15. Ianuarii anni 1563. doctrinæ de ſacramento ordinis capita quatuor, cum canonibus octo: decreti vero

Digitized by Google

de reformatione capita octodecim. XXIV. die 11. Nouembris eiuſdem anni 1563. doctrina de ſacramento matrimonii cum canonibus duodecim, & decreti de matrimonio capitibus decem: decreti vero de reformatione capita ſunt 21. XXV. ſeſſio & vltima die 4. Decembris eiuſdem anni, in qua decretum de purgatorio, de inuocatione, veneratione, reliquiis ſanctorum, & ſacris imaginibus, cum reformationis de regularibus & monialibus capitibus viginti duobus, & decreti de reformatione capitibus vno & viginti. In continuatione ſeſſionis die ſequenti 5. Decembris habita decretum de indulgentiis, de delectu ciborum, ieiuniis & diebus feſtis, de indice librorum, catechiſmo, breuiario & miſſali, de loco oratorum, de recipiendis & obſeruandis decretis concilii, iiſque recitandis, quæ ſub Paulo III. & Iulio III. ſtatuta & definita ſunt, de fine concilii, & confirmatione petenda a ſummo pontifice, cum acclamationibus patrum in fine concilii, quibus præiuit illuſtriſſimus cardinalis a Lotharingia.

Sequuntur I. nomina, cognomina, patriæ, & dignitates legatorum & aliorum patrum; item oratorum & theologorum, qui ad Tridentinam ſynodum conuenerunt ſub Pio IV. II. confirmatio concilii, cum bulla Pii IV. papæ ſuper eadem confirmatione, data 7. kalendas Februarii anni 1564. III. bulla eiuſdem Pii IV. ſuper declaratione temporis ad obſeruanda decreta ſacri œcumenici & generalis concilii Tridentini, data Romæ 15. kal. Auguſti anni 1564. pontificatus anno quinto.

* Hic vero mirari ſatis nequeo cur Surius, Binius, aliique, qui tanto labore tantaque diligentia conquiſierunt ac ſcrutati ſunt omnia, quæ ad hiſtoriam aliorum conciliorum, præcipue generalium, pertinent; vt ex orationibus quatuor in vno concilio Baſileenſi recitatis integrum volumen obtulerint lectoribus, cum appendice innumerabilium epiſtolarum, literarum, tractatuum, apologiarum, reſponſionum, confirmationum, orationum, ſermonum, &c. in vnico, eoque poſtremo, concilio Tridentino exornando, tanquam inertes poëtæ in extremo actu, defecerint, lectoreſque ieiunos hianteſ-

que dimiſerint. Ego ſane, ne quid mihi merito obiici poſſit, conabor in hoc ſaltem ſpecimine promptuarij noſtri ſynodici corollarium attexere. In tres illud quatuorve partes diſtribuere potuiſſem, niſi ſatius viſum fuiſſet editionem Louanienſem anno 1567. in folio apud Petrum Zangrium Tiletanum, cum priuilegio regio & approbatione Cornelii Ianſenii tunc ſacræ theologiæ doctoris, poſtea Gandauenſis epiſcopi excuſam, κατὰ πόδας ſequi, ſeruato fere ſemper vbique temporum ordine, atque orationes, epiſtolas, acta, apologias, ſimiliaque, quæ deſunt, & a nobis hinc inde varia bibliothecarum noſtratium loculamenta rimantibus detecta ſunt hactenus ac deprehenſa, aſteriſcis atque Italico charactere ab aliis ſeiuncta deſignare, vt ii qui illa aliave nobis indicta ignotaque poſſident, vel verbulo ſaltem commonefaciant, ne, quantum fieri poterit, in ampliſſima noſtra collectione quippiam alicuius ſaltem momenti deſiderari poſſit.

Index eorum, quæ continet editio Louanienſis: deſunt vero in Suriana, Biniana, Regia.

* Poſt indicem alphabeticum, quem ſolum iſte liber exhibet, omiſſo chronologico, qui a nobis modo repræſentabitur in gratiam lectorum veritatis hiſtoricæ amantium, occurrit primo loco:

Admonitio atque hortatio legatorum ſedis apoſtolicæ ad patres in concilio Tridentino, lecta in prima ſeſſione, D. Paulo III. pontifice maximo, anno MDXLV. pag. 1. tum deinde:

Concio fratris *Dominici Soto*, Segobienſis, theologi, ordinis Prædicatorum, de extremo iudicio, quod euangelium prima dominica aduentus miſſali Romano legitur, ad legatos & ſynodum, eadem die Tridenti habita. pag. 6.

Oratio R. P. D. *Cornelii Muſſi*, epiſcopi Bitontini, ordinis Minorum, tertia dominica aduentus in concilio Tridentino habita. pag. 12.

Oratio ad patres in concilio Tridentino habita a reuerendo patre fratre *Antonio Marinario*, Carmelitano, quarta dominica aduentus. pag. 18.

Digitized by Google

Oratio habita a R. P. fratre *Ambroſio Catharino Polito*, Senenſi, ordinis Prædicatorum, in ſeſſione ſynodi Tridentinæ, die 4. Februarii MDXLVI. pag. 24.

Oratio inſignis ac clariſſimi D. *Didaci a Mendocia*, oratoris Cæſareæ maieſtatis, coram legatis ſedis apoſtolicæ habita Tridenti, 3. Maii anno MDXLVI. pag. 27.

Oratio illuſtriſſimi D. D. *Franciſci a Toleto*, oratoris cæſarei, ad ſynodum habita die 8. Aprilis MDXLVI. vna cum reſponſione eiuſdem ſynodi. pag. 28.

Inuictiſſimi ac Chriſtianiſſimi *Ioannis*, huius nominis tertii Luſitaniæ regis & Algarbiorum, &c. literæ ad ſummum pontificem Paulum III. miſſæ, & in concilio Tridentino recitatæ. pag. 30.

Oratio clariſſimi atque facundiſſimi viri D. *Petri Daneſii*, Chriſtianiſſimi Francorum regis oratoris, ac poſtea epiſcopi Vaurenſis, ad ſynodum. pag. 31.

Oratio habita ad patres concilii Tridentini dominica prima quadrageſimæ, anno MDXLVII. per fratrem *Georgium de ſancto Iacobo*, ordinis Prædicatorum, conuentus S. Dominici Olyſſiponenſis. pag. 36.

Oratio ad patres in Tridentino concilio habita a fratre *Antonio Marinario*, Carmelita, dominica quarta in quadrageſima, anno MDXLVII. pag. 43.

Orationes & conciones habitæ in concilio Tridentino ſub *Iulio* III. pontifice maximo, cuius præmittitur vita: ex appendice ad Platinam de vitis pontificum, pag. 49.

Bulla apoſtolica continuandum concilium Tridentinum indicens. pag. 50.

Oratio *Petri Fragi*, doctoris theologi, ad patres in concilio Tridentino habita anno MDLI. ſacris dominicæ aſcenſionis ſolennibus, vbi illud canitur euangelium, Recumbentibus vndecim diſcipulis apparuit illis Ieſus. pag. 51.

Saluatoris Salapuſii, archiepiſcopi Turritani & Saſſarenſis, oratio in publica ſolenni ſeſſione a reſumpto concilio tertia, ad patres habita Tridenti 11. menſis Octobris, quæ fuit dominiea cœnæ nuptiarum, anno Domini MDLI. pag. 60.

Digitized by Google

De Chriſtiana profeſſione oratio, & ad ſanctiſſimum magni illius præcurſoris ſeruatoris noſtri IESV CHRISTI imitandum exemplar, in tertia aduentus dominica MDLI. vero Chriſtiano a ſancta eccleſia propoſitum & recitatum, humilis & pia hortatio ab Auguſtinenſis familiæ ordinis eremitarum religioſo habita, fratre *Leonardo Aretino*. pag. 71.

Fratris *Mariani Rocha*, Feltrenſis, ordinis eremitarum ſancti Auguſtini, prioris monaſterii diui Marci de Tridento, ac theologorum minimi, oratio ad patres habita in concilio Tridentino, dominica tertia quadrageſimæ MDLII. pag. 75.

Oratio apud illuſtriſſimum cardinalem Creſcentium in concilio Tridentino legatum, plena epiſcoporum concione habita per reuerendum dominum *Paulum Paſſotam*, ſacræ theologiæ profeſſorem. pag. 80.

Oratio de circumciſione Domini habita in concilio œcumenico Tridentino, anno Domini MDLII. per fratrem *Euerhardum Billicum*, Colonienſem, theologum, fratrum Carmelitarum inferioris Germaniæ prouincialem. pag. 82.

Oratio *Franciſci Herediæ*, doctoris theologi, eleemoſynarii & concionatoris cathedralis eccleſiæ Tiraſonenſis, in ſolenni die omnium ſanctorum ad patres habita in concilio Tridentino, anno MDLII. pag. 95.

Sententia venerabilis domini *Ioannis Haſſelani*, ſacræ theologiæ in academia Louanienſi quondam profeſſoris, ſuper facto Nectarii epiſcopi Conſtantinopolitani circa ſublationem confeſſionis, præſidentibus concilii Tridentini exhibita, ac nunquam antehac edita. pag. 105.

Ex actis concilii Tridentini Chriſtianorum principum ad ſacrum concilium literæ & mandata, legatorumque ab iiſdem miſſorum habitæ orationes, vna cum ſanctæ ipſius ſynodi reſponſionibus, *Pio* IV. pontifice maximo, & Ferdinando I. Cæſare auguſto. pag. 113.

Mandatum *Ferdinandi* imperatoris electi, in perſonam ſui oratoris pro regno Hungariæ exhibitum die 24. Februarii anni MDLXII. in congregatione generali, & in ſeſſione ſecunda, die 26. dicti menſis, pag. 114.

Mandatum inuictiſſimi *Ferdinandi*, tanquam imperatoris electi, & regis Bohemiæ, & archiducis Auſtriæ, in perſonam ſuorum oratorum exhibitum in ſeſſione ſecunda Tridentina ſub Pio IV. pag. 115.

Literæ *Ferdinandi* imperatoris electi, quibus conſtituit oratorem in concilio vti rex Hungariæ, exhibitæ in generali congregatione, die 6. Februarii MDLXII. pag. 116.

Oratio habita a reuerendiſſimo D. *Georgio Draſcouitio*, epiſcopo Quinqueccleſienſi, auguſtiſſimi D. Ferdinandi Romanorum imperatoris electi, &c. conſiliario, & pro regno Hungariæ oratore, Tridenti in generali congregatione, die 24. Februarii MDLXII. pag 117. cum reſponſis ſynodi. pag. 119.

Comparitio oratoris *Sebaſtiani* Portugalliæ regis. Literæ Sebaſtiani regis Portugalliæ ad concilium Tridentinum exhibitæ per eius oratorem, die 9. Februarii MDLXII. in congregatione generali, & poſtea in ſeſſione ſecunda, die 26. dicti menſis. Mandatum Sebaſtiani regis Portugalliæ in perſonam ſui oratoris in concilio Tridentino, in eius comparitione in generali congregatione, 9. Februarii, & in ſeſſione ſecunda die 26. dicti menſis MDLXII. Oratio habita sereniſſimi Portugalliæ Algarbiorumque regis Sebaſtiani nomine, in concilio Tridentino, die 9. Februarii MDLXII. Reſponſum ſanctæ ſynodi datum illuſtriſſimo oratori ſereniſſimi regis Portugalliæ in eius comparitione, die 9. Februarii MDLXII. & in ſecunda ſeſſione, 26. eiuſdem menſis. a pag. 120.

Comparitio oratoris *Philippi* Hiſpaniarum, &c. regis catholici. Mandatum in perſonam ſui oratoris in concilio Tridentino exhibitum die 16. Martii MDLXII. & in ſeſſione tertia die 14. Maii. *Galeatii Brugoræ*, patricii Mediolanenſis, & regii fiſci patroni, oratio habita Tridenti in concilio patrum, nomine illuſtriſſimi & excellentiſſimi *Dauali*, marchionis Piſcariæ, regis catholici oratoris, die 16. Martii MDLXII. Reſponſum ſanctæ ſynodi in admiſſione oratoris Philippi Hiſpaniarum regis catholici. a pag. 124.

Comparitio oratoris *Coſmi* ducis Florentiæ & Senarum. Literæ ducis Florentiæ ad generoſiſſimos legatos exhibitæ per eius

eius oratorem die 16. Martii MDLXII. Mandatum illuſtriſſimi D. Coſmi Medices, Florentiæ & Senarum ducis, in perſonam ſui oratoris, in ſeſſione tertia itidem, 14. Maii MDLXII. Oratio habita a magnifico D. *Ioanne Strozzio*, oratore illuſtriſſimi Coſmi Medicis, ducis Florentiæ & Senarum, in eius comparitione die 16. Martii MDLXII. cum reſponſo ſynodi. a pag. 128.

Comparitio oratorum reipublicæ *Venetorum*. Literæ reipublicæ Venetórum ad ſacrum concilium exhibitæ ab eius oratoribus die 25. Aprilis MDLXII. in congregatione generali, & in ſeſſione tertia die 14. Maii. Mandatum & reſponſum. a pag. 132.

Proteſtatio facta ab illuſtriſſimo D. comite *de Luna*, oratore *Philippi* regis catholici, in eius prima comparitione in generali congregatione die 21. Maii MDLXIII. ſuper præcedentia, quam ſibi deberi proximam oratoribus regis Romanorum adſerit. pag. 134.

Reſponſum oratorum chriſtianiſsimi regis ad proteſtationem oratorum regis catholici ſuper præcedentia in generali congregatione, die 21. Maii MDLXIII. pag. 135.

Mandatum *Philippi* regis catholici exhibitum ab illuſtriſſimo D. comite *a Luna* eius oratore in generali congregatione, die 21. Maii MDLXIII. pag. 136.

Petri Fontidonii Segouienſis, doctoris theologi, oratio habita ad patres in ſacro concilio Tridentino, nomine illuſtriſſimi viri D. *Claudii Fernandes Quignonii*, melius forte Hernandes Vegil de Quignones, comitis Lunenſis, regis catholici oratoris, die 21. Maii MDLXIII. pag. 137. cum reſponſo ſynodi. pag. 143.

Comparitio oratorum *Caroli* IX. regis chriſtianiſſimi die 26. Maii anni MDLXII. quæ præcedere debuerat comparitionem oratoris regis catholici, ſi Louanienſes rectam temporum rationem, vt exigebat hiſtoricæ narrationis non fucata veritas, ſeruare voluiſſent.

Literæ *Caroli* chriſtianiſſimi Gallorum regis exhibitæ ab eius oratoribus die 26. Maii in generali congregatione, &

Digitized by Google

poſtea in ſeſſione quarta die 4. Iunii anni MDLXII. pag. 144.

Oratio habita a *Guidone Fabro* oratore Caroli Gallorum regis chriſtianiſſimi, in generali congregatione, die 26. Maii MDLXII. pag. 145.

Reſponſum ſanctæ ſynodi in admiſſione oratorum regis chriſtianiſſimi, datum in ſeſſione quarta ſacri concilii Tridentini, ſub S. D. N. Pio papa IV. die 4. Iunii MDLXII. pag. 147.

Literæ Caroli chriſtianiſſimi regis Francorum exhibitæ patribus ab illuſtriſſimo & reuerendiſſimo principe V. D. *Carolo cardinale a Lotharingia* in generali congregatione œcumenici Tridentini concilii, die 23. Nouembris MDLXII. pag. 148.

Oratio illuſtriſſimi & reuerendiſſimi domini *Caroli cardinalis a Lotharingia*, habita in ſacroſancto œcumenico concilio Tridentino die 23. Nouembris MDLXII. In fine additur eum Tridentum appuliſſe cum nouem epiſcopis & quatuor abbatibus menſe Nouembri anno MDLXII. nomine eccleſiarum Galliæ. a pag. 149.

Secunda pars actorum eiuſdem concilii, quando idem Robertus abbas *ſe & ſuos culpabiles & merito dignos humili ſatisfactione recognouit. Interdictum quippe Narbonenſis archiepiſcopi, diuinum celebrando officium, tranſgreſſus fuerat; & de quadam abbatia ſancti Laurentii, quam ſine ſui plenaria conceſſione ſuſceperat, &c.* Rediit illic archiepiſcopo & abbati concordia. *Ex chartulario archiepiſcopi Narbonenſis.*

Concilii Beneuentani anno 1091. habiti, cui præfuit Vrbanus II. canones quatuor. *Ex codice mſ. monaſterii Anianenſis in diœceſi Monſpelienſi.*

Concilium Troianum in Apulia ſub Vrbano II. anno 1093. cui interfuerunt epiſcopi fere 75. abbates 12. *Ex codice mſ. monaſterii Anianenſis. Item ex peruetuſto codice mſ. eiuſdem archiepiſcopi Toloſani.* Fruſtra ſunt enim qui duo concilia Troiana ſub Vrbano II. habita volunt. Codex enim Anianenſis ſimul exhibet duos canones Troianos, quos Baronio, qui Bertholdum tantum viderat, viſum eſt ſeparare.

Concilium Plancentinum, præſidente Vrbano II. an. 1093. 3. kal. Martii. *Ex codice mſ. monaſterii Anianenſis.*

Concilii Claromontani canones quamplures, diuerſi ab editis. *Ex codice mſ. Monaſterii Anianenſis.*

Eiuſdem concilii canones aduerſus ſimoniacos, & beneficia eccleſiaſtica de manu laicorum accipientes. Et vt pro chriſmate, baptiſmo, & ſepultura nihil vnquam exigatur. *Ex cod. mſ. eiuſdem archiepiſc. Toloſani.*

Narratio monachorum maioris monaſterii Turonenſis, de his quæ pro libertate illius monaſterii acta ſunt in concilio Briuatenſi, & Auguſtodunenſi, dein in colloquio Dolenſi, ac demum in concilio Claromontano. Eius narrationis fragmenta quædam edidit Iuretus in notis ad epiſtolas Iuonis Carnotenſis, ſed prodibit integra ex codice. mſ. bibliothecæ Seguerianæ.

Bullæ tres Eugenii III. quibus obſeruari iubet canonem illum ineditum concilii Claromontani, *Sane quia monachorum quidam epiſcopis ius ſuum auferre contendunt, &c.* Deſcriptæ habentur ex chartulario archiepiſcopi Narbonenſis.

Bulla Vrbani II. qua confirmantur priuilegia monaſterii Trenorchienſis, data Turonis XIII. kal. April. an. 1095. Meminit autem illic priuilegii a Ioanne VIII. conceſſi an. 878. in concilio Tricaſſino. Bullæ huius authenticum extat penes cl. v. Antonium Vionem dominum Herouallii, qui pro ſua humanitate eam communicauit cum illuſtriſſimo archiepiſcopo Toloſano.

Concilii

Concilii Nemauſenſis ab Vrbano II. habiti an. 1096. canones. *Ex codice mſ. ſancti Albini Andegauenſis.*

Expoſtulatio abbatis Riuipullenſis, in concilio Nemauſenſi, aduerſus archiepiſcopum Tarraconenſem, quod ſpretis Romanorum pontificum priuilegiis eccleſias monaſterii Riuipullenſis interdixiſſet ab officio diuino. In eo concilio Berengarius Tarraconenſis archiepiſcopus confirmauit & approbauit priuilegia monaſterii Riuipullenſis. *Ex archiuo illius monaſterii.*

Bulla Vrbani II. ad canonicos eccleſiæ ſancti Saturnini Toloſanenſis; in qua docet, controuerſiam quæ erat inter Iſarnum epiſcopum Toloſanum & eoſdem canonicos, præſente ſe ſynodali fuiſſe iudicio terminatam. Nimirum in concilio Nemauſenſi, vt patet ex actis a Catello editis in pag. 878. memoriarum hiſt. Occitaniæ. *Ex chartulario S. Saturnini.*

Duo diplomata Bertrandi comitis Toloſani, quibus confirmat donationem eccleſiæ S. Saturnini Toloſ. factam a patre ſuo in concilio Nemauſenſi. Prodierunt quidem opera v. cl. Catelli, ſed mendoſe. *Ex chartulario eodem.*

Fragmentum bullæ Innocentii III. qua confirmat donationem monaſterio S. Ægidii in valle Flauiana factam a Raymundo comite Toloſano in concilio Nemauſenſi. *Ex codice mſ. illuſtriſſimi viri Franciſci Boſqueti epiſcopi Monſpelienſis.*

Concilium Gerundenſe an. 1097. idibus Decembris, ſub Bernardo archiepiſcopo Toletano apoſtolicæ ſedis legato, celebratum *ad corroborandam eccleſiaſticæ libertatis dignitatem.* Ei interfuerunt archiepiſcopus Tarraconenſis, epiſcopus Rotenſis, epiſcopus Barcinonenſis, & epiſcopus Gerundenſis. *Ex archiuo eccleſiæ Barcinonenſis.*

Conuentus epiſcoporum in eccleſia S. Mariæ Villæ-Bertrandi in diœceſi Gerundenſi, ad cuius dedicationem conuenerant, anno 1100. Huic autem conuentui, præter epiſcopos, interfuerunt etiam Radulfus & Boſo Romanæ eccleſiæ legati, & Richardus archiepiſcopus Narbonenſis. *Ex archiuo eccleſiæ Villæ-Bertrandi.*

Epiſtolæ duæ Richardi epiſcopi Albanenſis, apoſtolicæ ſedis legati, in quibus docet quid a ſe geſtum ſit in concilio Toloſano. *Ex chartulario S. Saturnini Toloſ.*

Literæ Boſonis tituli ſanctæ Anaſtaſiæ presbyteri cardinalis, & apoſtolicæ ſedis legati, ad Amelium epiſcopum Toloſanum, quibus eum obiurgat, quod ea in epiſcopio ſuo obſeruari non faceret, quæ a Richardo epiſcopo Albanenſi ſtatuta fuerant in concilio Toloſano. *Ex eodem chartulario*

Epiſtola Calixti II. ad vniuerſos Chriſti fideles, qua pugnantibus aduerſum Sarracenos eandem peccatorum remiſſionem concedit, quæ

Digitized by Google

orientalis eccleſiæ defenſoribus concedi ſolet. *Ex arch. eccl. Barcinonenſis.*

Concilii Toloſani an. 1119. ſub Calixto II. habiti canones 10. *Ex codice mſ. monaſterii Anianenſis.*

Heic quoque edenda ſunt acta, quæ habet Catellus in memoriis hiſtoriæ Occitanicæ pag. 878.

Concilium Rhemenſe, cui præſedit Calixtus II. anno 1119. Editum quidem ex annalibus Rogerii Houcdeni, ſed collatum cum peruetuſto codice mſ. bibliothecæ Seguerianæ, in quo præter varias lectiones in ipſis canonibus, poſitum eſt etiam in fronte breuiarium canonum.

Concilii Lateranenſis ſub Calixto II. habiti anno 1122. canones a vulgatis aliquantum diuerſos, & ampliores, exhibebit codex monaſterii Anianenſis.

Canones concilii Claromontani anno 1130. præſide Innocentio II. celebrati. *Ex archiuo eccleſiæ Barcinonenſis.*

Priuilegium monaſterio Cuxanenſi conceſſum ab Innocentio II. apud Clarummontem anno 1130. *Ex chartulario monaſterii Cuxanenſis.*

Epiſtola decretalis Ollegarii archiepiſcopi Tarraconenſis, qua reſpondet inquiſitioni Raymundi epiſcopi Auſonenſis; vtrum puer, qui ludens puerum ludentem impediuit ad caſum quod caput frangeretur, poſſit promoueri ad ordines eccleſiaſticos? *Ex veteri codice mſ. illuſtriſſimi viri Petri de Marca archiepiſcopi Toloſani.*

Concilium Narbonenſe anno 1134. ſub Arnaldo archiepiſcopo Narbonenſi, apoſtolicæ ſedis ligato; in quo actum eſt de calamitate diœceſeos Helenenſis, cui incubabant piratæ Sarraceni. *Ex chartulario eccleſiæ Helenenſis.*

Concilium Tarraconenſe habitum anno 1146. in quo ſedes Tarraconenſis dicta eſt caput totius Hiſpaniæ citerioris. *Ex archiuo eccleſiæ Tarraconenſis.*

Epiſtola Adriani IV. ad Tarraconenſem & Narbonenſem archiepiſcopos, data Sutrii IX. kal. Iulii; qua ad illos ſcribit, ſe Raymundum comitem Barcinonenſem totamque terram eius ſub B. Petri ac ſua protectione ſuſcipere, quandiu pugnauerit contra Sarracenos. *Ex archiuo regio Barcinonenſi.*

Eiuſdem Adriani epiſtola ad B. electum Narbonenſem, qua eius electionem confirmat. Data Beneuenti kal. Iunii. *Ex chartulario archiepiſcopi Narbonenſis.*

Alia ad B. archiepiſcopum Narbonenſem, qua confirmat renuntiationem ab Ermengarde vicecomitiſſa Narbonenſi factam prauæ illi conſuetudini, quæ contra Deum & eccleſiam Narbonenſem inoleuerat, vt bona eccleſiæ morientibus archiepiſcopis diriperentur. Statuit ergo Ermengardis, *ne quis epiſcopalia bona inuadere, diminuere, aut perturbare præſumat; ſed omnia futuro antiſtiti inconcuſſa & integra conſeruentur.*

Digitized by Google

Id ergo confirmat Adrianus, ſub pœna excommunicationis; a qua præſumptores abſolui non poſſint, ſine licentia Romani pontificis, aut legati ex eius latere deſtinati. Data Laterani V. idus Decembris. *Ex chartulario archiepiſcopi Narbonenſis.*

Alia ad B. archiepiſcopum Narbonenſem apoſtolicæ ſedis legatum, & A. Helenenſem epiſcopum aduerſus Gaufredum comitem Ruſcinonenſem; qui legitima vxore dimiſſa, aliam ſuperinduxerat. Eum ob hoc Eugenius III. excommunicauerat. Addit Adrianus: *Statuentes vt eidem comiti nunquam ſit liberum, legitima etiam vxore defuncta, eam ſibi matrimonio copulare, quam non eſt dubium manifeſte adulterio polluiſſe. Filios autem, quos ex adultera in adulterio procreauit, qui ſpurii a iure cenſentur, decernimus perpetuo paterna hereditate carere*, &c. abſque die & anno. *Ex archiuo regio Barcinonenſi.*

Conuentus epiſcoporum in diœceſi Helenenſi, ad dedicandam eccleſiam monaſterii Arulenſis, anno 1157. Interfuerunt Berengarius archiepiſcopus Narbonenſis & apoſtolicæ ſedis legatus, Artallus Helenenſis epiſcopus, Berengarius Gerundenſis, Petrus Auſonenſis, & Gulielmus Barcinonenſis; abbates nouem. *Ex archiuo monaſterii Arulenſis.*

Conuentus epiſcoporum apud Aragonem anno 1157, in quorum præſentia Raymundus Berengarii comes Barcinonenſis, & Aragonenſium princeps & marchio, confirmauit donationes factas monaſterio ſancti Ruffi Valentinenſis in prouincia Viennenſi; nimirum eccleſias, quæ ſubiectæ erant monaſterio ſancti Ruffi, in tota terra eiuſdem Raymundi. In hoc conuentu præſentes fuere Bernardus archiepiſcopus Tarraconenſis, Gulielmus epiſcopus Ilerdenſis, Rodericus Calagurritanus, Berengarius Gerundenſis, Petrus Cæſarauguſtanus, Bernardus Vrgellenſis, Martinus Turiaſonenſis, & Gulielmus Barcinonenſis. *Ex archiuo prioratus ſanctæ Mariæ de Terracia in diœceſi Barcinonenſi.*

Concilium Monſpelienſe ſub Alexandro III. ſub initia pontificatus ipſius. Citatur bis in concilio Monſpelienſi anno 1195. celebrato.

Epiſtolæ duæ Alexandri III. aduerſus Gaufredum comitem Ruſcinonenſem, qui adulteram pertinaciter retinebat, contemptis Eugenii III. & Adriani IV. monitionibus, & ſententiis. Datæ apud Montempeſſulanum XIV. kal. Septembris. *Ex archiuo regio Barcinonenſi.*

Epiſtola Victoris antipapæ, qui contra Alexandrum III. ſtetit, ad vniuerſos Chriſti fideles; aduerſus hæreticos, ſchiſmaticos, & ſimoniacos. Furibunda eſt iſthæc epiſtola, ac plane redolens hominem ſchiſmaticum. Alexandrum autem depingit hominem auarum, & ſimoniacum. Data Papiæ 4. idus Nouembris. *Ex archiuo regio Barcinonenſi.*

Bulla Alexandri III. anno 1171. ad ſuffraganeos eccleſiæ Tarraconenſis. Dolet de cæde Hugonis archiepiſcopi Tarraconenſis, illoſque admonet & hortatur, vt quamprimum vna cum capitulo eccleſiæ Tarra-

conenſis alium eligant archiepiſcopum. *Ex archiuo regio Barcinonenſi.*

Alia ad archiepiſcopum Tarraconenſem apoſtolicæ ſedis legatum, & ſuffraganeos, vt moneant regem Aragonum, ne Robertum, qui in necem Hugonis archiepiſcopi Tarraconenſis conſpirauerat, in regno ſuo habitare permittat. Quod ſi acquieſcere noluerit; in regno eius, omni occaſione & appellatione remota, diuina præter baptiſma paruulorum & pœnitentias morientium prohibeant officia celebrari. *Ex eodem archiuo.*

Alia ad I. regem Aragonum, qua illum rogat ne eundem Robertum in ſuo regno commorari permittat. *Si autem monitis noſtris non duxeris acquieſcendum, venerabili fratri noſtro Tarraconenſi archiepiſcopo apoſtolicæ ſedis legato & ſuffraganeis eius, dedimus in mandatis, vt regnum tuum interdicant, & in te etiam auctoritate noſtra ſententiam excommunicationis promulgent.* Ex eodem archiuo.

Alia ad eundem regem, qua illi gratias agit, quod eundem Robertum, fratrem eius Berengarium, matremque eorum expulerit e regno ſuo. Deinde hortatur, vt totam eorum progeniem in perpetuum excludat ab eodem regno, eorumque bona fiſco addicat. *Ex eodem archiuo.*

Epiſtola Berengarii de Tarragona ad regem Aragonum; in qua aſſerit archiepiſcopum Tarraconenſem occiſum non fuiſſe a fratre ſuo Roberto, cuius mortem annunciat. *Ex archiuo eccleſiæ Tarraconenſis.*

Concilii Parmenſis ſub Gregorio VIII. celebrati meminerunt acta concilii Montiſpeſſulani anno 1195. habiti.

Epiſtola Cæleſtini III. ad capitulum Tarraconenſe, data Romæ 15. kal. Iulii an. 1194. qua mandat canonicis vt Gulielmum Raymundi de Montecathano, qui Berengarium Tarraconenſem archiepiſcopum trucidauerat, eiuſque complices, pulſatis campanis, & candelis accenſis ſolenniter denuntient anathematizatos, donec Gulielmus ipſe ad ſedem veniat apoſtolicam, &c. *Ex archiuo eccleſiæ Tarracon.*

Alia ad epiſcopos Tiraſonenſem, Oſcenſem, & Oxomenſem, in eadem cauſa. Meminit etiam necis Hugonis archiepiſcopi Tarraconenſis. *Ex eodem. archiuo.*

Epiſtola Nicolai epiſcopi Tuſculani ad archiepiſcopum & capitulum eccleſiæ Tarraconenſis; in qua ſcribit eundem Gulielmum Raymundi acceſſiſſe ad ſedem apoſtolicam, ibique pro perpetrato facinore quandam illi pœnitentiam fuiſſe iniunctam, quæ his literis inſerta eſt. *Ex eodem archiuo.*

Concilium apud Montempeſſulanum an. 1195. ſub Michaële apoſtolicæ ſedis legato. *Ex archiuo archiepiſcopi Narbonenſis.*

Literæ P. preſbyteri cardinalis tit. S. Stephani in Cælio monte, & apoſtolicæ ſedis legati, ad Arnaldum archiepiſcopum Narbonenſem apo-

ſtolicæ itidem ſedis legatum, quibus illum inuitat ad concilium, quod an. 1214. indixerat apud Montempeſſulanum, celebrandum aduerſus Albigenſes cum epiſcopis prouinciarum Bituricenſis, Narbonenſis, Auxitanenſis, & Burdegalenſis *Ex archiuo archiepiſcopi Narbon.*

Literæ Amalrici ducis Narbonæ, comitis Toloſæ, & domini Montisfortis, ad epiſcopos qui conuenturi erant ad concilium Montiſpeſſulani. *Ex eod. archiuo.*

Concilium hoc Monſpelienſe celebratum eſſe an. 1214. patet ex hiſtoria Albigenſium cap. 81.

In concilio Monſpelienſi celebrato an. 1224. Raymundus dux Narbonæ, comes Toloſæ, & marchio Prouinciæ, pacem deſiderans cum Romana eccleſia facere, promittit ſe fidem catholicam, ſicut eam ſancta Romana prædicat & docet eccleſia, ſeruaturum; terram ſuam hæreticis purgaturum; ruptarios expulſurum; libertates eccleſiarum, & aliorum piorum locorum ſeruaturum, &c. *Ex archiuo archiepiſcopi Narbon.*

Præceptum Ludouici IX. regis pro libertate eccleſiaſtica anno 1228. editum quidem a cc. vv. Gul. Catello, & Andrea Ducheſnio, ſed mendoſiſſime. Itaque ſic prodibit, quaſi non prodiiſſet, ex originali quod aſſeruatur in archiuo archiepiſcopi Narbonenſis. Laudatur porro hoc præceptum in libro de concordia ſacerdotii & imperii pag. 388.

Fragmenta concilii Tarraconenſis anno 1244 *Ex codice mſ. eccleſiæ Narbon.*

Statuta domini Guidonis Dei gratia archiepiſcopi Narbonenſis. *Ex archiuo archiepiſcopi Narbonenſis.* Fuit is poſtea ſummus pontifex, dictus Clemens IV. extatque in eodem archiuo decretum electionis eius, quando tranſiit e cathedra Anicienſi ad Narbonenſem.

Concilium Tarraconenſe habitum anno 1312. ſuper facto Templariorum; in quo, matura deliberatione præhabita, Templarii abſoluti ſunt ab hæreſibus, eiſque canonica pœnitentia indicta. Neque enim tam culpabiles reperiebantur, vt fama ferebat, licet tormentis adacti fuiſſent ad confeſſionem criminum. Concilio huic interfuerunt Gulielmus archiepiſcopus Tarraconenſis, Raymundus epiſcopus Valentinenſis, Eximinus Cæſarauguſtanus, Martinus Oſcenſis, Berengarius Vicenſis, & Franciſcus Dertuſenſis. Ilerdenſis autem non potuit Tarraconem intrare, licet veniſſet, graui nimirum infirmitate detentus. *Ex archiuo eccleſiæ Tarracon.*

Epiſtola decretalis Clementis VI. qua decernit epiſcopos, qui ſedi apoſtolicæ immediate ſubiecti non exiſtunt, qui tamen ab eadem ſede prouiſi, fidelitatis iuramentum eidem præſtant, teneri ad præſtationem eam iuramenti faciendam ſuis metropolitanis ad quam tenerentur, ſi huiuſmodi iuramentum per eos ſedi apoſtolicæ præſtitum non fuiſſet. Datum Auenioni, kal. Octobris an. 8. *Ex codice mſ. eccleſ. Narbon.*

Epiſtola Petri archiepiſcopi Narbonenſis ad Hugonem electum Biterrenſem, qua eum euocat ad concilium Biterrenſe anno 1351. celebrandum. Item ad alios comprouinciales epiſcopos, & ad capitula eccleſiarum cathedralium. Item ad archipreſbyteros Narbonenſis diœceſeos; vt abbates, præpoſitos, &c. moneant vt accedant ad concilium. *Ex archiuo archiepiſcopi Narbonenſis.*

Canones concilii Biterrenſis anno 1351. habiti, præſide Petro de Iudicia Narbonenſi archiepiſcopo; præſentibus Petro Beraldi Agathenſi, Arnaldo Verdala Magalonenſi, Helia de ſancto Aredio Vceticenſi, Girberto Ioannis Carcaſſonenſi, & Ioanne de Blandiaco Nemauſenſi epiſcopis. *Ex cod. mſ. eccleſiæ Helenenſis.*

In eo concilio Girbertus epiſcopus Carcaſſonenſis contendebat ſuæ ſedis ius eſſe, vt epiſcopus Carcaſſonenſis antiſtet ceteris epiſcopis prouinciæ Narbonenſis, etiamſi ordinatione antiquiores ſint. In qua re interlocuti ſunt patres: decretumque eſt vt Girbertus ſederet in parte ſiniſtra poſt Arnaldum Magalonenſem epiſcopum, qui antiquior erat in promotione præfato Carcaſſonenſi epiſcopo. *Hoc ſaluo & retento, quod per hoc nullum præiudicium dicto Carcaſſonenſi epiſcopo generetur, ſi probare vel docere legitime poterit infra annum, ſe debere habere prærogatiuam prædictam.* Atque ita conquieuit illa contentio. *Ex archiuo archiepiſcopi Narbonenſis.*

Bulla Vrbani V. ad archiepiſcopum Narbonenſem, qua illum hortatur vt concilium ſuæ prouinciæ habeat. *Ex archiuo archiepiſcopi Narbonenſis.*

Bulla eiuſdem papæ ad archiepiſcopos Narbonenſem & Toloſanum, vt coniunctim celebrare poſſint concilia ſuarum prouinciarum. *Ex eod. archiuo.*

Literæ Petri de Iudicia archiepiſcopi Narbonenſis ad ſuffraganeos eccleſiæ Narbonenſis, quibus eos inuitat vt ad ſynodum veniant Vaurenſem. *Ex eodem archiuo.*

Canones concilii Vaurenſis anno 1368. cui interfuerunt epiſcopi trium prouinciarum, Narbonenſis videlicet, Toloſanenſis, & Auxitanenſis; præſide Petro de Iudicia archiepiſcopo Narbonenſi. *Ex veteri codice mſ. illuſtriſſimi viri Petri de Marca archiepiſcopi Toloſani.* Originale & authenticum huius concilii, cui impendebant ſigilla trium archiepiſcoporum, extat in archiuo archiepiſcopi Narbonenſis.

Poſt canones illos, edenda eſt indulgentia ab epiſcopis conceſſa in concilio Vaurenſi, quam recitat Catellus.

Bulla Vrbani V. ad archiepiſcopos Auxitanenſem, Narbonenſem, & Toloſanum, eorum ſuffraganeos, ceteroſque e clero in tribus prouinciis commorantes, data poſt concilium Vaurenſe; in qua prohibet, ſub pœna excommunicationis, ne quis ipſorum mutuas & fraudulentas

Digitized by Google

donationes faciat dominis temporalibus in præiudicium eccleſiarum ſuarum, aut monaſteriorum. *Ex codice mſ. eccleſiæ Helenenſis.*

Literæ Petri de Iudicia archiepiſcopi Narbonenſis ad A. epiſcopum Alectenſem, datæ die 1. Februarii anno a natiuitate Domini 1374. quibus illum inuitat vt ad concilium veniat Narbonenſe. In eundem modum ſcriptum eſt ceteris ſuffraganeis, ac capitulis eccleſiarum cathedralium & exemptis prouinciæ Narbonenſis; & archipreſbyteris, rectoribus, ac hoſpitalibus pauperum ciuitatis & diœceſis Narbonenſis. *Ex archiuo archiepiſcopi Narbonenſis.*

Concilium Narbonenſe an. 1374. præſide Petro de Iudicia archiepiſcopo Narbonenſi; cui interfuerunt Sicardus epiſcopus Biterrenſis, Petrus Carcaſſonenſis, Ioannes ſancti Poncii Thomeriarum, Arnaldus Alectenſis, & Hugo Agathenſis, & vicarii epiſcoporum abſentium. Huius concilii canones 28. extant in archiuo archiepiſcopi Narbonenſis, vnde deſcripti ſunt, ac dein collati cum vetuſto codice mſ. eccleſiæ Helenenſis.

Atque hæc omnia, ac forte etiam plura, ex omnigenæ eruditionis locupletiſſimo theſauro exhibebit nobis illuſtriſſimus archiepiſcopus Toloſanus.

§. II.

ILLVSTRISSIMVS vir FRANCISCVS BOSQVETVS, *epiſcopus Montiſpeſſulani, codicem conciliorum prouinciæ Narbonenſis pollicetur, in quo hæc quæ ſequuntur, & alia plura concilia & ſtatuta ſynodalia edenda ſunt cum notis.*

Concilium Narbonæ ſub Daniele, an. 788.

Concilium apud Portum in Pago Nemauſenſi ſub Arnuſto, an. 897.

Concilium Septimaniæ ſub Arnuſto, an. 909.

Concilium Narbonæ ſub Gaufredo, an. 1054.

Concilium apud ſanctum Ægidium, an. 1055.

Concilium in cauſa Vvifredi archiepiſcopi, an. 1066.

Concilium Narbonæ ſub Dalmatio, an. 1090.

Concilium apud Montempeſſulanum ſub Michaële apoſtolicæ ſedis legato, an. 1195.

Concilium Auenionenſe, an. 1209.

Concilium Tholoſanum.

Concilium Montiſpeſſulani ſub Petro apoſtolicæ ſedis legato, an. 1214.

Concilium Vaurenſe.

Concilium apud Montempeſſulanum, an. 1224.

Concilium Narbonenſe ſub Petro archiepiſcopo, an. 1227.

Concilium Biterrenſe ſub epiſcopo Tornacenſi apoſt. ſedis legato.

Concilium Biterrenſe ſub Gulielmo archiepiſcopo, an. 1255.

Concilium Valentinum ſub Petro Albanenſi, apoſtolicæ ſedis legato, anno 1258.

Digitized by Google

Concilium Albienſe ſub Ioanne epiſcopo apoſtolicæ ſedis legato.
Statuta Guidonis archiepiſcopi, an. 1260.
Conſtitutiones nouæ regis Ludouici, an. 1264.
Concilium apud Montempeſſulanum ſub Iacobo archiepicopo Narbonenſi, an. 1268.
Concilium Biterrenſe ſub Simone cardinale apoſtolicæ ſedis legato, an. 1276.
Concilium Biterrenſe ſub Petro archiepiſcopo, an. 1279.
Concilium Biterrenſe, an. 1299.
Concilium Biterrenſe ſub Petro archiepiſcopo, an. 1351.
Concilium Vaurenſe trium Prouinciarum, an. 1368.
Concilium Narbonenſe ſub Petro archiepiſcopo, 1374.
Concilium Narbonenſe, an. 1430.

§. III.

STEPHANVS BALVZIVS *Tutelenſis v. c. quæ ſequuntur vltro ac liberaliter offeret ſuis locis inſerenda.*

Notas I. in epiſtolam Cæſarii Arelatenſis epiſcopi ad Ruricium epiſcopum Lemouienſem. II. in epiſtolam Ruricii, qua reſpondet iſti Cæſarianæ. III. in epiſtolam Sedari epiſcopi Nemauſenſis ad Ruricium, *Satis credidi*, &c. quæ extat apud Caniſium inter epiſtolas Fauſti Reienſis epiſcopi. IV. in epiſtolam Ruricii ad Sedatum, quæ eſt 34. libri 2. epiſtolarum Ruricianarum.

Epiſtolam ſancti Gregorii papæ ad Leandrum epiſcopum; quæ eſt 46. lib. 4. regiſtri eiuſdem papæ, vbi inſcripta eſt *Leandro epiſcopo Hiſpaniarum.* Alius eſt titulus in peruetuſto codice mſ. Dominicanorum Baionenſium, in quo extat integra, & emendatior; vnde eam deſcripſit.

Epiſtolam Frotarii Bituricenſis archiepiſcopi ad vniuerſos Chriſti fideles, qua eos hortatur vt veniant ad conſecrationem eccleſiæ ſancti Vincentii Caſtrenſis in diœceſi Albienſi; ad quam conuenturi erant ſuffraganei ipſius, cum multis aliis præſulibus & abbatibus. Datam an. 885. *Eam ex archiuo Caſtrenſis eccleſiæ deſcriptam cum eo communicauit v. c. Gulielmus Maſnauius ſenator Toloſanus.*

Concilium incerti loci, habitum a Geraldo epiſcopo Engoliſmenſi, apoſtolicæ ſedis legato; in quo actum eſt de iuribus monaſterii Tutelenſis apud Lemouices. *Deſcripſit ex chartulario eccleſiæ Tutelenſis.*

Conciliabulum habitum menſe Maio anno 1167. in Caſtro S. Felicis in diœceſi Toloſana, ſub papa hæreticorum Niquinta: in quo epiſcopi conſtituti ſunt in eccleſiis Toloſana, Carcaſſonenſi, Aranenſi, & Albienſi. Dati ſunt etiam epiſcopi eccleſiæ Francigenarum, & eccleſiæ Lombardiæ. Et ſingularum diœceſeon limites aſſignati. *Conciliabulum hoc*

Digitized by Google

hæc communicauit vir clariſſimus Gulielmus Beſſa Carcaſſonenſis.

Conſtitutiones ſynodales Petri de Capella epiſcopi *Carcaſſonenſis*, qui poſtea fuit cardinalis & epiſcopus Prænestinus. *Ex codice mſ. eiuſdem Baluzi.*

Conſtitutiones ſynodales Reginaldi de Laporta epiſcopi *Lemouicenſis*, qui poſtea fuit cardinalis. *Ex eiuſdem vetuſtis ſchedis mſſ.*

Conſtitutiones ſynodales Petri de Rupeforti epiſcopi *Carcaſſonenſis. Ex codice Baluziano mſ.*

Item conſtitutiones quorumdam aliorum epiſc. *Carcaſſ. Ex codice mſ.*

Concilium prouinciale *Bituricenſe* anno 1336. menſe Octobri celebratum a Fulcodo archiepiſcopo Bituricenſi, præſentibus R. epiſcopo Lemouicenſi, B. Cadurcenſi, & Ar. Tutelenſi. Concilii huius canones extant in codice mſ. illuſtriſſimi epiſcopi Biterrenſis.

Conſtitutiones ſynodales Guidonis epiſcopi *Helenenſis*, illius nimirum qui ſcripſit aduerſus hæreſes, editas annis 1335. 1337. 1338. 1339. & 1340. Atque in his extat decretum de immaculata conceptione B. Mariæ Virginis. *Ex codice mſ. eccleſiæ Helenenſis.*

Conſtitutiones editas a Petro epiſcopo *Helenenſi*, delegato a domino Guidone epiſcopo Portuenſi & apoſtolicæ ſedis legato, anno 1373. *Ex codice mſ. eiuſdem eccleſiæ Helenenſis.*

Conſtitutiones ſynodales Raimundi epiſcopi *Helenenſis* an. 1380. In iis cautum eſt, vt quotidie fieret oratio generalis pro Romana eccleſia, & pro ceſſatione ſchiſmatis, in quo ei præiuerat archiepiſcopus Narbonenſis. *Idem eas deſcripſit ex codice mſ. eiuſdem eccleſiæ Helenenſis.*

§. IV.

REVERENDVS PATER FRANCISCVS COMBEFIS *Ord. FF. Prædicatorum, hæc quæ ſequuntur, Græce Latineque digeſta offert.*

Ioannis, ſiue Damaſceni, vti titulus præfert, aut potius Hieroſolymitani antiſtitis declamationem, ſiue inuectiuam, in Conſtantinum Cabalinum Iconoclaſtam.

S. Nicephori patr. CP. iudicium ſiue examen auctoritatum haud probe ac religioſe aduerſus ſacras imagines expoſitarum.

Eiuſdem ſanctiſſimi præſulis aduerſus eos qui diuinum ſimulacrum impie præſumpſerunt idolum nuncupare: quid ſit τὸ γραπτόν, ac quonam modo illud intelligendum: *Non facies omnem ſimilitudinem*: Sequendas veterum patrum traditiones, &c. cum refutatione earum auctoritatum, quas ex illorum ſcriptis hoſtes eccleſiæ vſurpabant.

S. Epiphanii accuratas vindicias quod attinet ad religionem imaginum.

Michaëlis Pſelli orationem ad ſynodum Alexio Comneno iam imperante, in cauſa depoſitionis canonicæ Michaëlis Cerularii patr. CP. ſchiſmatis aduerſus Latinos inſtauratoris.

Ccc

Digitized by Google

§. V.

HENRICVS VALESIVS *IC. eruditiſſimus obſeruauit ad calcem ſuorum codicum deſiderari in conciliis Binianis, cum multa alia, tum hac qua ſequuntur.*

I. Subſcriptiones patrum, qui interfuerunt concilio Nicæno primo, anno Chriſti 325. quas ex codice Ioannis Sambuci edidit Ioannes Seldenus in notis ad Eutychii Alexandrini fragmentum.

II. Concilium Romanum anno 774. cuius mentio fit in chronico Reiſchebergenſi, in quo etiam extat præceptum Ludouici pii imperatoris ad Paſchalem II. papam, de libera electione Romani Pontificis.

III. Concilium Ouetenſe 18. kal. Iulii, æra 910. hoc eſt Chriſti 872. ex chronico Sampiri epiſcopi Aſturicenſis pag. 60.

IV. Leonis VII. Papæ epiſtolam ad epiſcopos Galliæ: & Ioannis XIII. epiſtolam, in qua mentio actorum Heroldi Saltzburgenſis epiſcopi, & confirmationis Friderici imp.

V. Turonenſe concilium ind. 13. kal. Martii anno 1060. præſente Stephano S.R.E. Cardinale ſedis apoſtolicæ legato. Extat inter opera Lanfranci Cantuarienſis archiepiſcopi pag. 25.

VI. Acta ſynodi Moguntinæ anno 1071. indictione 8. celebratæ in cauſſa Caroli Conſtantienſis epiſcopi ſimoniaci, ſub Sigefrido archiepiſcopo Moguntino cum ſex eiuſdem Sigefridi epiſtolis, &c. ex editione Sebaſtiani Tegnagelii Viennenſis Bibliothecarii. Huius vero ſynodi meminimus ſuo loco, ex Lamberto, Mariano, Bertoldo, &c.

VII. Commentariolum Heſſonis Scholaſtici de tractatione pacis inter Calliſtum II Pontificem Romanum & Henricum V. imp. anno 1119. ab eodem Tengnagelio editum, vbi plura de concilio Rhemenſi, de quo nos ſuo loco ex Orderico Vitale, Alberto Stadenſi, qui etiam meminit Triburienſis conuentus, aliiſque tum mſſ. tum excuſis

VIII. Gerhohi ſiue Gerochi Reicherſpergenſis in Bauaria præpoſiti fragmentum ex libro 1 de inueſtigatione Antichriſti, ad Eberhardum Salisburgenſem archiepiſcopum, ab eodem Tengnagelio publicatum, in quo pag. 421. fit mentio concilii in regno Franciæ ciuitate Toloſana celebrati, cui centum patres inter epiſcopos & abbates interfuerunt vna cum regibus Franciæ & Angliæ, quorum ſtudio iidem patres conuocati conuenerunt, vbi & Octauiani, quem Victorem dicunt, ſimul & Alexandri papæ atque imp. Auguſti Friderici, necnon & regis Hiſpaniæ legati aderant. Illic ſane vtriuſque partis defenſoribus ſufficienter auditis, eidem concilio, tandem in Alexandrum complacuit: Octauianus vero, qui & Victor, ab vniuerſo concilio cum ſuis principalibus defenſoribus excommunicatus eſt. Ex quibus patet a Turonenſi, quod anno 1163. celebratum fuit in eccleſia S. Mauricii, præſente ipſo Alexandro papa, diſiunctum fuiſſe iſtud

Toloſanum, cui non interfuit ipſemet pontifex : de quo eodem videnda epiſtola E. abbatis Clarauallenſis ad Veronenſem epiſcopum eiuſdem Tengnagelii opera edita inter varias epiſtolas ordine 60. pag. 413. quam integram repræſentabimus.

IX. Ad concilium Venetum anni 1177. exſcribenda quæ habentur in chronico Reicherſpergenſi, vbi referuntur epiſtolæ ab Alexandro papa & a Frederico imperatore miſſæ ad omnes in epiſcopatu Salisburgenſi conſtitutos.

X. Anno ſequenti idem chronicon refert ſynodum valde celebrem habitam in epiſcopatu Salisburgenſi in loco qui Hohennavv dicitur, kal. Februarii, a Chunrado Salisburgenſi archiepiſcopo & apoſtolicæ ſedis legato, & ab omnibus ſuffraganeis eius epiſcopis, multiſque principibus de rebus eccleſiaſticis.

Addenda denique actis concilii Lateranenſis III anni 1179. quæ leguntur in hiſtoria archiepiſcoporum Bremenſium in rebus magiſtri Bertholdi & apud Albertum Stadenſem in chronico.

§. VI.

REVEREND. PATER LVDOVICVS IACOB A SANCTO CAROLO *ord. Carmelitarum, hac in noſtro ſpecimine deſiderari, euolutis raptim eiuſdem aliquot paginis, obſeruauit ſuis locis deinceps inſerenda, ac pro ſua in rem literariam propenſiſſima voluntate nobis communicauit.*

Anno 1215. Conſtitutiones ſynodales diœceſis Baionenſis per Galonem apoſtolicæ ſedis legatum.

1222. Synodus Senonenſis ſub Petro de Corbolio archiepiſcopo Senonenſi, qui illius tempore deceſſit die 3. Iunii, teſte Iacobo Tauello hiſt. archiepiſcoporum Senonenſium pag. 95.

Odonis Tuſculani cardinalis, Romanæ eccleſiæ per Galliam legati, ſtatuta pro emendatione eccleſiæ Senonenſis, eodem teſte Tauello pag. 101.

Conſtitutiones & decreta Innocentii IV. papæ in cauſa coram ipſo agitata inter Remenſem archiepiſcopum eiuſque ſuffraganeos. mſſ. habentur Tornaci in bibliotheca S. Martini num. 43. F. in eademque ſeruantur conſtitutiones Gregorii (cuius?) Romani pontificis ad abbates ordinis S. Benedicti prouinciæ Rothomagenſis, in communi capitulo congregatos.

Statuta Cameracenſia antiqua ſynodalia ſub Ingerramo, circa annos Domini 1270. & 1280. mſ. in bibliotheca monaſterii S. Lamberti Lætienſis ord. S. Benedicti, in diœceſi Cameracenſi.

Statuta ſynodalia diœceſis Podienſis ſiue Auicienſis, in Vellaunis, per Durandum a S. Portiano ord. Præd. Auicienſem epiſcopum, anno 1320. qui poſtea fuit Meldenſis.

Perpiniacenſe conciliabulum a Benedicto XIII. antipapa, Petro de

Digitized by Google

Luna dicto, celebratum menſe Maio anni 1909.

Allegationes, quibus probatur cardinales, renuente Gregorio XII. Sauonam conuenire debere cum Benedicto XIII. & Gregorium ad renunciandum cogere, vel indicere œcumenicam ſynodum.

Georgii de Arnoſio aduocati conſiſtorialis reſponſum pro Benedicto XIII. aduerſus concilium Piſis habitum.

Epiſcopi Conchenſis, legati Ioannis regis Caſtillæ monita de geſtis in concilio Conſtantienſi.

Bernardi archiepiſcopi Toloſani conſtitutiones ſynodales anno 1450. in ſynodo paſchali editæ & publicatæ.

Statuta diœceſis Burgi Sebuſianorum per Ludouicum de Gorreuodo epiſcopum S. Ioannis Maurianenſis, ac primum Burgenſem, an. 1515.

Statuta curiæ ſedis epiſcopalis Eduenſis hactenus obſeruata, praxim & ſtilum cauſarum inſtruendarum in foro eccleſiaſtico & ſeculari continentia, ſuperadditis gloſſis & ſcholiis, auctore Ioanne Blondel officiali cantore & canonico Eduenſi.

Statuta ſynodalia diœceſis Podienſis anno 1557. a Franciſco de Sacco epiſcopo habita.

Antonii Tulli S. theologiæ profeſſoris in academia Dolana comentarij in ſtatuta Claudii a Balma archiepiſcopi Biſuntini & S. R. E. card. 1575.

Statuta ſynodalia diœceſis Antuerpienſis Franciſci Sonnii primi epiſcopi Antuerpiæ, anno 1576.

Leodienſis diœceſis ſtatuta conſiſtorialia & reformatio iudiciorum ſpiritualium, 1582.

Statuta ſecreta ſynodalia diœceſis Namnetenſis per Franciſcum Buiſſerer epiſcopum Namnetenſem, anno 1605.

Circa annum 1609. ſtatuta eccleſiæ Rothomagenſis publicata iuſſu Franciſci Ioyeuſæi archiepiſcopi Rotomagenſis, S. R. E. cardinalis: quorum defenſio aduerſum capitulum & canonicos eccleſiæ B. Mariæ prodiit in lucem anno 1610.

Anno 1610. ſtatuta ſynodalia diœceſis Lemouicenſis.

Pauli de Chriſteiuen ſtatuta Mechlinienſia, 1624.

Statuta eccleſiæ Bellicenſis 1631.

Statuta ſynodalia Auguſtini Poterii epiſcopi & comitis Bellouacenſis, Franciæ paris, 1646.

Franciſci de Harlay arch. Rotomagenſis, Normanniæ primatis, ſtatuta ſynodalia eius iuſſu collecta & edita, 1647.

Statuta Franciſci Rouxel de Medauy ep. Sagienſis 16. Septemb. 1653.

Henrici Arnaldi epiſcopi Andegauenſis ſtatuta ſynodalia anno 1654.

Statuta ſynodalia Achillis Harlæi ep. Maclouienſis, *ac complurium aliorum addi poterunt, ſi res tanti videatur, quæ enim congeſſimus plena, vt vides, manu, non eo conſilio collecta ſunt, vt emittantur in lucem vna cum con-*

Digitized by Google

ciliis Generalibus, Nationalibus, Prouincialibus; ſed tantum vt conſtet illa diligenti archiepiſcoporum & epiſcoporum cura ac vigilantia in propriarum diœceſeon vtilitatem maximam prodiiſſe.

§. VII.

SVNT *& non pauca, quæ poſt noſtram Hiſtoricam ſynopſim typis iam excuſam, ipſemet inter legendum obſeruaui in annalibus Eutychii patriarchæ Alexandrini, aliiſque libris, cum nonnullis, quæ in muſina ſupellectili recondita ſeruo ſpicilegii vice ſuo tempore depromenda, propriiſque locis inſerenda. Quibus interim omiſſis, ne omnia primo impetu effudiſſe videar,* LECTORES ANTIQVITATIS ECCLESIASTICÆ STVDIOSOS *rogo obſecroque, vt ſedulo ac diligenter emendent paucula quædam, quæ in recenſendis exemplaribus, aut mihi, aut operis typographicis, exciderunt.*

Pag. 29. Mauſicanum, lege Arauſicanum.

Pag. 78. Cantianum ſub papa Deuſdedit videtur collocandum.

Pag. 79. ad an. 630. Lech-lenienſe.

Pag. 85. Pogonato, ſcribe, eſt quoque in numeris aliquid luxatum, quod ſuo loco reſtituemus.

Pag. 87. Toletanum XIV. an. 684.

Pag. 92. in Gregorio III. an. 731. & 741.

Pag. 93. Germanicum II. niſi forte Liptinenſe inter Germanica reponas.

Pag. 113. Cariſiacenſis, in qua edita.

Pag. 116. vbi de Tuſciacenſi. Vide 464. Miſcellaneorum noſtrorum.

Pag. 123. tempore annis 25.

Pag. 129. ad Paſchales ferias anni 896.

Pag. 135. Trenorchiana.

Pag. 139. ante Benedictum VI. CXXXV.

Pag. 141. 988. Landanenſis.

Pag. 143. penultima linea a die 20. Nou. 1003.

Pag. 162. Conringium cap. 3. lib. de origine iuris Germanici p. 8. edit. 2.

Pag. 175. quadrageſima anni 1122.

Pag. 190. ad an. 1186. Dublinienſe.

Pag. 197. ab anno, ad annos 1238. & 1310. Treuirenſia, ex bibliothecis Mazarina & Seguertana.

Pag. 214. Zoëno.

Pag. 239. Treuirenſe & Moguntinum accepi reperiri in bibliotheca Mazarina, & multa alia, quæ publicæ vtilitati non inuidebimus.

Pag. 276. poſt Aſulanum, adde Ord. Carmel.

Pag. 370. initio partis II. Appendicis 1201. aut circiter.

Deſunt quoque nonnulla in indice alphabetico conciliorum, vbi & hæc corrigenda: Mazarenſe citatur a Ferrando capp. 44. 76. & Septimunicenſe 11. 56. 76. &c.

Digitized by Google

Addenda ad indicem geographicum.

AVSONA, ſiue vrbs Auſonenſis, modo Vicenſis, in Catalania, *Vich ville epiſcopale de Catalogne, ſous l'archeueſque de Tarragone.*

Arulenſe monaſterium in comitatu Ruſcinonenſi : *l'abbaye d'Arles à cinq lieuës de Perpignan en Rouſſillon.*

Cuxanenſe monaſterium in Confluentibus : *l'abbaye de ſaint Miguel de Cuxa dans le Conflant à ſix lieuës de Perpignan, dioceſe d'Elne.*

S. Benedicti de Bagiis cœnobium in diœceſi Auſonenſi, prope Minoriſſam : *l'abbaye de S. Benoiſt de Bages en Catalogne à ſix lieuës de Manreze, & à douze de Vich.*

Dublinium ſeu Dublinenſis ciuitas metropolis Hiberniæ : *Dublin ſur le Liff, ville maritime en la prouince de Leynſter, capitale de toute l'Irlande, archeueſché.*

S. Felicis caſtrum in Gothia : *la ville de ſaint Felix de Carman à ſix lieuës de Toloſe.*

Fontis cooperti monaſterium diœceſis Narbonenſis : *l'Abbaye de Foncouberte à 4. lieuës de Narbonne.*

In Fontanis loco comitatus Ruſcinonenſis : *S. Genis de Fontagnas en Rouſſillon à quatre ou cinq lieuës de Perpignan.*

Helena ſiue Elnenſis ciuitas in comitatu Ruſcinonenſi, *Elne ville maritime du comté de Rouſſillon, eueſché ſuffragant autrefois de Narbonne, puis de Tarragone.*

Hohennauia in epiſcopatu Salisburgenſi : *Hohennaun place du dioceſe de Saltzbourg en Allemagne.*

Lech-lenia in campo albo in Hibernia : *quelque place d'Irlande.*

S. Petri Rodenſis monaſterium in diœceſi Gerundenſi : *S. Pierre de Rodes dans la comté de Perelade au pied de la montagne de ſaint Saluator.*

Riuipullum ſiue Riuipullenſis abbatia in Catalania, diœceſis Auſonenſis, *l'Abbaye de Ripoll de l'ordre de S. Benoiſt en Catalogne au dioceſe de Vich.*

Tulugnenſia prata : *les grandes prairies autour de la petite ville de Tulluies, à trois quarts de lieuës de Perpignan en Rouſſillon.*

Villa Bertrandi : *Ville-Bertrand en Catalogne.*

Digitized by Google

PRIVILEGE DV ROY.

LOVIS par la grace de Dieu Roy de France & de Nauarre: A nos amez & feaux Conſeillers les gens tenans nos Cours de Parlement, Maiſtres des Requeſtes ordinaires de noſtre Hoſtel, Baillifs, Seneſchaux, Preuoſts ou leurs Lieutenans, & autres Iuſticiers qu'il appartiendra, Salut. Noſtre bien-aimé Sebaſtien Cramoiſy Marchand Libraire Iuré, noſtre Imprimeur ordinaire & de noſtre tres-honorée Dame & Mere, Directeur de noſtre Imprimerie Royale en noſtre Chaſteau du Louure, ancien Eſcheuin & Iuge Conſul de noſtre bonne ville de Paris, Nous a fait dire & remonſtrer, qu'il deſireroit faire imprimer le Liure intitulé, *Concilia Generalia & Prouincialia Græco-Latina*, pour la perfection duquel il a employé le ſoin & trauail de pluſieurs hommes doctes pour faire la recherche de quantité de Conciles, Epiſtres des Papes, & diuers traitez, tant imprimez que manuſcrits concernans ledit œuure, leſquels manquent aux editions precedentes, & ſont grandement neceſſaires pour l'accompliſſement dudit ouurage, qui peut par ce moyen faire vn corps parfait deſdits Conciles, & s'étendre iuſqu'à quinze Volumes, plus ou moins: Mais comme il ne peut faire ladite entrepriſe qu'auec vne extreme dépenſe, il craint que quelques autres Libraires ou Imprimeurs de ce Royaume, ialoux & enuieux de ſon trauail ne vouluſſent s'ingerer d'imprimer leſdits Conciles ſur les anciennes & precedentes Impreſſions, ſans auoir égard auſdites augmentations, ou meſme qu'aprés ladite Edition parfaite ils ne vouluſſent la luy contrefaire; ce qui le priueroit non ſeulement du fruit de ſes trauaux, mais encore du rembourſement des grandes auances & autres frais faits pour leſdites recherches, & de celles qu'il luy conuiendra faire pour l'impreſſion deſdits Conciles, s'il n'auoit ſur ce nos Lettres que ledit Cramoiſy nous a tres-humblement ſupplié luy accorder, portans defenſes à tous Libraires & Imprimeurs, & à toutes perſonnes de quelque qualité & condition qu'elles ſoient, d'imprimer, faire imprimer, contrefaire, extraire, changer, alterer ny reduire en abregé, le vendre ny debiter tant ſur les anciennes & precedentes Editions, que ſur celles que ledit Cramoiſy pretend faire en vertu des preſentes, ſous quelque pretexte que ce ſoit, ſans le conſentement dudit Cramoiſy. A CES CAVSES deſirant gratifier & fauorablement traiter iceluy Cramoiſy, attendu la connoiſſance que nous auons des bonnes intentions qu'il a touſiours euës, & qu'il témoigne auoir pour noſtre ſeruice, & ſçachant auec quel ſoin il a imprimé & imprime tous les iours quantité de Liures tres-vtiles au public; Nous luy auons permis, permettons & ordonnons par ces preſentes d'imprimer ou faire imprimer, vendre & debiter en tous lieux & terres de noſtre obeïſſance leſdits Conciles auec les corrections & augmentations que ledit Cramoiſy s'eſt donné le ſoin & le trauail de faire faire en cette nouuelle Edition par vne perſonne de merite & de ſignalée doctrine, en telle forme, grandeur, volumes, caracteres, & autant de fois que bon luy ſemblera, durant le temps & eſpace de trente années, à compter du iour que la premiere impreſſion ſera acheuée d'imprimer: Faiſant tres-expreſſes inhibitions & defenſes à toutes perſonnes de quelque qualité & condition qu'elles ſoient d'imprimer ou faire imprimer, contrefaire, extraire, changer, alterer, abreger, vendre, ny debiter leſdits Conciles, tant en corps que par abregé, ſans le conſentement dudit Cramoiſy, nonobſtant toutes choſes qu'on pourroit alleguer au contraire, à peine de dix mille liures d'amende payable par chacun de ceux qui y contreuiendront, en tout ou partie du contenu cy-deſſus, applicable moitié à l'Hoſtel-Dieu de Paris, & l'autre moitié à l'Hoſpital General de ladite Ville, & de confiſcation de tous les exemplaires contrefaits, au profit dudit Cramoiſy, & de tous dépens dommages & intereſts ſoufferts & à ſouffrir. Voulons qu'en mettant au commence-

ment ou à la fin de chacun des exemplaires vn Extrait des preſentes, elles ſoient tenuës pour deuëment ſignifiées, & que foy ſoit adiouſtée à la collation qui en ſera faite par vn de nos amez & feaux Conſeillers & Secretaires, comme à l'original: A condition qu'il ſera mis vn exemplaire de chacun deſdits Liures dans la Bibliotheque de noſtre Cabinet en noſtre Chaſteau du Louure, deux autres exemplaires en noſtre Bibliotheque publique, & vn en celle de noſtre tres-cher & feal Cheualier Chancelier de France le ſieur Seguier, auant que de les expoſer en vente, à peine de nullité des preſentes. Si vous mandons que tout le contenu en icelles vous faſſiez & ſouffriez iouïr pleinement & paiſiblement ledit Cramoiſy, ou ceux qui auront droit de luy, pour l'impreſſion deſdits Conciles, faiſant ceſſer tous troubles & empeſchemens qui luy pourroient eſtre donnez, en contraignant & faiſant contraindre par toutes voyes deuës & raiſonnables tous ceux qu'il appartiendra. Mandons au premier Huiſſier ou Sergent ſur ce requis, faire pour l'execution des preſentes tous actes & exploits requis & neceſſaires: Car telle eſt noſtre plaiſir; nonobſtant Clameur de Haro, Chartre Normande, Couſtume de Païs, conceſſions ou permiſſions, & toutes Lettres à ce contraires, auſquelles auons derogé par ces preſentes. Donné à Paris le 15. iour de May l'an de grace 1660. Et de noſtre regne le dix-huitiéme. Et au deſſous eſt écrit, Par le Roy en ſon Conſeil.

Signé, MABOVL.

Regiſtrées, oüy & ce conſentant le Procureur General du Roy, pour iouïr par l'impetrant de l'effet y contenu en icelles, ſuiuant l'Arreſt de verification de ce iour. A Paris le 2. Iuin 1660. & ſigné, DV TILLET. *Et ſcellé aux Armes du Roy en cire iaune.*

Extrait des Regiſtres de Parlement.

VEV par la Cour les Lettres patentes du Roy données à Paris le 15. May 1660. ſignées, & ſur ſimple queuë du grand ſeau de cire iaune, par leſquelles & pour les cauſes y contenuës ledit Seigneur Roy auroit permis à Sebaſtien Cramoiſy Marchand Libraire Iuré, Imprimeur dudit Seigneur & de la Reine ſa Mere, Directeur de l'Imprimerie Royale au Chaſteau du Louure, ancien Eſcheuin & Iuge Conſul de cette ville de Paris, d'imprimer ou faire imprimer, vendre & debiter en tous lieux & terres de ſon obeïſſance le Liure intitulé, *Concilia Generalia & Prouincialia Græco-Latina*, en telle forme, grandeur, volume, caractere, & autant de fois que bon luy ſemblera, durant le temps & eſpace de trente années, à compter du iour que la premiere impreſſion ſera acheuée d'imprimer; ainſi & comme plus au long le contiennent leſdites Lettres à ladite Cour addreſſantes: Requeſte preſentée par ledit Cramoiſy à fin d'enterrinement d'icelles, concluſions du Procureur General du Roy, & tout conſideré; La Cour a ordonné & ordonne que leſdites Lettres ſeront regiſtrées au Greffe d'icelle, pour iouïr par l'impetrant de l'effet & contenu en icelles, ſelon leur forme & teneur. Fait en Parlement le 2. Iuin 1660. & ſigné, DV TILLET.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google